# SEXTI EMPIRICI
# OPERA

## GRAECE ET LATINE.

PYRRHONIARUM INSTITUTIONUM LIBRI III.

CUM

HENRICI STEPHANI VERSIONE ET NOTIS.

CONTRA MATHEMATICOS
SIVE DISCIPLINARUM PROFESSORES, LIBRI VI.

CONTRA PHILOSOPHOS LIBRI V.

CUM VERSIONE
GENTIANI HERVETI.

GRAECA EX MSS CODICIBUS CASTIGAVIT, VERSIONES EMENDAVIT
SUPPLEVITQUE ET TOTI OPERI NOTAS ADDIDIT

*IO. ALBERTUS FABRICIUS, LIPSIENSIS,*
SS. THEOL. D. ET PROFESSOR PUBL. IN GYMNASIO HAMBURGENSI.

EDITIO EMENDATIOR.

TOMUS I PYRRHONIAS INSTITUTIONES CONTINENS.

LIPSIAE
SUMPTU LIBRARIAE KUEHNIANAE
MDCCCXL.

# SEXTI EMPIRICI

# OPERA

## GRAECE ET LATINE.

# PRAEMONITUM.

Sexti Empirici editio Fabriciana cum prorsus e bibliopolarum commercio evanuerit raroque in auctionibus vendatur et admodum magno quidem pretio, Kuehnianae librariae possessor laudabile cepit eam editionem iterum excudendi consilium. cuius quidem rei curam cum nobis demandasset, id maxime spectavimus, ut incommodam Fabricii interpunctionem quam dicunt mutaremus, vitia et typographorum et leviora librariorum tolleremus, graviora relinquentes iis qui criticis subsidiis instructi novam textus recensionem paraturi sunt, indicem verborum augeremus. ubicumque aliquid in verbis aut mutatum est aut mutandum esse censuimus, in annotationibus uncis quadratis inclusis notatum est.

SERENISSIMO CELSISSIMOQUE

PRINCIPI AC DOMINO

# PHILIPPO, DUCI AURELIANENSI,

REGUM NEPOTI, PRO REGE GALLIAS REGENTI

SALUTEM AC FELICITATEM

***IO. ALBERTUS FABRICIUS.***

Per omnem orbem terrarum iamdiu fama magna pertulit, quae a virtute Tua praecoci ad Stenkerkam pridem et Nervindam fortiter, quae maturiore aetate in aliis bellicis expeditionibus magno et acri animo a Te gesta fuere: sed longe magis, ex quo amplissimi ac potentissimi regni gubernacula moderanda tuis sunt manibus tradita divinitus, omnium ore celebratur, quam sapienti consilio et constanti sollicitudine malis mederis bellorum totique Galliae, ut iterum colligat se ac recreet et vicinis populis ut communi cum Gallia pace laetentur, ut foedera serventur sancte, ut pacis artes et literae floreant, dux et auctor es ultra comparationis aleam laudatissimus.

Non mirum igitur peregrinis quoque et alio calentibus sole celsissimum nomen Tuum esse amori et admirationi, literisque operantes maxime in Te colendo plurimum gaudere ac delectari, quibus constat exploratumque est, quantopere Tu non modo, quod et ipsum in principibus alba avis est, singulariter faves literis, sed quam ipse adyta scientiarum et abditos naturae recessus penetravisti, inaudito ferme in fortuna Tua exemplo.

Illud autem merito mirum videri possit, qui ex ultima Germania ego homo obscurus ad tantum principem, numen auditum longe mihi, lucubrationes meas mittere sustinuerim purpuraque et infulis nominis Tui, regali proximi fastigio illuminandas mihi sumpserim.

Nimirum respublica haec Hamburgensis, cuius me esse civem gaudeo, ante breve tempus insignito gratiae ac benevolentiae Tuae pignore et commerciorum libere frequentandorum fructu ac securitate per tractationem cum civitatibus Hanseaticis initam mactata, mihi animum addidit confidendi, quod hanc meam audaciam non inclementer esses interpretaturus. et Sextus Empiricus, scriptor haud ignobilis quem in hoc volumine expolire qualicumque studio meo institui, Galliae primum lucem debet, Gallos Tuos primum editores, Gallos interpretes habuit: voluit igitur iam quoque iterum domuitionem pergere in Galliam et ei cui Gallia salutem debet, cum maxime a me offerri ac consecrari.

Habe itaque illum, Princeps Celsissime, ab homine Germano, et clementi oculo respicere dignare devoti interpretem animi. faxit deus, ut porro Te statorem pacis ac felicitatis publicae laeta experiatur Gallia, Germania etiam nostra et omnis Europa sentiat, praesens amet applaudatque aetas, postera admirabunda imitetur. scripsi Hamburgi V Nonar. Maii anno MDCCXVIII.

# IO. ALBERTI FABRICII PRAEFATIO

AD

LECTOREM.

Sexti Empirici Graece et Latine semel tantum ante hoc tempus excusi scripta iam a longo tempore in librariis tabernis desiderantur, licet pauci exstant scriptores e quibus studiosus veteris philosophiae plura discere, atque si sano iudicio instructus ad lectionem eius accedat, maiorem fructum capere possit. nam dum Scepticus omnia instituit oppugnare multaque oppugnat acutissime, impetum cohibere temere assentiendi incertis et cautius in statuendis dogmatibus incedere utique monet. dum vero succum scriptorum Aenesidemi, Menodoti et aliorum nobis exhibet Scepticorum, dum omnem philosophiam persequitur, quam plurima profert Dogmaticorum, Stoicorum maxime placita, quae ni ipse doceret, ignoraremus. dum denique ut communes exsibilet opiniones, rarius quae accidunt et paradoxa colligit, multa annotavit singularia et non minus iucunda scitu, quam cognitione oppido dignissima. Graecae linguae etiam amantem et elegantiorum literarum studiosum multa et varia advertent in hoc scriptore, quae cum voluptate et fructu est annotaturus. his denique accedit quod Scepticae philosophiae naturam et rationes explicat apertissime, atque nihilominus quam vana illa sit et iniqua, si serium veri studium morari velit, haud secius perspicue cognoscendum relinquit. quid enim vanius quam rebus manifestissimis et maxime seriis et quibus ipse in omni vita assentiaris — in vita enim neutiquam Sceptici sunt Sceptici — conquirere quas obiectes ratiunculas: vel quid iniquius, quam ubi ex altera parte longe probabiliores et firmissimae rationes exstant, ex altera infirmae admodum, tamen ideo rem ipsam venditare pro dubia incerta-

que et inter rationes illas paritatem et ἰσοσθένειαν admittere quamlibet ἀδοξάστως, quod nihil aliud est quam ludere in re maxime seria et ἀδοξάστως insanire.

Huius scriptoris editionem adornare novam iam diu gestiit mihi animus, utque manum admoverem operi, tum exemplum nobile desideratissimi amici ac popularis mei D. Godefridi Olearii τοῦ μακαρίτου, qui in Philostratorum operibus expoliendis laudatam industriam posuerat, atque insignis viri B. Io. Friderici Gleditschii, qui sumtus obtulit, honestus ardor rei literariae promovendae facile mihi persuasit. utinam vero quemadmodum hic, ipsoque interim dum opus excuditur eheu defuncto, heres dignissimus filius nihil omisit quod ad chartae et typorum nitorem opusque luculenter et emendate excudendum faceret, ita et ego Tuae lector optime exspectationi satis satis fecerim! quibus tamen subsidiis rem sim aggressus, quid in eo conatus sim praestare, ubi paucis exposuero, ad scriptorem ipsum adeundum et rem per te cognoscendam protinus Te sum admissurus.

Graeca imprimis recensui ad tres codices mss Savilianum Vratislaviensem, qui in libro 2 adversus Logicos sect. 349 desinit, et Cizensem, quorum ope quam plurimas mendas et in his graves foedasque quam multas sustuli, ita ut paucissima loca iam putem superesse in quibus a Sexti sensu in lectione vehementer aberretur. Saviliani priorem partem cum versaretur in Anglia contulit rev. vir Io. Fridericus Wincklerus, pastor ad S. Nicolai aedem in hac urbe, doctrina et exemplo insignissimus. integri lectiones deinde mecum Oxonia communicavit, cui tot alia in hoc genere beneficia debeo, et longe pulcherrima debet ac debebit literatus orbis, vir cl. Ioannes Hudsonus. Vratislaviensem pro suo in literas amore ad me misit illustris ac generosissimus vir Ferdinandus Ludovicus de Bresler et Aschenburg, Caesareae Maiestati a consiliis et senatus Vratislaviensis ingens gloria. Cizensem denique, quo olim usus vir summus Thomas Reinesius, et cui similem plane fuisse comperi illum ex quo Hervetus versionem suam ador-

navit, evolvendum accepi cl. viri Friderici Gleitsmanni, rectoris meritissimi benevolentia, per nobilissimum et Ictissimum virum Io. Burchardum Menckenium, historiographum regium et in actis Lipsiensibus adornandis sollertem ac peritum literati orbis grammateum. horum omnium humanitati et propenso iuvandi studia nostra animo gratias conceptissimas ago habeoque merito ac lubens. nactus etiam sum exemplum Sexti Empirici in cuius marginibus vir in hisce literis maximus Claudius Salmasius manu sua inter legendum nonnulla feliciter castigavit. non ignoro longe plures Sexti codices manu exaratos passim exstare, ut in bibliotheca regis Christianissimi atque in Medicea et Ottobonianum Romae, cuius lectiones quasdam a praestantissimo Andr. Buttigio accepi, quas ad eruditissimum et elegantissimum virum Io. Iacobum Mascov miserat vir exquisita antiquitatis eruditae et Graecarum literarum peritia clarissimus Leonardus Adami: nec non codicem Sexti Empirici, quem in bibliotheca regia Taurinensi evolvisse se testatus mihi est rev. et doctissimus amicus noster Christophorus Matthaeus Pfaffius, quo doctore Tubingensis academia hodie efflorescit: praeterea codices Augustanos tum in bibliotheca publica urbis, tum in privata Spizeliana aliosque non paucos, quos omnes contulisse uti nec integrum uni homini, ita post illos tres a me consultos non adeo multum interesse existimo, cum paucissima, ut dixi, loca alicuius momenti putem superesse, in quibus medela a codicibus mss magnopere desideretur.

Latina versio Pyrrhoniarum institutionum, quam Henricus Stephanus, vir Latine Graeceque non mediocriter eruditus atque ut norunt omnes immortaliter meritus de utrisque literis, rarius quam Hervetiana librorum contra Mathematicos a sensu aberrabat, aberrabat tamen non raro, frequentius etiam Graeca vocabula retinuit et ambigua erat interdum atque obscura; erat etiam ubi falsam lectionem vel hiulcam Graeci codicis sequebatur interpres, vel ignoratione subtilium argutiarum dialecticae Stoicae non probe fuerat sententiam Sexti assecutus. co-

natus itaque sum hisce defectibus quantum potui occurrere versionemque Stephani, quam integram saepius excusam consulere et conferre quilibet potest, sine ulla viro, cuius merita et industriam ingeniumque colo et admiror, obtrectandi libidine emendare et quod ipse in bene multis aliorum versionibus fecit, utinam ego pari successu, interpolare ac supplere studui. quamquam non facile aliquis in his tam lynceus esse potest, ut non aliqua eum fugiant vel praetereant, quae transferentem ipsum fortasse non potuissent fugere aut praeterire, uti p. 115 huius editionis verborum: *τὰς ἐπιστήμας τῶν φύσει φασὶν εἶναι* video me reliquisse hanc versionem: "scientias inter ea numerant quae sunt natura" cum oporteat interpretari: "scientias aiunt esse earum rerum" (sive "de rebus illis) quae natura non positione hominum sunt". sic p. 183, 184, *ἔν τισιν ἱεροῖς* malim "in sacris quibusdam" quam ut a Stephano versum et a me relictum est, "in templis". similiter p. 191 quater excusum "ars circa naturam" cum legendum sit "circa vitam".

Gentiani Herveti tot scriptoribus Graecis Latine versis clarissimi interpretatio *ἀντιῤῥήσεων* adversus Mathematicos ac philosophos pluribus etiam locis et frequentius longe quam Stephani emendanda ac supplenda a me fuit, quod ita conatus sum facere, ut sensum Sexti quantum possem fideliter ac perspicue redderem. sed versus Xenophanis p. 392 huius editionis in versione adhuc indigent emendatione quae facile poterit adhiberi ex p. 380; nam ex illa facile apparebit delendum vocabulum "fuere", ne monstrum hexametri septem pedum obtrudatur.

De notis meis nihil quod dicam habeo, nisi ut veniam Tuam, sicubi lapsus sum, rogem: interim profiteor operam me dedisse, ut scriptor sine offensione et maiore cum fructu legi posset, itaque et obscura illustrare et illa quae pietati probisque moribus contrariantur, incisis argumentorum nervis strictim refellere conatus sum. in indice scriptorum Graecorumque verborum operam mihi suam addixit iuvenis egregius Nicolaus Feddersen, Flensburgensis, qui ex clarissimi Seeleni,

nuper ad Lubecense lyceum moderandum feliciter allecti, disciplina ad nos venit, linguisque ac bonis artibus tam gnavum ac strenuum hactenus etiam in gymnasio huius urbis impendit studium, ut neutiquam vulgarem nec tralatitiam spem de illo concipere liceat.

Denique singulariter praedicanda mihi cura sollers et accurata eruditissimi viri Stephani Bergleri, qui quoniam absente me opus hocce fuit excudendum, cum laudato supra mihi Buttigio nulli labori pepercit ut e typographi praelis quantum posset fieri correctum ac sine mendis in manus hominum exiret. vale.

# DE SEXTO EMPIRICO

## TESTIMONIA.

### Diogenes Laërtius in vita Timonis Sillographi (lib. 9 sect. 116.).

*Ἡροδότου δὲ διήκουσε Σέξτος ὁ Ἐμπειρικός, οὗ καὶ τὰ δέκα τῶν Σκεπτικῶν καὶ ἄλλα κάλλιστα. Σέξτου δὲ διήκουσε Σατορνῖνος ὁ Κυθηνᾶς, ἐμπειρικὸς καὶ αὐτός.*

Herodotum (Ariei f. Tarsensem) Sextus Empiricus audivit, cuius sunt decem illa sceptica volumina aliaque pulcherrima. porro Sextum Saturninus audivit cognomento Cythenas, et ipse Empiricus.

### Idem Laërtius in vita Pyrrhonis lib. 9 sect. 87 disserens de locis decem communibus Scepticorum.

*Τὸν ἔνατον Φαβωρῖνος ὄγδοον, Σέξτος δὲ καὶ Αἰνεσίδημος δέκατον. ἀλλὰ καὶ τὸν δέκατον Σέξτος ὄγδοόν φησι, Φαβωρῖνος δὲ ἔνατον.*

Ex nono loco Phavorinus octavum facit, Sextus autem et Aenesidemus decimum. sed et qui decimus est, Sextus octavum dicit, Phavorinus autem nonum.

### Auctor *εἰσαγωγῆς* quae legitur inter Galeni opera cap. 4.

*Τῆς δὲ ἐμπειρικῆς προέστησεν Φιλῖνος Κῷος, ὁ πρῶτος αὐτὴν ἀποτεμνόμενος ἀπὸ τῆς λογικῆς αἱρέσεως, τὰς ἀφορμὰς λαβὼν παρὰ Ἡροφίλου οὗ καὶ ἀκουστὴς ἐγένετο. θέλοντες δὲ ἀπαρχαΐζειν ἑαυτῶν τὴν αἵρεσιν, ἵνα ᾖ πρεσβυτέρα τῆς λογικῆς, Ἄκρωνα τὸν Ἀκραγαντῖνόν φασιν ἄρξασθαι αὐτῆς. μετὰ Φιλῖνον ἐγένετο Σεραπίων Ἀλεξανδρεύς, εἶτα Ἀπολλώνιοι δύο πατήρ τε καὶ υἱὸς Ἀντιοχεῖς, μεθ' οὓς Μηνόδοτος καὶ Σέξτος, οἳ καὶ ἀκριβῶς ἐκράτυναν αὐτήν.*

Empiricae auctor fuit Philinus Cous qui primus eam a rationali secta abscidit, occasione accepta ab Herophilo cuius et auditor exstitit. cum vero vellent antiquitatem sectae suae vindicare, ut antiquior rationali videretur, Acronem dixerunt fuisse illius principem. post Philinum fuit Serapion Alexandrinus, duo deinde Apollonii pater et filius Antiocheni, post hos Menodotus ac Sextus, qui accurate sunt in illa roboranda versati.

### S. Gregorius Nazianzenus orat. 21 in Athanas. p. 380.

Ἦν ὅτε ἤκμασε τὰ ἡμέτερα καὶ καλῶς εἶχεν· ἡνίκα τὸ μὲν περιττὸν τοῦτο καὶ κατεγλωττισμένον τῆς θεολογίας καὶ ἔντεχνον οὐδὲ πάροδον εἶχεν εἰς τὰς θείας αὐλάς· ἀλλὰ ταὐτὸν ἦν ψήφοις τε παίζειν τὴν ὄψιν κλεπτούσαις τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως, ἢ κατορχεῖσθαι τῶν θεατῶν παντοίοις καὶ ἀνδρογύνοις λυγίσμασι καὶ περὶ θεοῦ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον καὶ περίεργον. τὸ δὲ ἁπλοῦν τε καὶ εὐγενὲς τοῦ λόγου εὐσέβεια ἐνομίζετο. ἀφ᾽ οὗ δὲ Σέξτοι καὶ Πύρρωνες καὶ ἡ ἀντίθετος γλῶσσα ὥσπερ τι νόσημα δεινὸν καὶ κακόηθες ταῖς ἐκκλησίαις ἡμῶν εἰσεφθάρη, καὶ ἡ φλυαρία παίδευσις ἔδοξε – – ὢ τίς Ἱερεμίας ὀδύρηται τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν καὶ σκοτόμαιναν;

Fuit quondam tempus cum res nostrae florerent ac praeclare se haberent. cum nimirum superflua haec et verborum lepore atque arte fucata tractandae theologiae ratio ad divinas aulas ne aditum quidem habebat: verum idem erat calculis ludere, inversionis celeritate oculorum obtutum fallentibus, aut omnigenis et lascivis flexibus spectatores ludificari, quod novi quidpiam ac curiosi de deo vel dicere vel audire: simplex contra ingenuaque oratio atque doctrina pietas existimabatur. at posteaquam Sexti et Pyrrhones et contradicendi libidine incitata lingua veluti gravis quidam ac malignus morbus in ecclesias nostras magno malo irrepserunt ac nugacitas opinionem doctrinae atque eruditionis tulit – – – o quis Ieremias confusionem nostram caliginemque deplorabit!

Haec Nazianzeni verba, in quibus Sexti mentio, sua facit Nicephorus Gregoras libro 19 Historiarum p. 584 editionis Boivinianae. Nicetas ad hunc Nazianzeni locum: "Sextus et Pyrrho philosophi omnibus aliis philosophis sese opponebant, atque adversus omnes opiniones et sententias disputabant nec percipi quicquam posse contendebant, eamque ob causam ephectici nominati sunt, quasi inhibentes et impedientes ne quid de ulla re certi statueretur".

### Idem Nazianzenus carmine ad Episcopos v. 303 in v. c. Iacobi Tollii insignibus itineris Italici p. 30.

Μή μοι τὰ Σέξτου μηδὲ Πύρρωνος πλέκε,
Χρύσιππος ἔρρει, μακρὰν ὁ Σταγειρίτης.
μηδὲ Πλάτωνος στέργε τὴν εὐγλωττίαν.

Noli mihi Sexti ac Pyrrhonis more orationes tuas nectere, valeat Chrysippus: longe abs te Stagirensem illum ablegato: noli facundiae Platonis studiosus esse.

### Agathias lib. 2 Histor. p. 64, ubi de Uranio quodam Syro, pseudophilosopho.

Ἠβούλετο μὲν γὰρ τὴν ἐφεκτικὴν καλουμένην ζηλοῦν ἐμπειρίαν * κατά τε Πύρρωνα καὶ Σέξτον τὰς ἀποκρίσεις ποιεῖσθαι, καὶ τέλος ἔχειν τὴν ἀταραξίαν, τῷ μηδὲν ὁτιοῦν οἴεσθαι ληπτὸν καθεστάναι.

Volebat ephecticem quam appellant disciplinam (iudicium de quavis re proposita suspendentem) imitari et iuxta Pyrrhonem et Sextum responsiones facere, finemque consequi vacuitatem perturbationis in animo, existimando nimirum nihil esse quod intellectu comprehendi posset.

* ab hac *ἐμπειρίᾳ* philosophica sive Sceptica potius quam a medica secta Empirica possit Sextus videri tulisse appellationem Empirici, nisi ex Galeni isagoge et Laërtio esset exploratum, quod utique medicus Empiricus fuerit Sextus, licet Empiricos medicos Scepticis philosophis opponit lib 2 contra Logicos sect. 328 et Methodicam sectam Sceptico magis congruere disputat lib. 1 Pyrrhon sect. 236. sed in multis satis bene convenit Scepticis atque Empiricis, qui etiam ut *ὁμόψηφοι* iunguntur lib. 2 contra Log. sect. 191. et in vitae negotiis Sceptici non erant Sceptici. in hoc autem Agathiae loco videndum an *ἀπορίαν* legendum sit pro *ἐμπειρίαν*.

## Georgius Cedrenus Compendio Histor. p. 133.

*Τρισκαιδέκατος, Σέξτοι καὶ Πύρρωνες· ὁ μὲν μὴ εἶναι πάντη γνωστὸν καὶ καταληπτὸν ὁ Σέξτος δογματίζων, * ἐπέχων καὶ ἐνιστάμενος οὕτως καὶ πρὸς πᾶσαν ἀντεῖπε τέχνην καὶ ἐπιστήμην. ὁ δὲ Πύρρων φιλόσοφος ὤν, ἐφεκτικὸς ἐκαλεῖτο ἐνιστάμενος κατὰ τοῦ ἐξ ἐναντίας, φιλοσόφου καὶ τούτου ὄντος, ὃς πάντα γνωστὰ καὶ καταληπτὰ ἔφασκεν εἶναι· καὶ οὕτω τὰ ἀλλήλων λογομαχοῦντες ἀνῄρουν.*

Decimus tertius (philosophorum qui sectas condidere) Sextus et Pyrrho. Sextus quicquam cognosci ac percipi negavit posse, itaque assensum sustinens atque insistens adversus omnes artes ac scientias disputavit. Pyrrho autem philosophus ephecticus sive assensum sustinens vocabatur; contendit enim contra adversarium, philosophum et ipsum, qui omnia cognosci ac comprehendi posse affirmabat. sic illi verbis inter se pugnantes alter alterius refellit opinionem.

* hoc diserte negat Sextus se facere, Scepticam dubitationem illa ratione distinguens ab Academica acatalepsia, quam cum aphasia Pyrrhonia perperam Cedrenus confundit.

## Suidas in Lexico, (Sextum Empiricum cum Sexto Stoico confundens et praeter rem pro Afro venditans).

*Σέξτος Χαιρωνεύς, ἀδελφιδοῦς Πλουτάρχου, γεγονὼς κατὰ Μάρκον Ἀντωνῖνον τὸν Καίσαρα, φιλόσοφος, μαθητὴς Ἡροδότου τοῦ Φιλαδελφαίου. ἦν δὲ τῆς Πυρρωνείου ἀγωγῆς· καὶ τοσοῦτον πρὸς τιμῆς τῷ βασιλεῖ ἦν ὥστε καὶ συνδικάζειν αὐτῷ. ἔγραψεν ἠθικά. ἔτι Σκεπτικὰ βιβλία δέκα.*

*Σέξτος Λίβυς φιλόσοφος. Σκεπτικὰ ἐν βιβλίοις ί, Πυρρώνεια.*

Sextus Chaeronensis, Plutarchi ex sorore nepos, philosophus, qui fuit Marci Antonini Caesaris temporibus, Herodoti Philadelphei discipulus sectaeque Pyrrhoniae addictus. hic apud imperatorem in

tanto honore erat, ut una cum eo ius diceret. scripsit Ethica. item Sceptica libris decem.

Sextus Afer philosophus scripsit Sceptica libris decem, nec non Pyrrhonia.

### Auctor tabellae de sectis Medicorum, quam e cod. ms Caesareo Galeni vulgavit Lambecius 6 p. 152.

*Συνεστήσαντο τὴν ἐμπειρικὴν οἵδε· Ἄκρων Ἀκραγαντῖνος, Φιλῖνος Κῷος, Σεραπίων Ἀλεξανδρεύς, Σέξτος, Ἀπολλώνιος. τὴν δὲ λογικὴν οἵδε· Ἱπποκράτης, Διοκλῆς, Πραξαγόρας, Φιλότιμος, Ἀσκληπιάδης. τὴν μεθοδικὴν οἵδε· Θεμίσων Λαοδικεύς, Θέσσαλος, Μενέμαχος, Σωρανός.*

Empiricam sectam constituerunt Acron Agrigentinus, Philinus Cous, Serapion Alexandrinus, Sextus, Apollonius. rationalem Hippocrates, Diocles, Praxagoras, Philotimus, Asclepiades. methodicam Themison Laodicenus, Thessalus, Menemachus, Soranus.

### Scholia Graeca ad Lucianum t. 2 p. 24 ad illa Luciani in Icaromenippo [c. 79 p. 782 R.].

*Τὸ Ἀκαδημαϊκὸν ἐκεῖνο ἐπεπόνθει καὶ οὐδέν τι ἀποφήνασθαι δυνατὸς ἦν, ἀλλ' ὥσπερ ὁ Πύρρων ἐπεῖχεν ἔτι καὶ διεσκέπτετο] οὐκ ἀκριβῶς τὴν Ἀκαδημίαν τοῖς Πυρρωνείοις ἤτοι ἐφεκτικοῖς ἀπονέμεις Λυκιανέ· ἀντιδιαστέλλονται γὰρ τούτοις οἱ ἐξ Ἀκαδημίας, ὡς αὐτῶν ἐστιν ἐκείνων τῶν Πυρρωνείων ἀκοῦσαι ἐν ταῖς ὑποτυπώσεσιν.**) *ἔπασχον γοῦν τοῦτο ὑπὸ τῆς ἰσοσθενείας τῶν ἀντιπάλων λόγων, οὐκ ἔχοντες ὁποτέρῳ παράσχοιεν αὑτοὺς εἰς συγκατάθεσιν.*

*Tum itaque Academicum illud ei accidebat, ut nihil statuere posset, verum Pyrrhonis in morem suspensus haerebat et considerabat amplius*] non satis accurate Academiam, Luciane, tribuis Pyrrhoniis sive ephecticis philosophis; sunt enim ab his Academici distincti, ut ex ipsis Pyrrhoniis intelligere datur in suis hypothesibus. assensum autem sustinuerunt hi ob par robur contrariorum hinc inde argumentorum, quod utris eorum assentirentur non haberent.

* respicit ad ea quae Sextus statim sub init. libri 1 Pyrrhon. hypotyp.

### Marsilius Cagnatus libro 3 Variarum Observatt. capite 6.

I. Sextus ille, cuius duo sunt edita volumina, quorum uni est index *adversus Mathematicos* [a]), alteri *Pyrrhonianarum Hypotyposeon*, philosophus Pyrrhonius fuit, ut scripta eius ostendunt, in quibus Pyrrhonio more de rebus disserit tam naturalibus quam de septem disciplinis quas liberales vulgo appellamus, nihil asserendo, nihil decernendo, quod Laërtius quoque docet in vita Pyrrhonis, cum eum nominat inter eos qui de Scepticorum dubitandi modis scripserunt. nominat autem Sextum, Phavorinum, Aenesidemum; cuius Aenesidemi [b]) Sextus ipse meminit libro qui inscribitur de philosophia, ubi

disputat an sit aliquid quo iudicetur veritas et affirmat Aenesidemum decem attulisse modos ἐποχῆς, et ubi quaerit quot sint non manifestae rerum differentiae, citat Aenesidemi librum quartum Pyrrhoneorum. scilicet Pyrrhonius Pyrrhonio gaudet.

*a*) Cagnatus Latina Sexti editione usus *libros adversus Mathematicos* primo nominat loco. sed *Pyrrhonias Hypotyposes* prius scriptas pluribus locis Sextus ipse testatur, ut iam notatum a me lib. 4 bibl. Graecae cap. 18. itaque in Graeco-Latina editione rectius illae praemittuntur, quod in hac libenter quoque secutus sum.

*b*) vide sis infra indicem scriptorum a Sexto laudatorum.

II. Fuit etiam arte medicus; nam libri adversus Mathematicos c. 16 inquit [c]) *scientiae nostrae Aesculapium auctorem.* et libro eodem de philosophia eademque disputatione an sit aliquid quo iudicetur veritas [d]), *medicos* a se *commentarios* fuisse scriptos testatum reliquit. non fuisse cognomen eius *Empiricum* aliqui probant, quoniam neque Suidas neque Laërtius [e]) huiusmodi cognominis meminere. probabam ergo, quia libri primi Pyrrhoniarum cap. 34 quaerit an medica experientia eadem sit cum Sceptica philosophia, et statuit Methodicos potius cum Scepsi affinitatem quam alios quosque medicos habere. cum autem ipse palam Scepsin profiteretur, verisimile quoque fit, Methodicum potius [f]) quam Empiricum ipsum fuisse. tamen e conrario libri adversus Mathematicos capite 7 ait scriptos a se *commentarios Empiricos* [g]), quamobrem iure aliqui cognomen Empirici inditum existiment. sed dici potest (dum clarius testimonium nobis deest) non quod Empiricus fuerit, empiricos libros exarasse, sed quod Methodicus placita Empiricorum in illis commentariis ad disquisitionem revocaverit.

*c*) libro contra Grammaticos sect. 260: *τὸν ἀρχηγὸν ἡμῶν τῆς ἐπιστήμης Ἀσκληπιόν.*

*d*) lib. 1 contra Logicos sect. 202: *ποικιλώτερον καὶ κατ' ἰδίαν ἐν τοῖς ἰατρικοῖς ὑπομνήμασι διεξήλθομεν.*

*e*) imo Laërtius diserte in testimonio primo supra a me annotato.

*f*) non adeo firmiter hoc colligi, iam ad Agathiae locum supra observavi, licet Sextum Methodicis accenset quoque v. c. Daniel Clericus parte 2 historiae medicinae Gallica lingua vulgatae p. 88.

*g*) *ἐμπειρικὰ ὑπομνήματα*, lib. contra Grammaticos sect. 61.

III. Vixisse illum Alexandriae crediderim, quia libro, qui de philosophia nonus [h]) inscriptus est, de loco disserens, exemplum affert Alexandriae, gymnasii, scholae. est autem verisimile rei prae oculis sibi positae exemplum attulisse, et erat tum gymnasio tum schola celebris Alexandria.

*h*) lib. 2 contra Physicos sect. 15 et 95. sed videtur ibi Alexandriae meminisse Sextus ex Aenesidemo quem non diffitetur se sequi. certe Sextum Alexandriae non scripsisse cui potius quam ipsi credamus lib. 3 Pyrrhon. sect. 221: *felem Alexandriae sacrificant Horo et Thetidi blattam, quod apud nos nullus fecerit.* Alexandrinam etiam dictionem a sua distinguit sect. 213 libri contra Grammaticos. itaque quod *ὑποπόδιον* ait apud suos dici sect. 246 eiusdem libri, quod apud Athenienses et Coos vocetur *χελωνίς*, necesse est non solis Alexandrinis fuisse vocabulum illud familiare, licet *ὑποπόδιον* etiam legitur in Graeca Alexandrinorum versione Psalm. 110 1.

IV. Coniicere est etiam (levi tamen coniectura) Galeno[i]) posteriorem fuisse, quoniam libro qui decimus de philosophia inscribitur, definitionem medicinae eandem quam libro artis medicae Galenus attulit, *scientiam salubrium, non salubrium et neutrorum.* propterea non dixerim hunc esse Sextum Chaeronensem[k]), Plutarchi nepotem, quem Iulius Capitolinus in M. Antonino scribit ab ipso M. Antonino auditum esse, quoniam necesse est Chaeronensem exstitisse ante Galenum; etenim profectus est quidem Galenus Romam sub eodem Marco, sed cum iam natu grandior esset et Commodum filium haberet et bellis externis occuparetur, fuitque Plutarchi nepos Stoicus non Pyrrhonius, ut infra dicam, nec inter medicos habetur.

*i*) Galenus circa a. C. 200 aetatis 70 Severi septimum defunctus in libro *περὶ ὑποτυπώσεως ἐμπειρικῆς* quem Antonini philosophi tempore, anno aetatis 37 composuit, postremos ex Empiricis memorat Menodotum et Theudam, qui Laërtio Theodas Laodicenus. eodem Laërtio teste Menodotum Herodotus Tarsensis audivit, Herodotum Sextus noster.

*k*) recte Cagnatus Sextum Chaeronensem Stoicum et nostro antiquiorem, Antonini philosophi magistrum a iuniore Empirico distinguit, licet Suidas confundat aliisque idem faciendi ansam praebuerit. sed Cagnati sententiam probant Casaubonus et Salmasius ad Iulii Capitolini Antoninum, Ioannes Rualdus in Plutarchi vita c. 5, Ioannes Ionsius 3 12 de scriptoribus hist. philosoph. Andreas Dacerius ad M. Antoninum, Ludolphus Kusterus ad Suidam etc. huius Chaeronensis non Empirici Sexti imaginem exhibet numus apud Iac. Sponium p. 140 Miscellan. eruditae antiquitatis quam pro Empirici imagine venditat praeclara Laërtii editio Wetsteniana et tomus tertius thesauri Antiquitt. Graecarum Gronov.

V. Sextus empiricae sectae medicus, Galeni testimonio clarus libro ei adscripto qui *Medicus* inscriptus est seu *introductio* cap. 4, qui sectam empiricam corroborasse fertur, alius fuit[l]) quam hic de quo loquimur. hanc quidem puto fuisse causam cur Pyrrhonium hunc aliqui Empiricum appellaverint, putantes eundem esse nec animadvertentes hunc methodicum potius fuisse et Galeno posteriorem. quem vero Galenus Sextum curavit, ut narrat libro ad Postumum[m]), ex his nullum esse satis mihi persuasum est; non enim Galenus cognomen et professionem eius omisisset, si aut medicus aut philosophus exstitisset, cum id in aliorum mentione non omiserit.

*l*) nullo idoneo argumento probare potuit Cagnatus diversum hunc esse auctori isagoges memoratum Sextum Empiricum a nostro, quem methodicum fuisse non empiricum sola coniectura ductus contra diserta mss codicum et Laërtii ac Suidae testimonia arguit, cum quibus si isagogen conferas, de nostro sermonem illi esse neutiquam dubitabis.

*m*) libro ad Epigenem *περὶ τοῦ προγινώσκειν*, c. 10 Sextus (in edit. Aldina semper *Ἔξστος*) *Ἀντωνίνου υἱός, φιλόνεικος ὢν ἐσχάτως.*

VI. Suidas unum memoravit Sextum Chaeronensem Plutarchi nepotem, alterum Libycum, utrumque vero secta Pyrrhonium. sed vereor ne de Chaeronensi[n]) falsus sit: Iulius enim Capitolinus mihi videtur Stoicis illum addicere; namque in M. Antonino inquit: audivit et Sextum Chaeroneum Plutarchi nepotem, Iunium Rusticum, Claudium Maximum et Cinnam Catulum, Stoicos. itaque hic vere Pyrrhonius Libycus[o]) ille potius quam Chaeronensis credendus est. Porphyrius libro Homericarum quaestionum[p]) Sexti laudat interpre-

tationem vocis ἀίδηλον, sed hic fuerit Sextus an alius, non habeo dicere.

*n*) ex hac confusione quod Chaeronensem Sextum cum Empirico eundem quidam esse putarent, factum esse existimo, ut διαλέξεις sive dissertationes breves morales quinque quae Dorica dialecto scriptae exstant inter Pythagoreorum fragmenta περὶ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ, περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ αἰσχροῦ, περὶ τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου, περὶ τοῦ ψεύδους καὶ τῆς ἀληθείας, περὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς ἀρετῆς εἰ διδακτόν, in codicibus nonnullis mss, ut Cizensi quo usus sum, Sexto Empirico subiiciantur, quarum auctorem Sextum Chaeronensem esse suspicor. certe v. c. Ioannes North qui dissertationes illas versione et notis illustravit, auctorem non statuisset nescio quem Mimantem, si ipsi fuisset perspectum in mss codicibus pro verbis quibus ille suam superstruit sententiam diss. 4 p. 722 Μίμας εἰμί perspicue legi, μύστας εἰμί, *initiatus sum.*

*o*) aegre persuaserim mihi Sextum Empiricum fuisse Libycum sive Afrum patria: certe mores suos a moribus populorum Libycorum diserte distinguit lib. 3 Pyrrhon. sect. 213. igitur undecumque hoc Suidas hauserit, alium cum nostro eum confudisse opinor, qui non minus ab Empirico diversus fuit quam Sextus Iulius Africanus, Christianus scriptor cestorum nostroque longe iunior, vel antiquior nostro Sextus de quo Martialis 3 38.

*p*) Porphyrius quaest. 28 Homerica: οὐ κακῶς δὲ καὶ Σέξστος ἀΐδηλον ἀποδέδωκε τὸ ἐξ ἀδήλου ἐμπεσόν.

VII. Cum autem ex libris Sexti, qui exstant, nihil de eius religione intelligi possit, assequi etiam non valemus, an idem fuerit [q]) quem de resurrectione scripsisse auctor est Eusebius lib. 5 hist. Eccles. cap. 27.

*q*) satis perspicuum est Sextum fuisse alienum a Christi sacris, nec quemquam novi ea de re vel leviter addubitasse. itaque Sextus ille Christianus scriptor quem aetate Severi imp. librum de resurrectione scripsisse ex Eusebio tradit etiam S. Hieronymus c. 50 libri de scriptor. eccles. ab Empirico certissime tam est diversus quam Σέξτος ὁ ἐκκλησιαστικὸς φιλόσοφος, quem laudat S. Maximus ad Dionysium de Mystica theologia c. 5 t. 2 p. 55. at apud Honorium lib. 2 de luminaribus ecclesiae c. 17, ubi memorantur *Sexti sententiae contra Mathematicos*, error est, et ex Gennadii c. 17 *Pamphili* pro *Sexti* legendum.

VIII. Scripsit quidem praeter hos, quos habemus, *libros scepticos* [r]), ut ait, quo loco *empiricos* se scripsisse memoravit, ut ante rettuli. item *commentarios de anima*, ut ipse scribit lib. adversus Mathem. ubi de soni definitione disserit, ubi *Pyrrhonios* etiam *commentarios* a se scriptos affirmat, sed quos eosdem cum Scepticis putemus, ut intelliget diligens lector ex c. 22 adversus Mathematicos: a quibus fortasse quoque non differunt *libri de sceptica ratione*, quos citat in eadem tractatione an sit aliquid quo iudicetur veritas. quamquam si quis perpendat eum locum in quo libros de ratione sceptica memoravit, et comparet cum iis quae dicuntur cap. 11 lib. 1. Pyrrhoniar. Hypotyp., suspicabitur facile eosdem esse libros de sceptica ratione et Pyrrhoniar. Hypotyp. et eandem tractationem esse atque eam cuius mentionem facit ipso initio libri primi de Philosophia. dicit etiam *de elementis* a se scriptum paullo post initium libri qui nonus inscribitur, quem divinare nequeo cur non *secundum* inscripserint, ut debere inscribi ipsa rerum et verborum consequentia demonstrat. tractatio vero de elementis, quantum observare valui, in aliis eius libris quam qui nunc habentur, est perquirenda.

*r*) vide infra in indice scriptorum.

---

# EDITIONES SEXTI EMPIRICI.

## Latinae.

Pyrrhoniae Hypotyposes ex *Henr. Stephani* versione 1562. 8.

Libri adversus Mathematicos ex versione *Gentiani Herveti*, Paris. 1569 fol. et Antverp. 1569 fol. apud Plantin. atque iterum Paris. 1601 fol. in his editionibus Pyrrhoniae Hypotyposes libris contra Mathematicos subiunctae sunt, cum a Sexto prius scriptae fuerint et in codicibus mss et editione Graecolat. rectius praemittantur.

## Graeco latina.

A. 1621 apud Petrum et Iacobum Chouet, fol. quae editio unica, Genevae excusa, varios titulos praefixos habet, itaque in aliis Parisios in aliis Aurelianam in aliis denique Genevam sive Coloniam Allobrogum expressam repperi. praefixae sunt a typographo variae ectiones e codice neutiquam contemnendo.

## Editiones promissae.

*Philippi Iacobi Maussaci*, qui commentarios ad Sextum Empiricum promittit p. 1234 et 1236 ad Aristotelis Historiam animalium.

*Casparis Barlaei*, qui in literis ad Petrum Cunaeum datis 28 Dec. 1631 p. 421 *libros meos de Sceptica philosophia oppositos libris tribus Pyrrhoniarum hypotyposeon Sexti Empirici magnam partem absolvi.* Cunaeus ad Barlaeum 22 Iul. a. 1631 inter epistolas centum editas a Ioanne Brand p. 114 *memini spem nobis a te factam olim fuisse de Sexto Empirico. quem si adornare coeperis, rem aggredieris praeclara tua indole dignissimam.* librum contra Grammaticos publicis praelectionibus confutatum a Barlaeo notat Vossius lib. 1 Aristarchi c. 3.

In Sextum ut observationes scriberet, *Aegidius Menagius* olim impensius stimulatus est a Buningenio Reip. Batavae ad regem Christianissimum legato, teste ipso Menagio in notis ad Laërtium p. 444, ubi praefatus Sexti libris nihil esse elegantius nihil doctius nihil absolutius, subiungit: *doctis viris morem gerere equidem velim, an possim dubito.*

Sexti libros elegantissimos et longe acutissimos appellat *Caspar Barthius* libro 60 Adversariorum p. 3005, nec sine admiratione ingenii legendos, omnes philosophorum decisiones in dubium vocantes: *quos tamen*, inquit, *si quis occupare animum velit, nullo negotio inductis contra rationibus et ipsos firmi nihil habere demonstrari possit.* idem

libro 58 cap. 5: *Sexti elusiones aliis insuper introductis vicissim eludi possunt, ut nos aliquando super illis libellis cogitantes experti sumus nostrae meditationis exemplo*, sic *Nicolaus Cabasilas* archiep. Thessalonicensis scripsit solutionem argumentorum quinque contra rhetoricam et dissertationem de criterio veritatis adversus Scepticos quae ms exstat in bibl. augustissimi imperatoris. et *Guilelmus Langius* libro Sexti adversus Geometras primum de veritatibus geometricis opposuit, editum Hafniae a. 1656. 4.

Ad librum 1 Pyrrhoniarum Hypotyposeon meditatum se quaedam esse affirmavit mihi vir illustris et magno nuper literarum iactura exstinctus *G. G. Leibnitius*. sed nihil eius inter schedas repertum comperi.

# HENRICUS STEPHANUS
# HENRICO MEMMIO,
## SUPPLICUM LIBELLORUM IN REGIA MAGISTRO S. D.

**Quoi Graiae sophiae dabo libellum**
**Romana modo pumice expolitum?**
**O Memmi, Tibi. namque tu solebas**
**Graiorum lepidas amare nugas.**

"Quid" dices statim, si Te bene novi "modestiane quadam ac verecundia hoc facis, ut tuum hunc libellum nugas appelles, an ex animo et ut sentis, ita loqueris ingenueque verum fateris"? *οὐ μᾶλλον τοῦτο ἢ ἐκεῖνο.* "hic libellus seriane tractat an nugas"? *ἐπέχω.* "ad hoc saltem responde: estne philosophicum eius argumentum"? *οὐ καταλαμβάνω.* "age, quid definitum constitutumque tibi de illo libello est"? *οὐδὲν ὁρίζω.* "at mihi tuam de eo sententiam, quaecumque est, aperi." immo nulla mihi sententia est, utpote nihil opinanti. "quid facis igitur"? *σκεπτόμενος διατελῶ.* miraris, Henrice, Henrici tui metamorphosin, in Scepticum quasi quodam virgulae divinae miraculo transformati? at ego nunc a Te unica differo literula. tu enim *σκωπτικός* es, ut mos est hominum venustiorum, ego vero *σκεπτικός.* quodsi huius metamorphosis tragicocomicam historiam audieris, ad eam certe multo magis quam ad ullam Ovidianam attonitus stupefactusque discedes. sed narrabo tamen. cum anno superiore quartana mea febris post varias *παροξυσμῶν ἀκμάς* et *παρακμάς* (longas Iuppiter et laboriosas) aliosque multiplices actus tandem ad catastrophen vergeret, eaque non tantum corporis mei constitutionem penitus immutasset, sed et ipsi naturali *ὁρμῇ* (dictu mirabile) tantam mutationem attulisset, ut, quemadmodum nobis, tantisper dum sani sumus, mel dulcissimum videtur, at ubi in icterum inciderimus, amarissimum; ita ego, cui ante febris quartanae tragoediam nihil dulcius, nihil suavius literarum studio fuerat, ex quo illius fabulae actor esse coeperam, adeo ab illis abhorrerem, ut non modo triste et acerbum spectaculum libri mihi afferrent, sed si qua vel minima de illis mihi occurrebat cogitatio, ea, velut obductam cicatricem refricans, animum mihi exulceraret: cum, inquam, ita male erga literas affectus essem atque adeo eas cane peius et angue odissem, contigit ut bibliothecam meam aliquando ingressus (sed opposita oculis manu, ne librorum mihi aspectus bilem moveret) dum in scrinio veteres nescio quas apinas et tricas evolvens nugor, in adversaria quaedam mea inciderem, quae tumultuariam quorundam Pyrrhoniae sectae capitum interpretationem habebant. illa mihi visum (quo medicamento *ἰατρῶν παῖδες* summopere mihi opus esse clamabant) primo statim aspectu et ad prima verba excutere, illa mihi decies repetita placere, illa sola scripta palato meo sapere, ego denique de Scepticis dicere, *οἶοι πέπνυνται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.* statim igitur chartas illas tamquam *ἕρμαιον* arripiens, graecum Sexti exemplar, unde Pyrrhonia illa transtuleram, diligentissime et avidissime perquiro, tandem multo pulvere sordidatum et situ propemodum obductum (adeo a me neglectus iacebat) invenio. quid multa? cum opus a me inchoatum dum firma valetudine eram, argumenti

partim difficultate deterritus, partim παραδοξολογίαν pertaesus, e manibus abiecissem, animum simul abiiciens atque despondens, tunc veluti resumptis novis viribus et novo quodam animo ad id magna alacritate redeo adversusque omnes difficultates pugnans in eo pergo, nec ante absisto, quam extremam manum illi impono. an autem eas expugnaverim, aliorum esto iudicium. certe si omnes expugnare non potui, duobus nominibus excusationem apud aequos iudices mereri mihi videor, quod uno eodemque tempore primum adversus febrim et quidem pervicacissimam ac fallacissimam, deinde adversus argumenti magnam plerisque in locis obscuritatem simulque miram verborum, ut ita loquar, peregrinitatem luctandum fuit. habes, mi Henrice, veram rei nuper gestae historiam. "sed quis umquam", dices, "talem fore quartanae febri cum Sceptice sympathiam sperasset? aut quis huius sympathiae rationem e naturalis philosophiae arcanis eruere posset"? immo vero quis eam melius te uno eruere queat, Henrice φιλοσοφικώτατε? age igitur fecundum concute pectus. quodsi forte nihil ex eo, quod tibi satisfaciat, depromperis, domum habes, quae adeo a doctissimis frequentatur viris, ut quoddam pulcherrimarum disputationum emporium appellari merito possit: hanc igitur quaestionem in frequenti illorum conciliabulo proponas velim, et quomodo soluta fuerit, ut aliquem narrationis meae fructum capiam, perscribas. ad me certe quod attinet, postquam diu multumque cogitationem meam partes in omnes versavi omnesque circumstantias huius facti accurate perpendi, aliquam eius rationem invenisse tandem mihi videor: sed quae tum demum mihi satisfaciet, cum eam aliis et ingenio et iudicio me praestantioribus satisfacere intellexero. eam paucis aperiam. febrim quartanam cum ex inmoderato literarum studio contraxissem, omnes quotidie illud mihi certatim exprobrantes et illi uni totum meum malum acceptum ferentes audiebam. quid aliud hinc sequi poterat, quam immortale quoddam adversus id studium, quod vitae meae insidiabatur, odium? verum eo res devenerat, ut non hunc vel illum librum peculiariter odio prosequerer — alioqui Pindarus potius, quam quisquam alius scriptor dignus odio meo fuisset, quod ex immenso circa illius interpretationem labore aegritudo corporis contracta foret — sed unius crimen in omnes diffundebam, adeo ut iam non a Pindaricorum duntaxat similiumve librorum insidiis cavendum mihi existimarem, sed omnes ad unum suspectos haberem. qua in re mihi usu veniebat, quod ingeniosissimus poëta canit:

Qui semel est laesus fallaci piscis ab hamo,
omnibus unca cibis aera subesse putat.

sic igitur animo cum affectus essem et libris omnibus, quorum lectio aliquam animi contentionem postularet, renuntiare et tantum non bellum indicere statuissem, cur cum Scepticorum libris tandem potius quam cum ullis aliis in gratiam redierim, in causa fuisse puto, quod scepsin omnes omnium artium professores refellentem magis ac magis in illo odio animum meum obfirmaturam sperarem. in illo autem odio salutis spem collocabam, quia quod reliquum erat vitae, si in studio literarum pergerem, ἀβίωτον mihi futurum existimabam. haec est, mi Henrice, quam possum illius mirandae metamorphosis rationem afferre, dum meliorem a re exspecto.

Verum ut tandem aliquando serio loqui incipiam, tantum abest, ut Sceptice animum meum in illo adversus literas odio obfirmaverit, ut potius per quandam *ἀντιπερίστασιν* cum illis me reconciliaverit. ac certe, ut iam libere et ingenue mentem meam patefaciam, hunc nostrum Scepticum minime laudo in eo, quod ingenii acumine in refellendis dogmaticis abusus sit, non solum in iis, quae male, verum etiam in iis, quae recte ab illis dicta fuerant. ego siquidem non quid fieri debuerit, sed quid factum fuerit, narro. quamquam si e duobus malis minus eligendum sit, tolerabilior ignava Scepticorum epoche in quibusdam quaestionibus, quam impudens et temeraria Dogmaticorum quorundam assertio, merito videri possit. de iis autem disputationibus loquor, per quas illi ea etiam, quorum a suis sensibus convincebantur, negabant. uter enim, obsecro, gravius in veritatem peccat, illene qui dubitat (hoc enim exemplum proferam) motus sit necne, ut Sceptici, an ille qui nullum esse motum audet asserere, ut Dogmaticorum bona pars? et de aliis quidem eorum ad evertendum motum commentis alias: at illud risus causa commemorabo. "si quid movetur", aiebant "aut in eo in quo est loco movetur, aut in eo in quo non est. atqui neque in eo loco movetur in quo est — manet enim — nec in eo loco in quo non est — quomodo enim agere possit in eo loco, in quo ne sit quidem —; nihil ergo movetur". hoc commentum cum Diodoro philosopho dogmatico summopere placere sciret Erophilus medicus, facetissime in eum suam illam argutiam retorsit. nam cum is luxato forte humero ad eum non philosophicam sed medicam opem implorans venisset, "Diodore" inquit ille "luxatum tibi humerum suo loco decidisse quomodo mihi persuadebis? aut enim in quo erat loco humerus decidit, aut in quo non erat; atqui non decidit in loco, in quo erat — manens enim decidere non poterat — nec vero decidit in loco, in quo non erat; nam quomodo, ubi non sit, agere possit? ergo tibi humerus luxatus non est". et haec quidem festivissime Erophilus. nos autem ut ludicris omissis ad seria veniamus, Dogmaticos cum Scepticis in dei notitia comparemus. quis nescit Dogmaticorum plurimos ex illa sua plus quam effrenata iudicandi audacia cum divinae providentiae velut censores eam ex suo sensu metirentur, in *ἀθεότητα* esse lapsos? at Sceptici ex iis quidem, quae de deo philosophi utramque in partem disputarent, *ἐποχὴν* induci, se tamen, cum observationi eorum quae ad vitam communem pertinent acquiescerent, naturali instinctu ad credendum esse deum, cuius providentia omnia gubernarentur, et ad eum colendum venerandumque impelli dicebant. quae quamvis ita sint, Sceptices tamen nec ipse fautor esse nec alios fautores efficere velim. "cur igitur" dicet aliquis "librum hunc edis"? primum ut nostri seculi Dogmaticos impios philosophos ad insaniam redigam. ad insaniam redigam, dico? imo vero ut eos sanem. si enim contraria contrariorum sunt remedia, spes est fore, ut quem illi ex dogmaticis philosophis impietatis morbum contraxerunt, ex eo Ephecticorum ope sanentur. deinde ut modestos philosophiae cultores, eos videlit, qui eam moderationem in eius studio adhibent, ut ex profanis nihil tamen profanum imbibant, labore longissimo taedioque maximo levem. nam praeterquam quod

in uno eodemque libro habebunt, quae ex variis petenda forent, multa etiam, quae apud alios obscurissime, apud hunc apertissime tractata reperient: cum tamen auctor hic brevitatem, cui comes obscuritas esse solet, sectatus sit: illi contra fuse ac copiose persecuti ea fuerint. quod profecto admirabili cuidam methodo, huic viro acceptum ferendum est. postremo ut eos etiam, qui ex libris omnibus philologiam praecipue et polyhistoriam haurire solent, aliquo mihi obstringam beneficio, illis enim in toto fere primo libro, ac praecipue in expositione *τῶν δέκα τρόπων τῆς σκέψεως* amplum exhibeo polymathiae, polyhistoriae ac denique philologiae thesaurum. hae sunt fere causae, quae me ad edendum hunc librum impulerunt. verum obiiciat fortasse philosophiae studiosus aliquis: quomodo hunc, qui bellum philosophiae indixisse videtur, ullum meis studiis adiumentum allaturum putem? ego vero eum, quisquis hanc de Sexto opinionem conceperit, toto, quod aiunt, coelo errare existimabo. nisi forte in philosophiam eum quis invehi interpretetur, qui in eo ipso philosophos, quod male de philosophia meriti sint et tam male philosophati, ut suis rationibus ipsa philosophiae dogmata tueri non possint, interdum graviter reprehendat, interdum vero irrideat aliisque irridendos propinet. ideo cum aliquid ex iis, quae posuerunt, evertit, hoc semper addit, aut tamquam additum a nobis vult intelligi, *ὅσον ἐπὶ τοῖς ὑπ' αὐτῶν λεγομένοις.* nec tamen is sum, qui magis subtiles quam veras Sexti disputationes esse ignorem: imo vero ne Sextum quidem id latuisse putandum est, hominem *φιλοσοφικώτατον* et acerrimo iudicio pariter atque ingenio praeditum, sive ostentandi acuminis ingenii causa sive quodam philosophicae temeritatis odio haec scripserit, ut gentem nimium quietam et suo quodam regno ac licentia nimium abutentem sollicitaret eique quantum posset negotii facesseret. sed interim huiusmodi disputationibus veritati offunduntur tenebrae, ais. quid? times, ne a mendacio veritas nobis opprimatur? hoc etiam timeto, quoties solem in nubem conditum videbis, ne nubium caligo lumen eius nobis eripiat: aut potius, quoties solem *ἐκλείπειν* lunae crasso et tenebricoso corpore inter ipsum et obtutum nostrum interposito cernes, de eius luce actum esse existima vicemque nostram, qui *κόσμον ἀνήλιον* in posterum habituri sumus, deplora. cum enim eveniet, ut sophismata ac quamlibet acuta et scita mendacia veritati suam lucem eripiant, certe tum quoque, ut nubes vel luna solis splendorem in tenebras vertant, accidet. nec vero cum Democrito *ἐν βυθῷ εἶναι τὴν ἀληθείην* existimandum est suapte quidem natura, sed pravis hominum opinionibus in profundo quidem illam et olim fuisse demersam et hodie demergi, ita tamen, ut, sicut olim emersit, sic etiam hodie emergat semperque emersura sit. quin etiam tantum abest, ut veritas oppugnata expugnari vel eius lux mendaciis obrui possit, ut perinde ac manus ex contrectatione nivis per *ἀντιπερίστασιν* colorem paulo post acquirit, ita etiam veritas offusa illa mendacii caligine haud multo post nova quadam luce aucta videatur. sed sus Minervam. vale Henrice carissime, et hoc munusculum ab animo grato profectum accipe Tibique persuade, nihil mihi gratius quam Tibi gratificari esse.

ILLUSTRISSIMO ET INPRIMIS REVERENDO

# CAROLO, CARDINALI LOTHARINGO,

## GENTIANUS HERVETUS

### IN CHRISTO PLURIMAM PRECATUR SALUTEM.

Cum post multos a me susceptos et longo tempore exantlatos labores, partim in vertendis veterum in sacras literas commentariis, partim in confutandis prodigiosis sacramentariorum erroribus, itineris amoenum aliquod quaererem diverticulum, ut me parumper reficerem ac animum recrearem, in Tua bibliotheca, quae Tua benignitate mihi semper patuit, occurrit Sexti Empirici opus adversus Mathematicos, id est adversus eos qui profitentur disciplinas. quod cum non sine incredibili voluptate perlegissem, operae pretium me facturum esse duxi, si id Latine verterem. mihi enim persuasi hunc vel maximum ex eo fructum esse capiendum, quod cum aperte ostendat nullam esse apud homines adeo recte constitutam disciplinam quae non labefactari, nullam adeo certam scientiam quae constare possit, si rationum et argumentorum oppugnetur machinis, futurum sit ut humanas leviter praetervecti scientias quae inflant non aedificant, nos ad Christianorum propriam conferamus disciplinam ac scientiam, nempe ut fidem habentes a Christo nobis factae revelationi et promissorum bonorum spe nitentes deique praeceptis parentes caritatem semper teneamus et amplexemur. haec est optima disciplina et scientia longe praestantissima, per quam et fide deus apprehenditur et dei regnum acquiritur. quem quidem scopum si nobis proposuerimus et in primae et summae rerum omnium causae contemplatione assidue versati fuerimus, facile intelligemus verum esse quod dicit psalmographus, mirabilem esse dei scientiam non *ex nobis* (ut vulgata habet versio, sed ut Hebraica habet veritas) *prae nobis*, id est, si cum nostra conferatur scientia, quae cum eius scientia collata plane nulla est: imo vero est eiusmodi etiam per se considerata, ut ne quidem dicenda sit scientia. hoc cum ad gentiles et externos philosophos confutandos nobis sit adiumenti plurimum allaturum, non parvam quoque suppeditabit copiam argumentorum adversus nostri temporis haereticos, qui quae sunt supra naturam naturalibus metientes rationibus, quae sola fide percipi et apprehendi possunt, non intelligunt, quia non credunt. nam cum quae sunt mere naturalia, adeo sint ad percipiendum difficilia, ut quaecumque de eis dixeris aut cogitaris, facile evertantur: quid mirum si quae sunt supernaturalia ingenii humani captum superant? hoc certe si nihil aliud Calvinistis nostris deberet persuadere, ut simplici verbo dei credentes quomodo quod ab eo dicitur fieri possit Capharnaitarum

instar minime investigarent. quod si facerent, non se praecipites darent in tantum impietatis barathrum, ut cum ipso Christo temere pugnarent, dum eius verbis suam derogant dignitatem et efficaciam. quanto usui autem esse possit Sexti Empirici commentarius ad tuenda Christianae religionis dogmata adversus externos philosophos, pulchre docet Franciscus Picus Mirandulanus in eo libro quo Christianam tuetur philosophiam adversus dogmata externorum philosophorum. quo magis miror esse nostris temporibus exortos novos quosdam Academicos, qui gloriae sibi fore ducunt, si veteri et vera Christi spreta religione, novae et adulterinae haeresis sint sectatores. neque vero solum ad tuenda Christianae religionis dogmata usui esse poterit hic Sexti Empirici commentarius, sed etiam ad ipsam quae nunc in scholis praelegitur melius discendam ac tenendam philosophiam et orbem illum quem vocant disciplinarum. nihil enim melius discitur, quam quod ultro citroque habita disputatione agitatur. in his certe commentariis sua dogmata ita confirmant Dogmatici, ut ipsi eorum auctores non melius ac fortius ea possint defendere. Sceptici vero ita oppugnant, ut Dogmaticis vix quidquam relinquant quod pro se possint dicere. haec cum fiant, necesse est ut haec exercitatio magnam vim habeat ad excitanda et acuenda adolescentum ingenia, qui tum demum poterunt verum discernere, cum quae sunt probabilia et verisimilia ab iis quae secus sunt diiudicaverint et ex multis probabilibus et verisimilibus latens verum tandem eruerint. quodsi utrinque sint, ut contingit, adeo paria rationum momenta, ut nihil possit certi de re controversa constitui, hoc humanae tribuendum est imbecillitati, quae efficit ut homines vel in media luce saepe caligent, non autem vel Dogmaticorum vel Scepticorum doctrinae, quae pro se quod potest adducit. sed in hoc magis videtur probanda illa Scepticorum ἐποχή quam vocant, quod dum suam sustinent assensionem, non tam temere nec tam facile in errores prolabuntur. quae tamen hactenus est probanda, ut quae de vera Christi doctrina virtuteque ei convenienter agenda sunt constituta ab iis ne latum quidem unguem discedatur. quodsi fiat, non poterit in caeteris hic commentarius non esse longe utilissimus. haec me moverunt, ut dum ad maiora aggredienda meas vires prope deficientes reparo, hunc Sextum Empiricum in linguam Latinam verterem. qui nunc in lucem exiens non alium se sperat inventurum qui eum lubentius sit excepturus, quam Te, Illustrissime Princeps, quem non ignorat semper favisse literis et literatis, nec dubitat quin si per tuas graviores liceat occupationes, sis eum aliquando palam Latine loquentem auditurus, qui Graece scriptus et in capsam inclusus prius obmutescebat. quod si feceris et tua seria sacrarum literarum studia aliquantulum animi causa intermiseris, spero fore ut in eo legendo aliquot horas collocasse te minime poeniteat. vale. Lutetiae, 16 calend. Martii anno 1567.

# AD LECTOREM

## GENTIANI HERVETI

### PRAEFATIO.

Sitne Sextus Empiricus, quem nos latine vertimus, idem qui Sextus Chaeroneus Plutarchi sororis filius, qui vixit tempore Marci Antonini, non ausim affirmare. est tamen verisimile hunc non esse alium, cum is fuerit discipulus * Herodoti Philadelphei sectae Pyrrhoniae. quidquid sit, constat eum virum fuisse doctissimum et in omni disciplinarum et scientiarum genere longe exercitatissimum. perspicuum autem est ex his libris, quos vertimus, eum fuisse professione medicum et in rebus naturalibus pulcherrime fuisse versatum. cum sit autem eius scopus et institutum in hoc opere afferre quaecumque dici possunt adversus disciplinas et scientias, ante tamen quam ad eas confutandas accedat, ita probat ac confirmat cuiusvis disciplinae et scientiae dogmata, ut nemo possit dubitare eum in omnibus excelluisse. est itaque hic Sextus Empiricus omnibus legendus, qui disciplinarum omnium et scientiarum sibi parare velint cognitionem. ab iis autem maxime, qui de re qualibet in utramque partem velint disserere, est perpetuo legendus et memoriter, si fieri possit, tenendus. fac itaque, o lector, ut eum diligenter legas et tibi persuadeas, quod re ipsa experieris, te maximum fructum ex eo percepturum. vale.

* soli Suidae hoc affirmanti et duos Sextos confundenti facile nimis credidit Hervetus.

*Ἰουλιανοῦ εἰς Πύῤῥωνα.* [Anth. Pal. 7 576.]

*Κάτθανες ὦ Πύῤῥων; ἐπέχω. πυμάτην κατὰ μοῖραν*
*φὴς ἐπέχειν; ἐπέχω. σκέψιν ἔπαυσε τάφος.*

Mortuus es Pyrrho? haereo. post fata haereo dicis?
haereo. sed scepsin Parca suprema tulit.

*Ἀνωνύμου.*

*Ὦ Πύῤῥων μέγα θαῦμα πεφασμένον, ὡς πλέον οὐδὲν*
*τῶν ἄλλων ἕτερον χρῆμά τι θαμβαλέον.*
*εἰ μὲν ὑπερφιάλως κατ᾽ ἐναντίον ἐλθέμεν ἔτλης*
*συμπάντων γε σοφῶν, φεῦ ὅσον ἦσθα τάλας.*
*εἰ δέ κεν ἰδμοσύνης τῆς ἀνδρομέης κατεγνωκώς,*
*τὰ πρώτιστα φέρεις ὧν σοφίης κατέγνως.*

Prodigium ingenii Pyrrho magnum atque stupendum,
quo nulla in toto res magis orbe fuit.
quodsi praeter fas cunctis sapientibus unus
ausus es obniti, quam miser unus eras!
vana hominum at si videbatur opinio, nempe
philosophis potior quos reprehendis eras.

# ΣΕΞΤΟΥ ΕΜΠΕΙΡΙΚΟΥ

## ΠΥΡΡΩΝΕΙΩΝ ΥΠΟΤΥΠΩΣΕΩΝ

### ΒΙΒΛΙΑ Γ.

## ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΡΩΤΩ ΤΩΝ ΠΥΡΡΩΝΕΙΩΝ ΥΠΟΤΥΠΩΣΕΩΝ.


*Κεφ. α΄. Περὶ τῆς ἀνωτάτω*[a]) *διαφορᾶς τῶν φιλοσόφων.*
– *β΄. Περὶ τῶν λόγων τῆς σκέψεως.*
– *γ΄. Περὶ τῶν ὀνομασιῶν αὐτῆς.*
– *δ΄. Τίς ἔννοια σκέψεως.*
– *ε΄. Περὶ τοῦ σκεπτικοῦ.*
– *ς΄. Περὶ τῶν ἀρχῶν αὐτῆς.*
– *ζ΄. Εἰ δογματίζει ὁ σκεπτικός.*
– *η΄. Εἰ αἵρεσιν ἔχει.*
– *θ΄. Εἰ φυσιολογεῖ.*
– *ι΄. Εἰ ἀναιρεῖ τὰ φαινόμενα.*
– *ια΄. Περὶ τοῦ κριτηρίου τῆς σκέψεως.*
– *ιβ΄. Περὶ τοῦ τέλους αὐτῆς.*
– *ιγ΄. Περὶ τῶν ὁλοσχερῶς τρόπων τῆς σκέψεως.*
– *ιδ΄. Περὶ τῶν δέκα τρόπων.*
– *ιε΄. Περὶ τῶν πέντε τρόπων.*
– *ις΄. Περὶ τῶν δύο τρόπων.*
– *ιζ΄. Τίνες τρόποι*[b]) *τῶν αἰτιολογουμένων ἀνατροπῆς.*


## QVAE COMPLECTITVR PYRRHONIARVM HYPOTYPOSEON SIVE INSTITVTIONVM LIB. I.


CAP. I. *De summa ac generali maxime differentia quae intercedit inter philosophos.*
– II. *De rationibus tractandae philosophiae Scepticae.*
– III. *Quibus nominibus Sceptica disciplina vocetur.*
– IV. *Quid sit Scepsis, et quae eius notio.*
– V. *De Sceptico.*
– VI. *De principiis Scepticae.*
– VII. *An Scepticus aliqua dogmata statuat.*
– VIII. *An sectam habeat.*
– IX. *An physiologiam sive doctrinam naturalem tractet.*
– X. *An Sceptici tollant ea quae sensibus manifesta apparent?*
– XI. *De criterio Sceptices, sive quo utatur instrumento ad iudicandum?*
– XII. *Quis finis sit Scepticae.*
– XIII. *De modis generalibus Scepseos.*
– XIV. *De modis decem Epoches.*
– XV. *De quinque modis.*
– XVI. *De duobus aliis modis.*
– XVII. *Quibus modis evertantur illi qui rerum vel opinionum caussas reddere se profitentur.*


---

*a*) *περὶ τῆς ἀνωτάτω*] ita recte ms. Savil. non ut editi, *δι' ἀνωτάτω*, vel ms Vratislav. *διανωτάτω*. vide quae HStephanus infra notavit ad verba cap. 1 sect. 4 *ὅθεν εὐλόγως δοκοῦσιν αἱ ἀνωτάτω φιλοσοφίαι τρεῖς εἶναι.* sic in titulo capitis 13 *περὶ τῶν ὁλοσχερῶς τρόπων.* sect. 138 *τὰ ἀνωτάτω γένη.* lib. 2 sect. 205 *τὰ ἀνωτάτω κεφάλαια.* lib. 3 sect. 61. *αἱ ἀνωτάτω περὶ κινήσεως στάσεις.* sic lib. 2 contra Phys. sect. 38, 45 et 276. lib. 1 contra Math. sect. 26 *τῶν σωμάτων κατὰ τὸ ἀνωτάτω διττὴ διαφορά.* et 56 *τὰς ἀνωτάτω χάριτας.* et 88 *τῶν καθόλου πασῶν καὶ ἀνωτάτω.* 100 *κατὰ τὸ ἀνωτάτω.* lib. 1 adversus Log. sect. 47 *αἱ ἀνωτάτω στάσεις.* sect. 368 *τὰ ἀνωτάτω πράγματα.* lib. 2 sect. 141 *διττὴ κατὰ τὸ ἀνωτάτω διαφορά.* et 1 contra Phys. sect. 39 *τὴν ἀνωτάτω εὐήθειαν.* fortasse sect. 117 leg. *τὸν ἀνωτάτω λόγον* pro *ἀνώτατον.* lib. 1 contra Phys. sect. 59 *περὶ τῶν ἀνωτάτω στοιχείων.*

*b*) *τίνες τρόποι*] male edebatur *τίνες τρόπων*, nam **τρόποι** legunt omnes mss.

– ιη'. Περὶ τῶν σκεπτικῶν φωνῶν.
– ιθ'. Περὶ τῆς οὐδὲν μᾶλλον.
– κ'. Περὶ ἀφασίας.
– κα'. Περὶ τοῦ ἔξεστι καὶ τοῦ τάχα καὶ τοῦ ἐνδέχεται.
– κβ'. Περὶ τοῦ ἐπέχω.
– κγ'. Περὶ τοῦ οὐδὲν ὁρίζω.
– κδ'. Περὶ τοῦ πάντα ἐστὶν ἀόριστα.
– κε'. Περὶ τοῦ πάντα ἐστὶν ἀκατάληπτα.
– κς'. Περὶ τοῦ ἀκαταληπτῶ καὶ οὐ καταλαμβάνω.
– κζ'. Περὶ τοῦ παντὶ λόγῳ λόγον ἴσον [c]) ἀντικεῖσθαι.
– κη'. Παραπήγματα περὶ τῶν σκεπτικῶν φωνῶν. [d])
– κθ'. Ὅτι διαφέρει ἡ σκεπτικὴ ἀγωγὴ τῆς Ἡρακλείτου φιλοσοφίας.
– λ'. Τίνι διαφέρει ἡ σκεπτικὴ ἀγωγὴ τῆς Δημοκριτείου φιλοσοφίας.
– λα'. Τίνι διαφέρει τῆς Κυρηναϊκῆς ἡ σκέψις.
– λβ'. Τίνι διαφέρει τῆς Πρωταγορείου ἀγωγῆς ἡ σκέψις.
– λγ'. Τίνι διαφέρει τῆς Ἀκαδημαϊκῆς φιλοσοφίας ἡ σκέψις.
– λδ'. Εἰ ἡ κατὰ ἰατρικὴν ἐμπειρία ἡ αὐτή ἐστι τῇ σκέψει.

– XVIII. *De Scepticorum vocibus.*
– XIX. *De voce*, Non magis.
– XX. *De Aphasia, sive abstinentia a pronunciando.*
– XXI. *De vocibus* Fortasse, Licet, Fieri potest.
– XXII. *De voce*, assensum cohibeo.
– XXIII. *De voce*, nihil definio.
– XXIV. *De eo quod dicunt, omnia esse ita comparata, ut definiri illa nequeant.*
– XXV. *De eo quod dicunt, omnia esse incomprehensibilia.*
– XXVI. *De vocibus* non concipio, non comprehendo.
– XXVII. *De eo quod dicunt, omni rationi parem rationem dari oppositam.*
– XXVIII. *Appendix ad tractationem de Scepticis vocibus.*
– XXIX. *Differre Scepticam institutionem ab Heracliti philosophia.*
– XXX. *In quo differat Sceptica disciplina a Democriti philosophia.*
– XXXI. *Quo differat Scepsis a Cyrenaica institutione.*
– XXXII. *Quo differat Scepsis a Protagorae institutione.*
– XXXIII. *Quo differat ab Academica philosophia Scepsis.*
– XXXIV. *An medica experientia eadem sit cum Scepsi.*

---

c) *παντὶ λόγῳ λόγον ἴσον*] rectius redditur ut ipse HStephanus alibi agnoscit *parem rationem* quam *aequalem orationem*, nam et Sextus diserte testatur se intelligere *λόγον κατασκευάζοντά τι δογματικῶς.* Cicero Lucullo c. 40 *in plerisque contrariarum rationum paria sunt momenta.* 1 Academic. c. ult. *ut cum in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum invenirentur, facilius ab utraque parte assertio sustineretur.*

d) *τῶν σκεπτικῶν φωνῶν*] ita recte ms Savil. pro *τῆς σκεπτικῆς φωνῆς*, quod erat in priore edit. et ms Vratislav. *περὶ τὴν σκεπτικὴν φωνήν.* in utroque ms tituli capitum deinceps his verbis concipiuntur: *κθ'. εἰ ἡ σκεπτικὴ ὁδός ἐστιν ἐπὶ τὴν Ἡρακλείτειον φιλοσοφίαν. λ'. εἰ διαφέρει ἡ Δημοκρίτειος αἵρεσις τῆς σκέψεως. λα'. εἰ διαφέρει ἡ Κυρηναϊκὴ τῆς σκέψεως. λβ'. εἰ διαφέρει ἡ Πρωταγόρειος τῆς σκέψεως. λγ'. εἰ διαφέρει τῶν Ἀκαδημιῶν ἡ σκέψις.* sed non uno argumento mihi constat capitum divisiones inscriptionesque non esse ab ipso Sexto. vide si placet quae infra ad lib. 3 cap. 30.

## ΣΕΞΤΟΥ ΕΜΠΕΙΡΙΚΟΥ P 1

## ΠΥΡΡΩΝΕΙΩΝ ΥΠΟΤΥΠΩΣΕΩΝ [a]) ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΡΙΑ [b])

### ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α΄. 1

Περὶ τῆς ἀνωτάτω διαφορᾶς τῶν φιλοσόφων.

Τοῖς ζητοῦσί τι [c]) πρᾶγμα ἢ εὕρεσιν ἐπακολουθεῖν εἰκὸς ἢ ἄρνησιν εὑρέσεως καὶ ἀκαταληψίας ὁμολογίαν [d]) ἢ ἐπιμονὴν ζη-

## SEXTI EMPIRICI

## PYRRHONIARVM HYPOTYPOSEON SIVE INSTITVTIONVM

### LIBER PRIMVS.

### CAPVT I.

De summa, quae inter philosophos universe intercedit, differentia.

Quicunque rem aliquam quaerunt, eos huc tandem devenire consentaneum est, ut aut eam inveniant, aut a se inveniri posse negent, comprehendique

---

*a*) Ὑποτυπώσεων] hanc inscriptionem ab Aenesidemo mutuatus Sextus videtur, cuius *ὑποτύπωσιν εἰς τὰ Πυῤῥώνεια* memorat Laërtius 9 78 et Aristocles apud Eusebium 14 13 praeparat. est autem *ὑποτύπωσις* adumbratio et institutio brevis, quae *ὡς ἐν τύπῳ* fit, sive *τυπωδῶς*, ut loquitur Suidas in *ὅρος*, et accuratiori uberiorique tractationi opponitur, ut pridem magno Casaubono observatum notis ad Theophrastum *περὶ εἰρωνείας*. itaque et passim Sextus negat se prolixius posse singula persequi propter *πρόθεσιν*, *χαρακτῆρα* et *τρόπον ὑποτυπωτικὸν τῆς γραφῆς*, et quoniam *ὑποτυπωτικῶς*, hoc est, ut infra c. 14 loquitur, *συντόμῳ λόγῳ*, ac compendiose omnia tradere instituit. itaque *συντόμως καὶ ὑποτυπωτικῶς* coniungit in limine libri secundi. et simplicius in Categorias p. 19 b *ὑποτυπωτικὴν διδασκαλίαν* opponit *τῇ ἀκριβεστέρᾳ παραδόσει*. hinc Proclus compendium suum astronomicum inscripsit *ὑποτύπωσιν τῶν Ἀστρονομικῶν ὑποθέσεων*. etiam inter Galeni scripta, sed latine tantum, exstat *Ἐμπειρικῆς ἀγωγῆς ὑποτύπωσις*, *compendiosa adumbratio sectae Empiricae*. sic Clemens Alexandrinus Presbyter, Hypotyposeon octo scripserat libros, quam vocem Rufinus in Eusebii historia eccles. interpretatur *informationes*, alii *institutiones*, haud absurde; nam et illas breves ac compendiosas esse oportet. et Dionysius, quem Areopagitam appellant, cap. 3 Theologiae Mysticae meminit operis sui *περὶ Θεολογικῶν ὑποτυπώσεων*. utitur etiam *ὑποτυπώσεως* voce pro praeformatione succincta ac perspicua D. Paulus 1 Tim. I 16 et 2 Tim. I 13. P 1

*b*) *τῶν εἰς τρία*] uti capitum divisio titulique non sunt ab ipso auctore, sic in libros tres Sextus ipse opus suum haud dubie distinxit,

2 τήσεως. διόπερ ἴσως καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν ζητουμένων
οἱ μὲν εὑρηκέναι τὸ ἀληθὲς ἔφασαν, οἱ δὲ ἀπεφήναντο μὴ δυ-
3 νατὸν εἶναι τοῦτο καταληφθῆναι, οἱ δὲ ἔτι ζητοῦσι. καὶ εὑρη-
κέναι μὲν δοκοῦσιν οἱ ἰδίως καλούμενοι Δογματικοί, οἷον οἱ
περὶ Ἀριστοτέλην καὶ Ἐπίκουρον καὶ τοὺς Στωϊκοὺς καὶ ἄλλοι
τινές. ὡς δὲ περὶ ἀκαταλήπτων ἀπεφήναντο οἱ περὶ Κλειτό-
μαχον καὶ Καρνεάδην [e]) καὶ ἄλλοι Ἀκαδημαϊκοί. ζητοῦσι δὲ
4 οἱ Σκεπτικοί [f]). ὅθεν εὐλόγως δοκοῦσιν αἱ ἀνωτάτω φιλοσο-
P 2 φίαι τρεῖς εἶναι, δογματική, ἀκαδημαϊκή, σκεπτική. περὶ μὲν
οὖν τῶν ἄλλων ἑτέροις [g]) ἁρμόσει λέγειν, περὶ δὲ τῆς σκεπτι-
κῆς ἀγωγῆς ὑποτυπωτικῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡμεῖς ἐροῦμεν ἐκεῖνο

**non posse fateantur, vel in eius investigatione perseverent. 2. quamobrem fortasse in iis etiam, quae circa philosophiam quaeruntur, alii quidem verum se invenisse dixerunt, alii autem id esse eiusmodi, quod comprehendi non posset, pronunciarunt, alii vero quaerere pergunt. 3. invenisse sibi videntur ii, qui peculiari nomine Dogmatici appellantur, ut Aristoteles, Epicurus et Stoici, et alii quidam. negarunt autem comprehendi posse Clitomachus, Carneades et caeteri Academici. at Sceptici etiamnum quaerunt. 4. unde merito tres esse generalissimae philosophandi rationes existimantur, dogmatica, academica, sceptica. ac de duabus quidem illis tractare aliorum fuerit, de sceptica autem institutione nos breviter, summa rerum ob oculos**

---

unde *τρίτον σύνταγμα* vocat librum tertium infra 3 31 neque aliud opus respicit, quando *Πυῤῥώνεια* sua *ὑπομνήματα* allegat vel *σκεπτικά*, et lib. 7 contra Mathematicos: *ὧν τὸ μὲν πρότερον ἐν τοῖς περὶ τῆς σκεπτικῆς ἀγωγῆς ἐξεθέμεθα.*

*c*) *Τοῖς ζητοῦσί τι πρᾶγμα*] ms Savil. *τὶ τὸ πρᾶγμα.* in aliis *τὸ* rectius omittitur.

*d*) *ἢ ἄρνησιν εὑρέσεως καὶ ἀκαταληψίας ὁμολογίαν*] haec coniungenda sunt et unum genus philosophiae constituunt, quod Academici profitebantur, oppositum non minus Dogmaticis, qui invenisse se et scire dicebant, quam Scepticis perpetuo quaerentibus. in ms Vratislaviensi ad illustrandum praesens caput adscripta erat haec notula:

*αἱ φιλοσοφίαι*

*δογματική, ἀκαδημαϊκή, σκεπτική.*

HStephanus eumque secutus in Gallica primorum capitum versione Samuel Sorberius, Sexti verba ita est interpretatus, ac si quattuor genera philosophiae distinguerentur: *ut aut eam inveniant, aut a se inventam negent, et vel a se comprehendi non posse fateantur, vel in eius investigatione perseverent.* malui autem *ἄρνησιν εὑρέσεως* reddere *a se inveniri posse negent*, quoniam *inventam* negabant *ἀδοξάστως*, sive dubitabant etiam Sceptici, a quibus alterum hoc genus Sextus diversum facit.

*e*) *οἱ περὶ Κλειτόμαχον καὶ Καρνεάδην*] vide infra hoc libro c. 33.

*f*) *οἱ Σκεπτικοί*] in hoc a Dogmaticis pariter et Academicis Sceptici differebant, quod Dogmatici scire se haud dubie complura certoque cognoscere ac percipere arbitrarentur, Academici contra non minus obstinato negarent quicquam sciri ac comprehendi posse, adeoque hoc ipso erant quoddam veluti contrarium genus Dogmaticorum. at Sceptici ut de omnibus, ita etiam de hoc ipso dubitare se profitebantur, an nihil
P 2 scirent vel possent scire: nondum quidem sibi videri comprehendisse vera, sed fieri tamen posse fortassis, ut ea comprehenderent disputantes. infra cap. 33 *ὁ δὲ σκεπτικὸς ἐνδέχεσθαι καὶ καταληφθῆναι τινὰ προσδοκᾷ.* hinc dicti *ζητητικοὶ* Gellio XI 5 *quaesitores.*

*g*) *ἑτέροις ἁρμόσει*] ita rectius quam in MS. Savil. *ἕτερος ἁρμόσει λέγειν.* mox articulum, qui ante *σκεπτικῆς* exciderat, revocavi ex eodem S et V.

προειπόντες h), ὅτι περὶ οὐδενὸς τῶν λεχθησομένων διαβεβαιούμεθα, ὡς οὕτως ἔχοντος πάντως καθάπερ λέγομεν· ἀλλὰ κατὰ τὸ νῦν φαινόμενον ἡμῖν ἱστορικῶς ἀπαγγέλλομεν περὶ ἑκάστου.

## ΚΕΦ. β'.

### Περὶ τῶν λόγων τῆς σκέψεως.

Τῆς σκεπτικῆς οὖν φιλοσοφίας ὁ μὲν λέγεται καθόλου λό- 5
γος, ὁ δὲ εἰδικός. καὶ καθόλου μέν, i) ἐν ᾧ τὸν χαρακτῆρα τῆς
σκέψεως ἐκτιθέμεθα λέγοντες τίς ἔννοια αὐτῆς k) καὶ τίνες ἀρχαὶ
καὶ τίνες λόγοι τί τε κριτήριον καὶ τί τέλος καὶ τίνες οἱ τρό-
ποι τῆς ἐποχῆς καὶ πῶς παραλαμβάνομεν τὰς σκεπτικὰς ἀπο-
φάσεις l), καὶ τὴν διάκρισιν τῆς σκέψεως ἀπὸ τῶν παρακειμέ-
νων αὐτῇ φιλοσοφιῶν. εἰδικὸς δὲ ἐν ᾧ πρὸς ἕκαστον μέρος τῆς 6
καλουμένης φιλοσοφίας ἀντιλέγομεν. περὶ τοῦ καθόλου δὴ πρῶ-
τον διαλάβωμεν λόγου ἀρξάμενοι τῆς ὑφηγήσεως ἀπὸ τῶν τῆς
σκεπτικῆς ἀγωγῆς ὀνομάτων.

ponentes capita, dicemus, hoc praefati, nos de nulla re earum quae a nobis dicentur, ita pronuntiare ut eam sic plane se habere, ut dicimus, affirmemus et assertione approbemus: sed quid de quaque re nobis nunc videatur, historico quodam more narrantes exponere.

## CAP. II.

### De rationibus tractandae scepticae philosophiae.

5. Scepticae igitur philosophiae una quidem dicitur generalis tractatio, altera autem specialis. generalis, in qua notas et formam Scepseos exponimus declarantes, quae sit eius notio, quae principia, quae rationes, quod sit eius instrumentum ad iudicandum, quis finis, item qui modi assensus retentionis, et quomodo Scepticorum voces negantes intelligamus, praeterea quonam pacto dubitabunda consideratio ista sive scepsis ab illis philosophandi modis qui sunt ei finitimi, distinguatur. 6. specialis autem Scepticae tractatio ea est, in qua unicuique parti eius, quae philosophia nuncupatur, contradicimus. et generalem quidem tractationem priore loco persequamur, ante omnia tradentes ea nomina, quibus appellari Sceptica institutio consuevit.

h) ἐκεῖνο προειπόντες] V. προσειπόντες. quod porro negat se statuere quicquam, dum narrat Scepticus quid sibi videatur, eandem cautelam saepius repetit infra, ut sect. 15.

i) καὶ καθόλου μέν] generalis tractatio totum praesentem librum primum occupat, uti specialis secundum et tertium.

k) τίς ἔννοια αὐτῆς] capite quarto huius libri Sextus disputat, quid sit Scepsis? a qua Sceptici, sive οἱ ἀπὸ τῆς σκέψεως, ut lib. 1 adversus Phys. sect. 312. et multis aliis in locis appellantur. igitur ἔννοια hoc loco est *notio*, quid nempe per dubitationem suam Sceptici intelligant. neque improbaverit hanc interpretationem HStephanus, licet praesenti loco maluerit reddere *quae sit eius mens.* certe infra c. 5 ἔννοιαν et ipse transfert *notionem.*

l) ἀποφάσεις] intellige negantes Scepticorum voces formulasque, quibus tamen non dogmatice negabant aliquid, sed renuntiabant omni obfirmatae negationi pariter atque affirmationi, professi de re quacumque nihil in utramvis partem certi sibi constare. tales sunt οὐ μᾶλλον, οὐδὲν ὁριστέον, et similes de quibus infra sect. 14 et cap. 18 seq. ἀπόφασις *negatio*, uti ἀποφατικὰ *negantia* apud Ciceronem Topic. Simplicius in Categorias p. 44 ὃ σημαίνει ἡ κατάφασις (affirmatio) ἐν τῷ εἶναι, τοῦτο ἡ ἀπόφασις (negatio) ἐν τῷ μὴ εἶναι. noster infra sect. 12.

### ΚΕΦ. γ΄.

### Περὶ τῶν ὀνομασιῶν τῆς σκεπτικῆς.

7 Ἡ σκεπτικὴ τοίνυν ἀγωγὴ καλεῖται μὲν καὶ ζητητικὴ ἀπὸ
ἐνεργείας τῆς κατὰ τὸ ζητεῖν καὶ σκέπτεσθαι, καὶ ἐφεκτικὴ ἀπὸ
τοῦ μετὰ τὴν ζήτησιν περὶ τὸν σκεπτόμενον m) γινομένου πά-
θους, καὶ ἀπορητικὴ ἤτοι ἀπὸ τοῦ περὶ παντὸς ἀπορεῖν καὶ
P 3 ζητεῖν, ὥς ἔνιοί φασιν, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀμηχανεῖν πρὸς συγκατά-
θεσιν ἢ ἄρνησιν, καὶ Πυρρώνειος ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἡμῖν τὸν
Πύρρωνα σωματικώτερον n) καὶ ἐπιφανέστερον τῶν πρὸ αὐτοῦ
προσεληλυθέναι τῇ σκέψει.

### ΚΕΦ. δ΄.

### Τί ἐστι σκέψις.

8 Ἔστι δὲ ἡ σκεπτικὴ δύναμις ἀντιθετικὴ φαινομένων τε καὶ νοουμένων o) καθ᾽ οἷον δήποτε τρόπον· ἀφ᾽ ἧς ἐρχόμεθα διὰ τὴν ἐν τοῖς ἀντικειμένοις πράγμασι καὶ λόγοις ἰσοσθένειαν p) τὸ

### CAP. III.

### Quibus nominibus Sceptica disciplina vocetur.

**7.** Sceptica igitur institutio vocatur etiam Zetetice sive quaesitoria, ab ipsa actione, quae versatur in quaerendo et utendo Scepsi. appellatur etiam Ephectice, a sustinendo assensu, quae affectio post inquisitionem factam in eo est, qui Scepsi utitur. dicitur et Aporetice, q. d. dubitatoria vel haesitatoria, aut inde, quod de re omni dubitet et quaerat, ut nonnulli volunt, aut propterea quod haesitans suspenso sit ad assentiendum aut repugnandum animo; quin etiam quoniam plenius et apertius Scepsin tractavisse Pyrrhonem existimamus, quam eos qui aetate illum praecucurrerunt, ab eius nomine Pyrrhonia nuncupatur.

### CAP. IV.

### Quid sit scepsis.

**8.** Est autem Sceptica *facultas*, *quae sensibus apparentia et ea*, *quae mente et intellectu percipiuntur*, *confert inter se atque opponit quolibet modo.* a qua quidem devenimus, propter paria in oppositis rebus ac rationibus momenta, primum quidem ad *assensus retentionem*, deinde vero ad

---

m) *περὶ τὸν σκεπτόμενον*] sic MSS. V et S, non ut in editis *περὶ τῶν σκεπτομένων.* de nominibus Scepticae disciplinae eadem tradit Diogenes Laërtius 9 69, 70 quem si placet evolvito.

P 3 n) *σωματικώτερον*] primus Pyrrho fuit, qui philosophiam scepticam in iustam veluti compagem membrorum corpusque et systema redegit, atque adeo integram et ordine magis tradidit. malui igitur hoc vocabulum reddere *plenius*, quam cum erudito interprete *solidius*, quod totum sceptica secta *οὐδὲν διαβεβαιουμένη* ne admittere quidem videtur.

o) *φαινομένων τε καὶ νοουμένων*] sententiam horum verborum nimis arcte circumscripserat HStephanus, qui ita vertit, ac si tantummodo *φαινόμενα νοουμένοις* vel *φαινομένοις νοούμενα* a Sceptico opponerentur. sed ut ex hoc ipso capite et capite 13 aliisque locis constat, etiam *φαινόμενα* inter se et *νοούμενα* cum *νοουμένοις* pariter contendit isthaec secta, atque per omnes modos ita inter se comparat, ut aliquid observet, ex quo possit rationem cohibendi assensus exsculpere.

p) *ἰσοσθένειαν*] infra sect. 10, 12, 18, 26, lib. 2 contra Log. sect. 298, 363 etc. et quae iam dixi ad indicem capitum.

μὲν πρῶτον εἰς ἐποχήν, τὸ δὲ μετὰ τοῦτο εἰς ἀταραξίαν [q]). δύ- 9
ναμιν μὲν οὖν αὐτὴν καλοῦμεν οὐ κατὰ τὸ περίεργον, [r]) ἀλλ' ἁπλῶς κατὰ τὸ δύνασθαι· φαινόμενα δὲ λαμβάνομεν νῦν τὰ αἰσθητά· διόπερ ἀντιδιαστέλλομεν αὐτοῖς τὰ νοητά. τὸ δὲ [s]) καθ' οἷον δήποτε τρόπον δύναται προσαρμόζεσθαι καὶ τῇ δυνάμει, ἵνα ἁπλῶς τὸ τῆς δυνάμεως ὄνομα, ὡς εἰρήκαμεν, παραλαμβάνωμεν· καὶ τῷ [t]) ἀντιθετικῇ φαινομένων τε καὶ νοουμένων. ἐπεὶ γὰρ ποικίλως ἀντιτίθεμεν ταῦτα, ἢ φαινόμενα φαινομένοις, ἢ νοούμενα νοουμένοις, ἢ ἐναλλὰξ [u]) ἀντιτιθέντες, ἵνα πᾶσαι αἱ ἀντιθέσεις ἐμπεριέχωνται, λέγομεν καθ' οἷον δήποτε τρόπον· ἢ καθ' οἷον δήποτε τρόπον φαινομένων τε καὶ νοουμένων, ἵνα μὴ ζητῶμεν πῶς φαίνεται τὰ φαινόμενα ἢ πῶς νοεῖται τὰ νοούμενα, ἀλλ' ἁπλῶς ταῦτα λαμβάνωμεν. ἀντικει- 10
μένους δὲ λόγους παραλαμβάνομεν οὐχὶ πάντως ἀπόφασιν καὶ κατάφασιν, ἀλλ' ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ μαχομένους. [x]) ἰσοσθένειαν δὲ

*vacuitatem a perturbatione.* 9. eam autem *facultatem* appellamus non subtilius accepta illa voce, sed simpliciter quatenus aliquid potest. *apparentia* porro dicimus nunc illa, quae sub sensum cadunt. unde iis *opponimus, quae mente et intellectu percipiuntur.* quod autem dicimus, *Quolibet modo*, id ad facultatem referri potest: ut late ac simpliciter vocem hanc facultatis, uti diximus, accipiamus. potest etiam ad illud referri, Scepticam sensibus apparentia et intellectu perceptibilia inter se opponere. quia enim varie haec inter se opponimus, aut apparentia apparentibus, aut intelligibilibus intelligibilia, aut permutatim: ut omnes oppositiones comprehendantur, dicimus, *Quolibet modo.* aut certe quolibet modo apparentium sive sub sensum cadentium et mente ac intellectu perceptibilium rerum, ita ut non quaeramus in iis quae sub sensum cadunt, quo pacto sub sensum cadant: et in iis quae mente percipiuntur, quonam modo mente percipiantur, sed simpliciter haec omnia accipiamus. 10. *oppositas* porro *rationes* intelligimus, non necessario negationem et affirmationem: sed simpliciter eas quae sibi invicem adversentur. vo-

---

q) εἰς ἀταραξίαν] de hoc sceptices fine infra sect. 25.

r) οὐ κατὰ τὸ περίεργον] ἀπεριέργως et ἀδοξάστως infra cap. 34 ita, ut cum nemine velit voculae huius causa litigare, instar Dogmaticorum, qui in definitionibus curiose distinguunt δύναμιν, τέχνην, ἱκανότητα, ἕξιν, ἐξουσίαν, ἰσχὺν et similia. facile enim se passurum, si quis pro δυνάμει vocet alio quocunque nomine, modo relinquat Sceptico res inter se conferendi facultatem. neque δύναμις ita sumitur, ut ἐνεργείᾳ sive actui opponatur; nam quando actu etiam confert res invicem Scepticus, σκέψει utitur.

s) τὸ δὲ καθ' οἷον δήποτε τρόπον] ita scripsi ex V et S pro τὰ δὲ quod erat in editis.

t) τῷ ἀντιθετικῇ φ. τ. κ. ν.] sensus est τὸ illud καθ' οἷον δήποτε τρόπον, quod erat in Sceptices definitione, δύναται προσαρμόζεσθαι τῷ illi, quod in eadem definitione est, ἀντιθετικῇ φαινομένων τε καὶ νοουμένων. male in editis τὸ ἀντιθετικῇ. nec melius in V et S τῶν.

u) ἢ ἐναλλάξ] id est, ut apparentia cum intelligibilibus, vel intelligibilia cum iis, quae sensibus apparent conferantur. sic infra sect. 31 et 2 contra Log. sect. 46, 362 aliisque in locis quam pluribus.

x) ἀντὶ τοῦ μαχομένους] S legit μαχομένου, sed perperam, nam μαχομένους hoc loco exhibet explicationem vocabuli ἀντικειμένους docetque quod non modo opposita appellent Sceptici, si affirmationi opponatur negatio, sed etiam si efferatur aliquid, quo posito stare alterum non possit. pro ἀπόφασιν et κατάφασιν in V et S erat ἀπόφασις et κατάφασις, forte pro ἀποφάσεις et καταφάσεις.

λέγομεν τὴν κατὰ πίστιν καὶ ἀπιστίαν ἰσότητα, ὡς μηδένα μη-
P 4 δενὸς προκεῖσθαι τῶν μαχομένων λόγων ὡς πιστότερον. ἐποχὴ δέ ἐστι στάσις διανοίας δι' ἣν οὔτε αἴρομέν τι οὔτε τίθεμεν. ἀταραξία δέ ἐστι ψυχῆς ἀοχλησία καὶ γαληνότης. πῶς δὲ τῇ ἐποχῇ συνεισέρχεται*) ἡ ἀταραξία, ἐν τοῖς περὶ τέλους[y]) ὑπομνήσομεν.

## ΚΕΦ. ε'.

## Περὶ τοῦ σκεπτικοῦ.

11 Καὶ ὁ Πυρρώνειος δὲ φιλόσοφος δυνάμει τῇ τῆς σκεπτικῆς ἀγωγῆς ἐννοίᾳ συναποδέδοται.[z]) ἔστι γὰρ ὁ μετέχων ταύτης τῆς δυνάμεως.

## ΚΕΦ. ς'.

## Περὶ ἀρχῶν τῆς σκέψεως.

12 Ἀρχὴν δὲ τῆς σκεπτικῆς αἰτιώδη[a]) μέν φαμεν εἶναι τὴν ἐλπίδα τοῦ ἀταρακτήσειν. οἱ γὰρ μεγαλοφυεῖς τῶν ἀνθρώπων,

camus autem *paria in rationibus momenta*, aequalitatem quandam ad habendam et denegandam fidem, ita ut adversantium rationum numquam altera alteri praeponatur, tamquam fide dignior. assensus retentio est status mentis per quem neque ponimus quicquam neque tollimus. *vacuitas perturbationis* denique est quies in animo et tranquillitas. quomodo autem una cum assensus retentione haec simul accedat, ubi de fine Scepticae agemus, declarabimus.

## CAP. V.

## De Sceptico.

11. Quin etiam Pyrrhonii notio philosophi cum notione Scepticae disciplinae simul exhibita esse videri possit: is enim Scepticus est, qui hac facultate praeditus est.

## CAP. VI.

## De principiis Scepticae.

12. Principium Scepticae, et causam quidem, dicimus esse spem assequendae vacuitatis a perturbatione, siquidem abundantia quadam ingenii prae-

---

[*) legebatur συνεισέρχηται.]

y) ἐν τοῖς περὶ τέλους] infra cap. 12.

z) δυνάμει - συναποδέδοται] notio Sceptici in Sceptices notione includitur. sic infra sect. 22 κριτήριον τῆς σκεπτικῆς τὸ φαινόμενον, δυνάμει τὴν φαντασίαν αὐτοῦ οὕτω καλοῦντες. et sect. 15 ὡς δυνάμει ὑφ' ἑαυτῶν περιγράφεσθαι. sect. 69 δυνάμει γὰρ τοῦτο αὐτὸν λογίζεσθαι. sect. 135 δυνάμει τοῦτο λέγοντες. 195 δυνάμει τίθησι. 217 ὡς δυνάμει φάσκει. 1 Math. 270 ἤδη μὲν δυνάμει ἀνῄρηται. 2, 81 δυνάμει τὴν ῥητορικὴν τέλος λέγει τῆς ῥητορικῆς. 1 contra Logicos sect. 15 δυνάμει τριμερῆ ἀπολείπειν τὴν φιλοσοφίαν. et 16 δυνάμει ἀρχηγός. adde 53, 91, 166, 393, 399 et lib. 2 sect. 40, 231, 233. adversus Physicos lib. 1 sect. 2, 13, 105, 107, 134 et contra Ethic. sect. 8, 90, 120, 124, 163. aliter accipitur 1 contra Log. sect. 218.

a) ἀρχὴν - αἰτιώδη] ita vocat causam finalem et impulsivam, propter quam ad Scepsin se viri ingenio praestantes contulere. hanc mox distinguit ab ἀρχῇ συστάσεως sive principio quo nititur, sive cui universa sceptica disciplina est superstructa et quo everso tota ipsa corruit.

ταρασσόμενοι διὰ τὴν ἐν τοῖς πράγμασιν ἀνωμαλίαν· καὶ ἀποροῦντες τίσιν αὐτῶν χρὴ μᾶλλον συγκατατίθεσθαι ἦλθον ἐπὶ τὸ ζητεῖν, τί τε ἀληθές ἐστιν ἐν τοῖς πράγμασι καὶ τί ψεῦδος*) ὡς ἐκ τῆς ἐπικρίσεως τούτων ἀταρακτήσοντες. συστάσεως δὲ τῆς σκεπτικῆς ἐστὶν ἀρχὴ μάλιστα τὸ παντὶ λόγῳ λόγον ἴσον ἀντικεῖσθαι. b) ἀπὸ γὰρ τούτου καταλήγειν δοκοῦμεν εἰς τὸ μὴ δογματίζειν.

## ΚΕΦ. ζ.

### Εἰ δογματίζει ὁ σκεπτικός.

*Λέγομεν δὲ μὴ δογματίζειν τὸν σκεπτικόν; οὐ κατ' ἐκεῖνο* 13
*τὸ σημαινόμενον τοῦ δόγματος, καθ' ὅ καὶ δόγμα εἶναί φασι τινὲς κοινότερον τὸ εὐδοκεῖν τινι πράγματι. (τοῖς γὰρ κατὰ φαντασίαν κατηναγκασμένοις c) πάθεσιν, συγκατατίθεται ὁ σκεπτικός· οἷον, οὐκ ἂν εἴποι θερμαινόμενος ἢ ψυχόμενος, ὅτι δοκῶ μὴ θερμαίνεσθαι ἢ ψύχεσθαι) ἀλλὰ d) μὴ δογματίζειν λέγομεν· καθ' ὃ δόγμα εἶναί φασί τινες τήν τινι πράγματι τῶν κατὰ τὰς* P 5

stantes homines, quum ob eam inaequalitatem, quae in rebus erat, turbarentur, et quibus potius assentiendum esset, dubitarent: quid in rebus verum, quid falsum esset, quaerere coeperunt: ut ex horum diiudicatione illum mentis imperturbatum statum adepturi. principium autem Scepticae, quo ea nititur, est praecipue hoc, *Omni rationi rationem aequalis ponderis et momenti adversari*, ex hoc enim videmur eo delabi, ut nulla dogmata statuamus.

## CAP. VII.

### An Scepticus aliqua dogmata statuat.

13. Dicimus autem Scepticum dogmata sive decreta nulla statuere, non eo sensu, quo dicunt nonnulli dogma esse generalius assensionem ad aliquam rem: (nam ille iis quibus per phantasiam cogitur affici, assentitur. exempli gratia, Quum calefit, aut frigefit, nequaquam dixerit, Puto me non calefieri, aut frigefieri) sed dicimus Scepticum dogma non ponere, eo sensu quo dogma nonnulli esse aiunt assensum ad rem aliquam dubiam et incertam earum, de quibus in scientiis quaeritur et ambigitur. nulli enim rei incertae et contro-

---

[*) *ψευδές?*]

b) *παντὶ λόγῳ λόγον ἴσον ἀντικ.*] primum fuisse Protagoram qui hoc Sceptices principium in philosophiam invexit, narrat Laërtius IX 51 *πρῶτος ἔφη, δύο λόγους εἶναι περὶ παντὸς πράγματος ἀντικειμένους ἀλλήλοις.*

c) *τοῖς γὰρ κατὰ φαντασίαν πάθεσιν*] saepius hoc inculcat Sextus, Scepticos non repugnare sensibus, sed fateri se affici quibus per sensus et phantasiam afficiuntur. infra sect. 17, 19, 30 etc. et adversus Mathematicos. nihil tamen propterea statuit, sed tantum narrat qua ratione affici sibi videatur. ita enim hoc iterum accipiendum ex sect. 4 et 15.

d) *μὴ δογματίζειν*] si quis dixerit Scepticis, eos decretum hoc habere et dogma, quod nihil sit certi et rationi cuivis per rationis momentum P 5
aequiponderet, respondebunt, neque de hoc ipso sibi constare certo, neque id tanquam dogma ponere se, sed fateri fieri posse, ut hoc ipsum falsum sit. mox enim diserte ita voces scepticas Sextus exponit, *ut se ipsas circumscribant*, hoc est, ut de ipsis quoque fas sit dubitare, quae nihil est indubitatum pronunciare videntur. infra sect. 206 huius libri. similiter verbo *συμπεριγράφειν* utitur lib. 2 sect. 188 et lib. 3 sect. 97 lib. 2 contra Logicos sect. 339, 480 et aliis in locis. *περιγραφήσεται* id sect. 268.

ἐπιστήμας ζητουμένων ἀδήλων συγκατάθεσιν· οὐδενὶ γὰρ τῶν
14 ἀδήλων συγκατατίθεται ὁ Πυρρώνειος. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐν τῷ προ-
φέρεσθαι περὶ τῶν ἀδήλων τὰς σκεπτικὰς φωνάς, οἷον τὴν
οὐδὲν μᾶλλον ἢ τὴν οὐδὲν ὁρίζω ἤ τινα τῶν ἄλλων περὶ ὧν
ὕστερον λέξομεν,[e]) δογματίζει. ὁ μὲν γὰρ δογματίζων ὡς ὑπάρ-
χον τίθεται τὸ πρᾶγμα ἐκεῖνο ὃ λέγεται δογματίζειν. ὁ δὲ
σκεπτικὸς τὰς φωνὰς τίθησι ταύτας οὐχ ὡς πάντως ὑπαρχού-
σας· ὑπολαμβάνει γὰρ ὅτι ὥσπερ ἡ πάντα ἐστὶ ψευδῆ φωνὴ[f])
μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἑαυτὴν ψευδῆ εἶναι λέγει· καὶ ἡ οὐδέν
ἐστιν ἀληθὲς ὁμοίως· οὕτως καὶ ἡ οὐδὲν μᾶλλον μετὰ τῶν ἄλ-
λων καὶ ἑαυτήν φησι μὴ μᾶλλον εἶναι· καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἄλ-
λοις ἑαυτὴν συμπεριγράφει. τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων
15 σκεπτικῶν φωνῶν λέγομεν. πλὴν ἀλλ᾽ εἰ ὁ δογματίζων τίθησιν
ὡς ὑπάρχον τοῦτο ὃ δογματίζει, ὁ δὲ σκεπτικὸς τὰς φωνὰς αὐ-
τοῦ προφέρεται ὡς δυνάμει ὑφ᾽ ἑαυτῶν περιγράφεσθαι, οὐκ ἂν
ἐν τῇ προφορᾷ τούτων δογματίζειν λεχθείη. τὸ δὲ μέγιστον, ἐν
τῇ προφορᾷ τῶν φωνῶν τούτων τὸ ἑαυτῷ φαινόμενον λέγει καὶ
τὸ πάθος ἀπαγγέλλει τὸ ἑαυτοῦ ἀδοξάστως[g]), μηδὲν περὶ τῶν
ἔξωθεν ὑποκειμένων διαβεβαιούμενος.

versae assentitur Pyrrhonius. 14 imo vero ne tum quidem dogmata statuit, quum de rebus incertis voces Scepticis familiares pronuntiat, nimirum vel hanc, *nihilo magis*, aut illam *nihil definio*, aut aliquam aliam ex iis, de quibus postea dicemus. nam qui dogma ponit, illud de quo dicitur dogma statuere, ponit tamquam rem quae sit: at vero Scepticus has voces non ita ponit quasi omnino dici debeant esse. arbitratur enim, ut haec vox, *omnia sunt falsa*, cum aliis etiam se ipsam falsam esse dicit: item illa, *nihil est verum*: eodem modo et hanc, *nihilo magis*, cum aliis etiam se ipsam dicere nihilo magis esse, et propterea una cum aliis se circumscribere. idem in reliquis quoque Scepticorum vocibus dicimus. 15. iam vero si is qui dogma statuit tamquam rem quae vere ita est, ponit id de quo dogma statuit, at Scepticus voces suas profert ita accipiendas, ut quae se ipsas quoque circumscribant et complectantur: dum illas profert, dogmatis alicuius auctor censeri nequaquam possit. atque etiam quod potissimum est in his vocibus pronuntiandis quid sibi videatur dicit, et passionem quam sentit exponit citra ullam opinationem, nihil de externis subiectis affirmans.

---

e) *περὶ ὧν ὕστερον λέξομεν*] infra cap. 18 seq.

f) *ὥσπερ ἡ πάντα ἐστὶ ψευδῆ φωνή*] si omnia falsa sunt, etiam id ipsum erit falsum, quod falsa sint omnia, atque si nihil est verum, etiam hoc ipsum, quod verum sit nihil, verum non erit. ita quando nihil definire se ait Scepticus, etiam illud ipsum negat a se definiri, quod definire nihil queat. confer Laërtium lib. 9 sect. 104.

g) *ἀδοξάστως, μηδὲν — διαβεβαιούμενος*] supra sect. 4. hac porro cautione, quaecunque pronunciat Scepticus, ea *ἀδοξάστως* se ponere, iterum iterumque Sextus infra sect. 23, 24 utitur. est autem *ἀδοξάστως* idem, ac si diceret *οὐ δογματικῶς*, non ita, ut dogmaticorum instar illa tamquam certo probata sibi dogmata ac decreta statuat. promiscue enim ponuntur *δόξα* et *δόγμα*, unde Suidas *δογματίζειν* exponit *δό-ξαν τιθέναι*.

## ΚΕΦ. η'.

### Εἰ αἵρεσιν ἔχει ὁ σκεπτικός.

Ὁμοίως δὲ φερόμεθα καὶ ἐν τῷ ἐρωτᾶσθαι εἰ ἔχει αἵρε- 16
σιν ὁ σκεπτικός. εἰ μέν τις αἵρεσιν h) εἶναι λέγει πρόσκλισιν
δόγμασι πολλοῖς ἀκολουθίαν ἔχουσι πρὸς ἄλληλά τε καὶ φαι-
νόμενα, καὶ λέγει δόγμα i) τινὶ ἀδήλῳ συγκατάθεσιν, φήσομεν
μὴ ἔχειν αἵρεσιν. εἰ δέ τις αἵρεσιν εἶναι φάσκει τὴν λόγῳ 17
τινὶ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀκολουθοῦσαν ἀγωγήν, ἐκείνου τοῦ P 6
λόγου ὡς ἔστιν ὀρθῶς δοκεῖν ζῆν ὑποδεικνύοντος (τοῦ ὀρθῶς
μὴ μόνον κατ' ἀρετὴν λαμβανομένου, ἀλλ' ἀφελέστερον) k), καὶ
ἐπὶ τὸ ἐπέχειν δύνασθαι διατείνοντος· αἵρεσίν φαμεν ἔχειν· ἀκο-
λουθοῦμεν γάρ τινι λόγῳ κατὰ τὸ φαινόμενον ὑποδεικνύντι ἡμῖν
τὸ ζῆν l) πρὸς τὰ πάτρια ἔθη καὶ τοὺς νόμους καὶ τὰς ἀγωγὰς
καὶ τὰ οἰκεῖα πάθη.

## ΚΕΦ. θ'.

### Εἰ φυσιολογεῖ ὁ σκεπτικός.

Παραπλήσια δὲ λέγομεν καὶ ἐν τῷ ζητεῖν εἰ φυσιολογητέον m) 18

## CAP. VIII.

### An sectam habeat Scepticus.

16. Eandem autem rationem sequimur in respondendo iis qui rogant an sectam habeat Scepticus. si quis enim dicat sectam esse inclinationem ad dogmata multa, quae convenientiam inter se et cum iis quae sensibus apparent, habeant, et velit dogma esse ad rem aliquam incertam assensum: nos sectam non habere respondebimus. 17. sin quis dicat sectam esse institutionem, quae secundum id quod sensibus apparet, rationi alicui adhaereat, illa ratione monstrante, quomodo recte vivere videri possimus (illud recte non solum ad virtutem referendo, sed laxius dictum intelligendo), et ad assensus retentionem tendente: tum vero sectam nos habere respondebimus. adhaeremus enim rationi cuidam quae secundum id quod sensibus apparet, nobis monstrat vivere ad patrios ritus et leges et instituta et ad proprias nobis affectiones.

## CAP. IX.

### An doctrinam naturalem tractet Scepticus.

18. Similia sunt ea, quae respondemus quaerentibus, an naturae inve-

h) εἰ μέν τις αἵρεσιν] conferendus Laërtius lib. 1 sect. 20 et Suidas in αἵρεσις. pro εἰ μέν τις Casaubonus ex scripto suo codice profert εἰ μέν τοι. sed nolui ab editione Genevensi recedere, quoniam mox sequitur εἰ δέ τις.

i) καὶ λέγει δόγμα τινὶ ἀδήλῳ συγκατάθεσιν] etiam hanc Genevensis editionis lectionem praetuli, licet in V et S et Casauboni codice legatur: καὶ λέγει δόγματι ἀδήλῳ συγκατάθεσιν. sed veram esse priorem scripturam, dubitare nos haud sinit, quod paulo ante sect. 13 Sextus δόγμα negat habere Scepticum, quatenus illud definiunt quidam τήν τινι πράγματι τῶν κατὰ τὰς ἐπιστήμας ζητουμένων ἀδήλῳ συγκατάθεσιν.

k) ἀλλ' ἀφελέστερον] recte hoc loco parenthesin ponit Genevensis, P 6
quam sum secutus. minus bene Casaubonus, qui post vocabulum διατείνοντος eam reiicit. idem deinde recte: αἵρεσίν φαμεν ἔχειν, non ut Genev. αἵρεσιν δέ φαμεν ἔχειν.

l) τὸ ζῆν] vitae usum in quo Scepticus non est Scepticus, quadruplicem exponit noster infra sect. 23 et cap. ult. huius libri.

m) εἰ φυσιολογητέον] venit mihi aliquando in mentem, apud Suidam

τῷ σκεπτικῷ. ἕνεκα μὲν γὰρ τοῦ μετὰ βεβαίου πείσματος ἀποφαίνεσθαι περί τινος τῶν κατὰ τὴν φυσιολογίαν δογματιζομένων, οὐ φυσιολογοῦμεν· ἕνεκα δὲ τοῦ παντὶ λόγῳ λόγον ἴσον [n]) ἔχειν ἀντιτιθέναι καὶ τῆς ἀταραξίας [o]), ἁπτόμεθα τῆς φυσιολογίας. οὕτω δὲ καὶ τὸ λογικὸν μέρος καὶ τὸ ἠθικὸν τῆς λεγομένης φιλοσοφίας ἐπερχόμεθα.

## ΚΕΦ. ι'.

## Εἰ ἀναιροῦσι τὰ φαινόμενα οἱ σκεπτικοί.

19 Οἱ δὲ λέγοντες ὅτι ἀναιροῦσι τὰ φαινόμενα οἱ σκεπτικοὶ ἀνήκοοί μοι δοκοῦσιν εἶναι τῶν παρ' ἡμῖν λεγομένων· τὰ γὰρ κατὰ φαντασίαν παθητικὰ ἀβουλήτως ἡμᾶς ἄγοντα εἰς συγκατάθεσιν οὐκ ἀνατρέπομεν, ὡς καὶ ἔμπροσθεν ἐλέγομεν [p])· ταῦτα δέ ἐστι τὰ φαινόμενα. ὅταν δὲ ζητῶμεν εἰ τοιοῦτόν ἐστι τὸ ὑποκείμενον, ὁποῖον φαίνεται, τὸ μὲν ὅτι φαίνεται δίδομεν [q]), ζητοῦμεν δ' οὐ περὶ τοῦ φαινομένου, ἀλλὰ περὶ ἐκείνου ὃ λέγεται περὶ τοῦ φαινομένου· τοῦτο δὲ διαφέρει τοῦ ζητεῖν περὶ

stigatio ad Scepticum pertineat. quantum enim attinet ad pronuntiandum cum firma persuasione de re aliqua earum quae physiologiae dogmatis statuuntur: nihil nobis cum physiologia commercii est; sed quatenus omni rationi rationem aequalem possumus opponere, ac perturbationis vacuitatem inde speramus consequi, physiologiam quoque attingimus. atque hoc quidem certo modo et logicam et ethicam eius quae philosophia dicitur, partem tractamus.

## CAP. X.

## An Sceptici res sensibus apparentes tollant.

19. Qui autem aiunt Scepticos tollere apparentia, sive ea quae sensibus apparent et manifesta sunt, hi ea quae a nobis dici solent, percepisse mihi non videntur. non enim ea evertimus, quae per phantasiam patientem invitos nos ad assensionem adducunt, ut antea quoque dicebamus: ea autem sunt sensibus apparentia. sed quum quaerimus, an tale sit ipsum subiectum quale apparet, apparere quidem concedimus: quaerimus autem et ambigimus non de ea re quae apparet, sed de eo quod dicitur de re apparente. hoc autem

---

δογματίζει, θεολογεῖ, φυσιοῦται legendum φυσιολογεῖται. sed ut φυσιολογεῖται rarius dicitur pro φυσιολογεῖ, ita φυσιοῦται sanum est nec mutandum; notat enim haec vox dogmatico fastu sese efferentes, quales passim Sextus noster exsibilat, et τετυφωμένους ac περιαυτολογοῦντας vocat sect. 62. φιλαύτους sect. 90. neque est, quod haec expositio erudito Suidae interpreti frigida et inepta proxima videatur; est enim verissima. sic paedagogum se gerere dicimus, et Gallico vocabulo *pedantem* vocamus, cum ineptam alicuius perverse docti superbiam ridemus.

n) παντὶ λόγῳ λόγον ἴσον] supra sect. 8, 10, 12.

o) τῆς ἀταραξίας] hunc finem Sceptices cum eius principio coniungit ut sect. 8 et alibi.

p) ὡς καὶ ἔμπροσθεν ἐλέγομεν] supra sect. 13.

q) τὸ μὲν ὅτι φαίνεται δίδομεν] Laërtius 9 103 ex Scepticorum mente: περὶ μὲν ὧν ὡς ἄνθρωποι πάσχομεν ὁμολογοῦμεν. καὶ γὰρ ὅτι ἡμέρα ἐστὶ καὶ ὅτι ζῶμεν καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ἐν βίῳ φαινομένων διαγινώσκομεν. περὶ δὲ ὧν οἱ δογματικοὶ διαβεβαιοῦνται τῷ λόγῳ φάμενοι κατειλῆφθαι, ἐπέχομεν περὶ τούτων ὡς ἀδήλων. sequuntur ibi in eandem sententiam plura, quae describere supersedeo. eadem noster infra sect. 22.

αὐτοῦ τοῦ φαινομένου. οἷον φαίνεται ἡμῖν γλυκάζειν τὸ μέλι· 20
τοῦτο συγχωροῦμεν· γλυκαζόμεθα γὰρ αἰσθητικῶς. εἰ δὲ καὶ P 7
γλυκύ ἐστιν [r]) ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ, ζητοῦμεν· ὃ οὐκ ἔστι τὸ φαινόμενον, ἀλλὰ περὶ τοῦ φαινομένου λεγόμενον. ἐὰν δὲ καὶ ἄντικρυς κατὰ τῶν φαινομένων ἐρωτῶμεν λόγους, οὐκ ἀναιρεῖν βουλόμενοι τὰ φαινόμενα τούτους ἐκτιθέμεθα, ἀλλ' ἐπιδεικνύντες τὴν τῶν δογματικῶν προπετείαν [s]). εἰ γὰρ τοιοῦτος ἀπατεὼν ἐστιν ὁ λόγος, ὥστε καὶ τὰ φαινόμενα μονονουχὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν ὑφαρπάζειν, πῶς οὐ χρὴ ὑφορᾶσθαι αὐτὸν [t]) ἐν τοῖς ἀδήλοις, ὥστε μὴ κατακολουθοῦντας αὐτῷ προπετεύεσθαι;

## ΚΕΦ. ια΄.

### Περὶ τοῦ κριτηρίου τῆς σκεπτικῆς [u]).

Ὅτι δὲ τοῖς φαινομένοις προσέχομεν δῆλον ἀπὸ τῶν λεγο- 21
μένων ἡμῖν περὶ τοῦ κριτηρίου τῆς σκεπτικῆς ἀγωγῆς. κριτήριον δὲ λέγεται διχῶς, τό τε εἰς πίστιν ὑπάρξεως ἢ ἀνυπαρξίας λαμβανόμενον (περὶ οὗ ἐν τῷ ἀντιρρητικῷ λέξομεν λόγῳ) [x]) τό τε

aliud est quam quaestionem movere de ipsa re quae apparet. 20. verbi gratia, apparet nobis mel dulci nos sapore afficere. concedimus hoc, dulcedinem enim ipsam sensu percipimus: sed an dulce sit, quatenus ad rationem et intelligentiam attinet, ambigimus. id vero non est ipsum illud quod apparet, sed quod de apparente affirmatur. quodsi etiam aperte circa rem sensibus apparentem quaestiones moveamus, non ita has movemus, quasi apparentia evertere velimus, sed Dogmaticorum philosophorum temeritatem arguentes. si enim tales sunt rationis imposturae, ut etiam apparentia tantum non oculis nostris surripiat, quomodo in incertis suspectam eam habere non debeamus, ne eam sequentes in temeritatem labamur?

## CAP. XI.

### De criterio Sceptices.

21. Nos autem apparentibus acquiescere, ex iis quae a nobis de criterio Scepticae disciplinae dicuntur, manifestum est. criterium autem sive instrumentum ad iudicandum duobus dicitur modis, et id quo fides fit rem aliquam esse vel non esse (de quo in confutatione Dogmaticorum dicemus),

---

r) *εἰ δὲ καὶ γλυκύ ἐστιν*] Timon Scepticus apud Laërtium 9 105 P 7
*τὸ μὲν* (lege *τὸ μέλι*) *ὅτι ἐστὶ γλυκὺ οὐ τίθημι, τὸ δὲ ὅτι φαίνεται ὁμολογῶ.*

s) *ἐπιδεικνύντες τὴν τῶν δογματικῶν προπετείαν*] infra sect. 62.

t) *ὑφορᾶσθαι αὐτὸν*] *τὸν λόγον* scilicet, quod praecessit. itaque nolui ex ms V rescribere *αὐτῶν*. Sed paullo ante ex eodem posui *ἄντικρυς κατὰ τῶν φαινομένων*, pro *ἀντικρὺς κατὰ τὸ φαινόμενον*, quod habebant editiones.

u) *περὶ τοῦ κριτηρίου τῆς σκεπτικῆς*] scil. *ἀγωγῆς*, ut mox Sextus ipse supplet. in S pro *σκεπτικῆς* legitur *σκέψεως* eodem sensu. est autem *σκέψις* Scepticorum, sive *ἀπορητικῶς φιλοσοφούντων* consideratio, res inter se omni ex parte conferens, ut inde colligat assensum circa opiniones de illis suspendendum ac retinendum esse, de quo cap. 13.

x) *ἐν τῷ ἀντιρρητικῷ λέξομεν λόγῳ*] operi adversus Mathematicos pulchre hic titulus convenit, quod perpetuas continet *ἀντιρρήσεις* Dogmaticis oppositas. in illo lib. 7 copiose tractatur de criterio, et ad hunc, quem prae manibus habemus, locum lector ablegatur. cum enim dupliciter dixisset accipi criterium sive iudicium cogniti et incogniti, et veri falsique regulam, uno modo, faciendum aliquid an omittendum sit, alteroque, verumne sit aliquid an falsum, *τὸ μὲν πρότερον*, inquit, *ἐν*

τοῦ πράσσειν, ᾧ προσέχοντες κατὰ τὸν βίον τὰ μὲν πράσσο-
22 μεν, τὰ δ' οὔ. περὶ οὗ νῦν λέγομεν. κριτήριον τοίνυν φαμὲν
εἶναι τῆς σκεπτικῆς ἀγωγῆς τὸ φαινόμενον, y) δυνάμει τὴν φαν-
τασίαν αὐτοῦ z) οὕτω καλοῦντες. ἐν πείσει γὰρ καὶ ἀβουλήτῳ
πάθει κειμένη ἀζήτητός ἐστιν. διὸ περὶ μὲν τοῦ φαίνεσθαι a)
τοῖον ἢ τοῖον τὸ ὑποκείμενον, οὐδεὶς ἴσως ἀμφισβητεῖ· περὶ δὲ
23 τοῦ εἰ τοιοῦτόν ἐστιν ὁποῖον φαίνεται ζητεῖται. τοῖς φαινομέ-
νοις οὖν προσέχοντες κατὰ τὴν βιωτικὴν τήρησιν ἀδοξάστως b)
βιοῦμεν, ἐπεὶ μὴ δυνάμεθα ἀνενέργητοι c) παντάπασιν εἶναι.
P 8 ἔοικε δὲ αὕτη ἡ βιωτικὴ τήρησις d) τετραμερὴς εἶναι· καὶ τὸ
μέν τι ἔχειν ἐν ὑφηγήσει φύσεως, τὸ δὲ ἐν ἀνάγκῃ παθῶν, τὸ
δὲ ἐν παραδόσει νόμων τε καὶ ἐθῶν, τὸ δὲ ἐν διδασκαλίᾳ τεχνῶν.
24 ὑφηγήσει μὲν φυσικῇ, καθ' ἣν φυσικῶς αἰσθητικοὶ καὶ νοητι-
κοί ἐσμεν· παθῶν δὲ ἀνάγκῃ, καθ' ἣν λιμὸς μὲν ἐπὶ τροφὴν
ἡμᾶς ὁδηγεῖ, δίψος δ' ἐπὶ πόμα· ἐθῶν δὲ καὶ νόμων παρα-

et id quo actiones diiudicantur, cui adhaerentes in communi vita quaedam agimus, quaedam nequaquam: de quo nunc loquimur. 22. criterium igitur Scepticae institutionis dicimus esse id quod sensibus apparet: quod perinde est, ac si imaginationem de re illa apparente dicamus. quatenus enim haec in persuasione et haud voluntaria affectione posita est, ambigi de ea non potest. itaque hoc quidem, nimirum tale aut tale apparere ipsum subiectum, nemo fortasse in dubium vocat: sed de hoc, videlicet an tale sit quale apparet, quaeritur. 23. apparentibus igitur acquiescendo, ea, quae ad vitam communem pertinent, observantes vivimus, quia omnis actionis prorsus expertes esse non possumus, ita tamen ut dogma nullum statuamus. videtur autem haec observatio eorum quae ad vitam communem spectant, quadruplex esse: et partim in naturali instructione versari, partim in impulsu et coactu passionum, partim in constitutione legum et consuetudinum, partim in traditione artium. 24. instructione naturali: per quam a natura et sensuum et intellectus facultate praediti sumus. passionum coactu: quo fit ut fames ad cibum nos deducat, sitis ad potum. legum et morum constitutione: quae facit

τοῖς περὶ σκεπτικῆς ἀγωγῆς ἐξεθέμεθα. similiter in hoc ipso Pyrrhoniarum institutionum opere totus liber secundus et tertius ἀντίρρησιν adversus Dogmaticos sed breviorem complectitur. in libri itaque secundi capite tertio et sequentibus itidem de criterio multis disseritur, et praemissa eadem distinctione ad hunc itidem locum lector remittitur. περὶ γὰρ τοῦ κριτηρίου, ᾧ προσέχοντες βιοῦμεν, ἐν τῷ περὶ τῆς σκέψεως λόγῳ διεξήλθομεν.

y) κριτήριον — τὸ φαινόμενον] conferendus Laërtius 9 106.

z) δυνάμει τὴν φαντασίαν αὐτοῦ] αὐτοῦ revocavi ex S; nam in editis exciderat. de vocabulo δυνάμει dixi supra sect. 11.

a) περὶ μὲν τοῦ φαίνεσθαι] supra sect. 19.

b) ἀδοξάστως] supra sect. 15.

c) ἀνενέργητοι] 7 contra Mathemat. κατὰ ἀνάγκην γὰρ ἔδει τὸν ἀπορητικῶς φιλοσοφοῦντα μὴ εἰς τὸ παντελὲς ἀνενέργητον ὄντα καὶ ἐν ταῖς κατὰ τὸν βίον πράξεσιν ἄπρακτον.

d) αὕτη ἡ βιωτικὴ τήρησις τετραμερὴς] ita mss pro eo, quod minus bene in editis erat, ἐν βιωτικῇ αὕτη. male etiam interpretis calamus
P 8 observantiam rerum ad vitam communem spectantium triplicem fecerat pro quadruplici, siquidem quattuor genera non modo praesenti loco diserte enumerantur, sed etiam capite ultimo huius libri repetuntur. spectat etiam huc quod sect. 17 dixit, Scepticum ζῆν πρὸς τὰ πάτρια ἔθη καὶ τοὺς νόμους καὶ τὰς ἀγωγὰς καὶ τὰ οἰκεῖα πάθη. et apud Laërtium 9 108 περὶ τῶν βιωτικῶν καὶ τηρητικῶν, ὥστε καὶ αἱρούμεθά τι κατὰ τὴν συνήθειαν καὶ φεύγομεν καὶ νόμοις χρώμεθα.

δόσει, καθ' ἣν τὸ μὲν εὐσεβεῖν παραλαμβάνομεν βιωτικῶς ὡς ἀγαθόν, τὸ δὲ ἀσεβεῖν ὡς φαῦλον· τεχνῶν δὲ διδασκαλίᾳ, καθ' ἣν οὐκ ἀνενέργητοί ἐσμεν ἐν αἷς παραλαμβάνομεν τέχναις. ταῦτα δὲ πάντα φαμὲν ἀδοξάστως.

## ΚΕΦ. ιβ'.

## Τί τὸ τέλος τῆς σκεπτικῆς.

Τούτοις ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ περὶ τοῦ τέλους τῆς σκεπτι- 25
κῆς ἀγωγῆς διελθεῖν. ἔστι μὲν οὖν τέλος[e]) τὸ οὗ χάριν πάντα πράττεται ἢ θεωρεῖται, αὐτὸ δὲ οὐδενὸς ἕνεκα, ἢ τὸ ἔσχατον τῶν ὀρεκτῶν. φαμὲν δὲ ἄχρι νῦν[f]) τέλος εἶναι τοῦ Σκεπτικοῦ τὴν ἐν τοῖς κατὰ δόξαν ἀταραξίαν[g]) καὶ ἐν τοῖς κατηναγκασμέ-

ut pie agere in vita communi bonum censeamus, impie agere malum. artium traditione, per quam non inutiles et otiosi sumus in iis quas colendas suscipimus artibus. haec autem omnia dicimus ita, ut nullum dogma statuamus.

## CAP. XII.

## Quis finis sit Scepticae.

25. Ordo poscit, ut de fine Scepticae disciplinae deinceps dicamus est igitur finis id cuius causa omnia fiunt aut considerantur, ipsum autem nullius rei causa, aut ultimum appetendorum. dicimusque adhuc finem esse Sceptici imperturbatum mentis statum circa ea quae ad opinationem spectant et in coactis affectuum moderationem. 26. incipiens

---

e) ἔστι μὲν οὖν τέλος] apud Ciceronem 1 de finibus c. 9 omnium philosophorum sententia finis bonorum sive appetendorum extremum tale esse oportere pronunciatur, *ut ad id omnia referri oporteat, ipsum autem nusquam.* idem repetit lib. 2 cap. 2 et alibi. cum autem duplex feratur genus philosophiae, unum quod in contemplatione, alterum quod in actione consistit, ut declaret Sextus eundem utrique finem esse propositum, hinc ait οὗ χάριν πάντα πράττεται ἢ θεωρεῖται.

f) φαμὲν δὲ ἄχρι νῦν] sic supra sect. 4 ἀλλὰ κατὰ τὸ νῦν φαινόμενον ἡμῖν ἱστορικῶς ἀπαγγέλλομεν περὶ ἑκάστου. nimirum non vult Scepticus futuro tempori praescribere, quod fortasse ut aliter sentiat, inducere ipsum possit. itaque tantum narrat, quid sibi hactenus de fine Scepticae videatur, et videatur ἀδοξάστως, sine alius sententiae praeiudicio.

g) ἀταραξίαν] rem magnam narrant Sceptici, si ideo ab perturbationibus immunes vel sperant fieri, vel facti esse sibi videntur, quia dubitant malaene sint res vere et natura sua quas malas videri sibi sentiunt. perturbationes enim longe gravissimae a sensu nascuntur et ab apparentibus. siquidem sufficit percipere sensum molestum et gravem, ut tanquam malo animus hominis afficiatur et perturbetur, etiamsi abstractam mali naturam ne per somnium quidem complectatur animo. aut etiam gaudii expertes dicemus Scepticos, quia quicquid boni obtingat, utrum revera bonum sit, ambigunt. sed quantumcunque illos urges ratiociniis eiusmodi, nihil agis, nam etiam ἀταραξίαν finem Sceptices esse narrando, nihil statuunt et Scepticum ἀόχλητον πάντῃ sive omnino liberum a perturbatione esse diserte infitiatur noster infra sect. 30 et lib. 3 sect. 237 et contra Ethicos sect. 148. sed tantum ἐν τοῖς κατὰ δόξαν perturbari ait minus aliquanto, quam caeterum vulgus, quod sensui mali etiam opinionem superaddit. hoc ipsum si quis oppugnet, non evertet Scepticum, qui solus omnium philosophorum, etiam quando sua ipsius videt refelli argumenta, hoc imputat sibi in victoriam, gnarus plane superatam et eversam fore totam suam sectam, nisi argumenta eius confutari possent. vide de ἀταραξίᾳ Sceptices fine infra sect. 205, 232 et lib. 3 sect. 235 seq. et lib. adversus Ethicos sect. 1 atque inpri-

26 τοις μετριοπάθειαν.[h]) ἀρξάμενος γὰρ φιλοσοφεῖν ὑπὲρ τοῦ τὰς φαντασίας ἐπικρῖναι καὶ καταλαβεῖν, τίνες μέν εἰσιν ἀληθεῖς, τίνες δὲ ψευδεῖς, ὥστε ἀταρακτῆσαι, ἐνέπεσεν εἰς τὴν ἰσοσθενῆ
P 9 διαφωνίαν, ἣν ἐπικρῖναι μὴ δυνάμενος ἐπέσχεν. ἐπισχόντι δὲ αὐτῷ τυχικῶς παρηκολούθησεν[i]) ἡ ἐν τοῖς δοξαστοῖς ἀταραξία.
27 ὁ μὲν γὰρ δοξάζων τι καλὸν τῇ φύσει ἢ κακὸν εἶναι ταράσσεται[k]) διὰ παντός· καὶ ὅτε μὴ πάρεστιν αὐτῷ τὰ καλὰ εἶναι δοκοῦντα, ὑπό τε τῶν φύσει κακῶν[l]) νομίζει ποινηλατεῖσθαι καὶ διώκει τὰ ἀγαθὰ ὡς οἴεται· ἅπερ κτησάμενος πλείοσι ταραχαῖς περιπίπτει διά τε τὸ παρὰ λόγον καὶ τὸ ἀμέτρως ἐπαί-

**enim philosophari, ad imaginationes de rebus discernendas et comprehendendum, quaenam sint verae, quae falsae, ut perturbatione mentis careret, incidit in aequalia contrariis in partibus momenta rationum; quae quum diiudicare non posset, assensum retinuit. hanc autem assensus retentionem forte fortuna sequutus est imperturbatus mentis status circa opinabilia. 27. nam qui opinatur statuitque aliquid natura bonum aut malum esse, turbatur semper; quamdiu enim non adsunt ea quae bona esse videntur, et ab iis quae natura mala sunt, putat se torqueri, et persequitur bona, ut ea quidem iudicat. iam vero ubi ea acquisivit, in plures perturbationes incidit, tum quod praeter rationem agit et immodice se effert, et**

---

mis 111. seq. Laërtium 9 68. Aenesidemus autem a scepsi sua non modo *ἀφασίαν* et *ἀταραξίαν* atque *ἡσυχίαν*, ut Timon aliique Sceptici, sed plane *ἡδονήν* consecutum se profitebatur apud Eusebium 14 praeparat. pag. 758 nisi illam *ἡδονήν* idem vel minus etiam quid esse existimes.

*h*) *μετριοπάθειαν*] apud Laërtium legas 9 108 quosdam Scepticorum finem dixisse *ἀπάθειαν*. sed vel legendum *μετριοπάθειαν*, vel *ἀπάθεια* ibi non intelligenda rigido sensu Stoicorum, quorum maxime adversarios se Sceptici profitebantur, sed ut idem denotet quod *μετριοπάθεια*, sive quam mox *πρᾳότητα* appellat, a qua sententia, quicquid durius loquantur, ipsi saepius non procul absunt Stoici. certe inter quattuor illa, quae ex *βιωτικῇ τηρήσει* ad se pertinere Sceptici ducebant, Sextus supra sect. 23 diserte numerat *παθῶν ἀνάγκην*. hanc igitur necessitatem ferre moderate, et imperturbato opinationibus esse animo, facit illam *τελείαν καὶ Σκεπτικὴν διάθεσιν*, per quam licet vivere *ῥῆστα μεθ' ἡσυχίης ἀεὶ ἀφροντίστως καὶ ἀκινήτως*, ut loquitur noster 10 contra Mathematicos. confer lib. 3 Pyrrhon. sect. 235 seq.

P 9 *i*) *τυχικῶς παρηκολούθησεν*] plenius hoc exponitur infra sect. 29.

*k*) *ταράσσεται διὰ παντός*] infra cap. 31 huius libri et 10 contra Mathematicos p. 459 seq.

*l*) *ὑπὸ τῶν φύσει κακῶν*] *φύσει* idem est ac *revera*, ut opinioni contra distinguatur, ut apud Aristophanem [Plut. 118.]: *ἄνθρωπος οὗτός ἐστιν ἄθλιος φύσει*. sic veteres interpretantur loca Apostoli Galat. 4 8 *τοῖς οὐ φύσει θεοῖς*. et Ephes. 2 3 *τέκνα φύσει ὀργῆς*. et 1 Cor. 9 14 *αὐτὴ ἡ φύσις*, *res ipsa*. Anastasius Sinaita in Hodego p. 134 ex S. Cyrilli apologia 12 anathematismorum: *ὅτι φυσικὸν τὸ ἀληθινὸν εἶναι εἴρηκεν ἀποστολικῶς καὶ φύσιν. πᾶσα δὲ ἡ Αἰγυπτίων καὶ Ἀλεξανδρέων μάλιστα συνήθεια φυσικὰ τὰ ἀληθῆ τῶν πραγμάτων ὀνομάζει. ὅθεν καὶ ἀληθεύων ἕτερος προς τὸν ἕτερον ἐν ταῖς διαλέξεσί φησιν, ὅτι φυσικά σοι λέγω, τοῦτ' ἔστιν, ἀληθινά*. vide eundem p. 30 seq. sic in libro Sapientiae 13 1 *φύσει μάταιοι*. in Ignatii epistola ad Ephesios sub init. *φύσει δικαίᾳ*. et apud Achillem Tatium lib. 7 p. 453 *φύσει προσδοκῶν εὑρήσειν ἡμᾶς*. quem locum Cotelerius ad Ignatii epist. ad Trallianos exponit: *plane sperans se nos inventurum*. sic infra sect. 34 *ὡς πρὸς τὴν φύσιν*, *quantum ad rem ipsam*.

ρεσθαι· καὶ φοβούμενος τὴν μεταβολὴν πάντα πράσσει,[m]) ἵνα
μὴ ἀποβάλῃ τὰ ἀγαθὰ αὐτῷ δοκοῦντα εἶναι. ὁ δὲ ἀοριστῶν 28
περὶ τῶν πρὸς τὴν φύσιν καλῶν ἢ κακῶν οὔτε φεύγει τι οὔτε
διώκει συντόνως, διόπερ ἀταρακτεῖ. ὅπερ οὖν περὶ Ἀπελλοῦ τοῦ
ζωγράφου λέγεται, τοῦτο ὑπῆρξε[n]) τῷ Σκεπτικῷ· φασὶ γὰρ ὅτι
ἐκεῖνος ἵππον γράφων[o]) καὶ τὸν ἀφρὸν τοῦ ἵππου μιμήσασθαι
τῇ γραφῇ βουληθεὶς οὕτως ἀπετύγχανεν, ὡς ἀπειπεῖν καὶ τὴν
σπογγιὰν εἰς ἣν ἀπέμασσε τὰ ἀπὸ τοῦ γραφείου χρώματα προσρῖ-
ψαι τῇ εἰκόνι, τὴν δὲ προσαψαμένην ἵππου ἀφροῦ ποιῆσαι μί-
μημα. καὶ οἱ Σκεπτικοὶ οὖν ἤλπιζον μὲν τὴν ἀταραξίαν ἀναλή- 29
ψεσθαι διὰ τοῦ τὴν ἀνωμαλίαν τῶν φαινομένων τε καὶ νοουμέ-
νων ἐπικρῖναι,[p]) μὴ δυνηθέντες δὲ ποιῆσαι τοῦτο ἐπέσχον. ἐπι-

quoniam mutationem timet, totus in hoc est, ne amittat ea quae ipsi videntur esse bona. 28. at ille qui ambigit de iis quae secundum naturam bona aut mala sunt, neque fugit quicquam neque persequitur acri studio, propterea que perturbatione caret. quod igitur de Apelle pictore memoriae proditum est, hoc Sceptico usu venit aiunt enim de ipso, quum in pingendo equo spumam eius sua pictura repraesentare voluisset, tam male ei rem successisse ut de ea omnino desperaret, ideoque spongiam in quam abstergebat penicilli sui colores, in illam imaginem impegisse, spongiam autem, quum equum attigisset, spumae similitudinem expressisse. 29. itidem enim Sceptici sperabant quidem se imperturbatum mentis statum adepturos, disparitatem eorum quae sensu et eorum quae intellectu percipiuntur, diiudicando: quum

---

*m*) *πάντα πράσσει*] pro *πράσσει* S habet *προήσει*, uti paullo ante V pro *ἐπαίρεσθαι* legit *ἐπαναίρεσθαι*, et *παράλογον* uno vocabulo pro *παρὰ λόγον*.

*n*) *τοῦτο ὑπῆρξε*] ita pro *ὑπῆρξαι* rectius codices mss. ex iisdem paullo ante scripsi *οὔτε φεύγει τι*, cum in editis illud *τὶ* desideraretur. non sunt haec magni momenti, sed volo ut lector sit persuasus me sine auctoritate codicum vel gravissima quam semper allego ratione, nihil in hoc scriptore mutare ausum fuisse.

*o*) *ὅτι ἐκεῖνος ἵππον γράφων*] quod Apelli Sextus tribuit et Dio Chrysostomus orat. 63 p. 590 seq. hoc Nealci pictori contigisse scribit Plinius 35 10, cum de simili Protogenis canem memorasset, ut quem pariter casus pinxerit. *non iudicabat se in eo exprimere spumam anhelantis posse, cum in reliqua omni parte, quod difficillimum erat, sibi ipse satisfecisset. displicebat autem ars ipsa, nec minui poterat, et videbatur nimia, ac longius a veritate discedere, spumaque illa pingi, non ex ore nasci, anxio animi cruciatu, cum in pictura verum esse non verisimile vellet. absterserat saepius, mutaveratque penicillum, nullo modo sibi approbans. postremo iratus arti, quod intelligeretur, spongiam eam impegit inviso loco tabulae, et illa reposuit ablatos colores, qualiter cura optabat, fecitque in pictura fortuna naturam. hoc exemplo similis et Nealcem successus in spuma equi, similiter spongia impacta secutus diceret, cum pingeret poppyzonta retinentem equum.* idem tacito nomine pictoris referunt Plutarchus libro de fortuna p. 99 et Valerius Maximus 8 cap. 11. multa alia potuit afferre Sextus, in quibus ars quod non potuit, felix et insperatus effecit casus, invenit pleraque, multis malis attulit medelam, uti eorum qui casu opportuno gravissimis morbis expediti sunt, collegit Marcellus Donatus in historia Medica mirabili lib. 6 cap. 5. vocare autem solent homines casum, huius ipsi causas non praesensere et quod neutiquam intenderunt: licet nihil fieri sine causa, Scepticos praeter nemo forte ambiget, et res etiam quae maxime inopinatu hominibus contingunt divino nutu temperari, ratio quoque viros sapientes edocuerit.

*p*) *διὰ τοῦ τὴν ἀνωμαλίαν τῶν φαινομένων τε καὶ νοουμένων ἐπικρῖ-*

P 10 σχοῦσι δὲ αὐτοῖς οἷον τυχικῶς ἡ ἀταραξία παρηκολούθησεν ὡς σκιὰ σώματι.[q] οὐ μὴν ἀόχλητον πάντῃ[r] τὸν Σκεπτικὸν εἶναι νομίζομεν, ἀλλ' ὀχλεῖσθαί φαμεν ὑπὸ τῶν κατηναγκασμένων· καὶ γὰρ ῥιγοῦν ποτὲ ὁμολογοῦμεν καὶ διψῆν καὶ τοιουτότροπά
30 τινα πάσχειν. ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις οἱ μὲν ἰδιῶται δισσαῖς συνέχονται περιστάσεσιν, ὑπό τε τῶν παθῶν αὐτῶν καὶ οὐχ ἧττον ὑπὸ τοῦ τὰς περιστάσεις ταύτας κακὰς εἶναι φύσει δοκεῖν. ὁ δὲ Σκεπτικὸς τὸ προσδοξάζειν ὅτι ἐστὶ κακὸν τούτων ἕκαστον ὡς πρὸς τὴν φύσιν περιαιρῶν[s] μετριώτερον καὶ ἐν τούτοις ἀπαλλάσσει. διὰ τοῦτο οὖν ἐν μὲν τοῖς δοξαστοῖς ἀταραξίαν τέλος εἶναί φαμεν τοῦ Σκεπτικοῦ, ἐν δὲ τοῖς κατηναγκασμένοις μετριοπάθειαν.[t] τινὲς δὲ τῶν δοκίμων Σκεπτικῶν[u] προσέθηκαν τούτοις καὶ τὴν ἐν ταῖς ζητήσεσιν ἐποχήν.

## ΚΕΦ. ιγ'.

### Περὶ τῶν ὁλοσχερῶν τρόπων[x] τῆς σκέψεως.

31 Ἐπεὶ δὲ τὴν ἀταραξίαν ἀκολουθεῖν ἐφάσκομεν τῇ περὶ πάν-

autem id efficere non potuissent, assensum retinuerunt: at hanc assensus retentionem consequutus est, tanquam umbra corpus. neque tamen omnino quietum esse et ab omni molestia abesse Scepticum existimamus, sed externorum quorundam cogentium impulsu inquietari dicimus; nam algere nonnunquam eum et sitire et huiusmodi alia pati fatemur. 30. sed in his etiam vulgo hominum duo accidunt adversa, et ex iis quae patitur, et quod ea quae sibi accidere videt, mala esse natura iudicat. at vero Scepticus dum non simul statuit horum unumquodque natura malum esse, haec etiam fert moderantius quam alii. propterea igitur in illis quidem quae ex opinatione pendent, imperturbatum mentis statum dicimus finem esse Sceptici, at in coactis, affectuum moderationem. nonnulli autem non ignobilium Scepticorum his assensus circa quaestiones retentionem addiderunt.

## CAP. XIII.

### De modis generalibus Scepticae considerationis.

31. Quoniam autem perturbationis vacuitatem consequi dicebamus ex

---

ναι] ait sperasse se finem illum obtenturos per philosophiam Dogmaticam, quae phaenomenorum disparilitatem diiudicare se profitetur. facto autem periculo eo usque se non potuisse progredi, dum conferendo diligenter inter se res sensibus apparentes atque intelligibiles, in ipsa illa collatione haeserint, neque ἐπίκρισιν certam de illis quaenam verae essent quaenam falsae, edere se posse animadverterint. ita incidisse se in assensionis retentionem sive ἐποχήν.

q) τυχικῶς ἡ ἀταραξία παρηκολούθησεν ὡς σκιὰ σώματι] Laërtius 9
P 10 107 ex Timone et Aenesidemo: τέλος δὲ οἱ Σκεπτικοί φασι τὴν ἐποχήν, ᾗ σκιᾶς τρόπον ἐπακολουθεῖ ἡ ἀταραξία.

r) οὐ μὴν ἀόχλητον πάντῃ τὸν Σκεπτικὸν] Laërtius: τὰ δὲ ὅσα περὶ ἡμᾶς οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην, οὐ δυνάμεθα φεύγειν, ὡς τὸ πεινῆν διψῆν ἀλγεῖν· οὐκέτι γὰρ λόγῳ περιελεῖν ταῦτα. idem noster dixerat supra sect. 23.

s) τὸ προσδοξάζειν περιαιρῶν] plura in hanc sententiam leguntur lib. 3 Pyrrhon. cap. 24 et lib. 10 contra Mathematicos.

t) μετριοπάθειαν] supra sect. 25.

u) τινὲς δὲ τῶν δοκίμων Σκεπτικῶν] Timon et Aenesidemus apud Laërtium 9 107, cuius verba paullo ante adscripsi ad literam q.

x) τῶν ὁλοσχερῶν τρόπων] supra in indice capitum qui libro primo

τῶν ἐποχῇ, ἀκόλουθον εἴη λέγειν ἄν, ὅπως ἡμῖν ἡ ἐποχὴ περι-
γίνεται. γίνεται τοίνυν αὕτη, ὡς ἂν ὁλοσχερέστερον εἴποι τις, διὰ
τῆς ἀντιθέσεως τῶν πραγμάτων. [y]) ἀντιτίθεμεν δὲ ἢ φαινόμενα
φαινομένοις ἢ νοούμενα νοουμένοις ἢ ἐναλλάξ. οἷον φαινόμενα 32
μὲν φαινομένοις, ὅταν λέγωμεν, ὁ αὐτὸς πύργος [z]) πόρρωθεν
μὲν φαίνεται στρογγύλος, ἐγγύθεν δὲ τετράγωνος· νοούμενα δὲ
νοουμένοις, ὅταν πρὸς τὸν κατασκευάζοντα ὅτι ἐστὶ πρόνοια ἐκ
τῆς τάξεως τῶν οὐρανίων, [a]) ἀντιτιθῶμεν τὸ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς
δυσπραγεῖν πολλάκις, [b]) τοὺς δὲ κακοὺς εὐπραγεῖν, καὶ διὰ τού-
του συνάγωμεν τὸ μὴ εἶναι πρόνοιαν· νοούμενα δὲ φαινομένοις, 33
ὡς ὁ Ἀναξαγόρας τῷ λευκὴν εἶναι τὴν χιόνα [c]) ἀντετίθει ὅτι P 11
ἡ χιὼν ὕδωρ ἐστὶ [d]) πεπηγός, τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ μέλαν, καὶ ἡ

assensus de omnibus retentione, nobis deinceps dicendum est quomodo ad huiusmodi assensus retentionem perveniamus. fit igitur haec (ut generalius loquamur) per mutuam rerum inter se oppositionem. opponimus autem apparentia apparentibus, aut intellectualia intellectualibus, aut permutatim v. g.
32. apparentia quidem apparentibus, ut quum dicimus, eadem turris procul intuenti apparet rotunda, prope spectanti quadrata: intellectualia autem intellectualibus, ut quum ei qui ex caelestium ordine ac dispositione infert esse providentiam, opponimus, bonos quidem adversa uti fortuna saepenumero, malos autem prospera, et hinc inferimus non esse providentiam: 33. intellectualia autem apparentibus, ut Anaxagoras huic propositioni, albam esse nivem, opponebat hanc, nivem aquam esse concretam, aquam autem esse

---

praemittitur, legitur τῶν ὁλοσχερῶς τρόπων, quod mihi non displicet, atque ita dicitur, ut ἡ ἀνωτάτω διαφορά, αἱ ἀνωτάτω φιλοσοφίαι c. 1.

y) διὰ τῆς ἀντιθέσεως τῶν πραγμάτων] supra sect. 9.

z) ὁ αὐτὸς πύργος] infra sect. 118.

a) ἐκ τῆς τάξεως τῶν οὐρανίων] confer lib. 8 adversus Mathematicos.

b) τοὺς μὲν ἀγαθοὺς δυσπραγεῖν πολλάκις] Non ignoravit Sextus argumento isti multa posse opponi, sed neque cum Epicuro voluit dogma hoc statuere quod deus rebus humanis non provideat, sed sufficit Sceptico hanc qualemcunque, quae multos permovit obiectionem in medium afferre, ut si posset rem certissimam in dubium vocaret. quotusquisque autem potest externis ex signis certo expedire quis probus, quis improbus, quid bonum homini vel malum? vel quae post hanc vitam meritis cuiusque destinavit deus. et quis demum has sancivit leges, ut qui boni videntur inter homines, illis honores, opes prosperosque statim consiliorum successus in huius vitae transitu debeat providentia? mihi quidem qui ita argumentantur perinde colligere videntur, ac si homo pius iter faciat tempore pluvio, et homo improbus sereno caelo, et propterea providentiam aliquis vellet vel negare vel accusare.

c) Ἀναξαγόρας τῷ λευκὴν εἶναι τὴν χιόνα] τῷ ex mss scripsi pro τὸ P 11
quod editi habebant. ex iisdem mox reposui articulum ante χιών. de Anaxagora idem testantur Cicero Lucullo c. 31. Lactantius 3 23 et 5 3 *Anaxagorae nives atramentum fuerunt.* Galenus lib. 2 de simplic. medicament. c. 1 καί τινες καὶ τὸν Ἀναξαγόραν ἐπικαλοῦνται μάρτυρα περὶ τῆς χιόνος ἀποφηνάμενον ὡς οὐκ εἴη λευκή. Laërtius hoc ut alia multa silet, nec tamen haec satis idonea causa, ut propterea velut fide indignum reiiceretur ab Hallensibus t. 2 Observationum selectarum p. 379 seq. recenti certe aetate Anaxagorae insistens vestigiis dissertationem adversus alborem nivis vulgavit in deliciis suis Physicis Gothofredus Voiglius ὁ μακαρίτης. caeterum apud Iulium Firmicum in prooemio lib. 1 de Astrologia pag. 8 edit. primae, pro *atris semper nivibus* legendum *altis.*

d) ὅτι ἡ χιὼν ὕδωρ ἐστὶ πεπηγός] infra lib. 2 cap. 22 ἡ χιὼν ὕδωρ

χιὼν ἄρα μέλαινά ἐστι. καθ᾽ ἑτέραν δὲ ἐπίνοιαν ἀντιτίθεμεν ὁτὲ μὲν παρόντα παροῦσιν, ὡς τὰ προειρημένα, ὁτὲ δὲ παρόντα παρεληλυθόσιν ἢ μέλλουσιν, οἷον ὅταν τις ἡμᾶς ἐρωτήσῃ *)
34 λόγον, ὃν λῦσαι οὐ δυνάμεθα, φαμὲν πρὸς αὐτόν, ὅτι ὥσπερ πρὸ τοῦ γενέσθαι εἰσηγησάμενον τὴν αἵρεσιν ἣν μετέρχῃ, οὐδέπω ὁ κατ᾽ αὐτὴν λόγος ὑγιὴς ὢν ἐφαίνετο, ὑπέκειτο μέντοι ὡς πρὸς τὴν φύσιν [e]), οὕτως ἐνδέχεται καὶ τὸν ἀντικείμενον τῷ ὑπὸ σοῦ ἐρωτηθέντι νῦν λόγῳ ὑποκεῖσθαι μὲν ὡς πρὸς τὴν φύσιν, μηδέπω δ᾽ ἡμῖν φαίνεσθαι. ὥστε οὐδέπω χρὴ συγκατατίθεσθαι
35 ἡμᾶς τῷ δοκοῦντι νῦν ἰσχυρῷ εἶναι λόγῳ. ὑπὲρ δὲ τοῦ τὰς ἀντιθέσεις ταύτας ἀκριβέστερον ἡμῖν ὑποπεσεῖν, καὶ τοὺς τρόπους ὑποθήσομαι δι᾽ ὧν ἡ ἐποχὴ συνάγεται οὔτε περὶ τοῦ πλήθους οὔτε περὶ τῆς δυνάμεως αὐτῶν διαβεβαιούμενος· ἐνδέχεται γὰρ αὐτοὺς καὶ σαθροὺς εἶναι καὶ πλείους τῶν λεχθησομένων.

### ΚΕΦ. ιδʹ.

### Περὶ τῶν δέκα [f]) τρόπων.

36 Παραδίδονται τοίνυν συνήθως παρὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις [g])

nigram, igitur et nivem nigram esse. alio autem sensu opponimus inter se aliquando praesentia praesentibus, ut quae modo diximus: aliquando etiam praesentia praeteritis aut futuris, ut quum argumentum nobis quis proponit quod solvere non possumus, dicimus ei, 34. quemadmodum antequam natus esset is qui auctor fuit sectae cui te addixisti, nondum rationes quae ipsi tamquam sanae probantur, verae esse videbantur, et tamen quantum ad rem ipsam verae erant: ita etiam fieri potest ut contrariae rationes iis quas mihi proponis, quantum ad rem quidem, verae sint, nondum tamen nobis appareant: itaque nondum nos assentiri oportet propositioni quae valida ratione niti nunc videtur. 35. ut autem hae oppositiones exactius oculis nostris subiiciantur, etiam modos subiungam quibus assensio retinenda colligitur, nullam nec de numero nec de vi ac momento eorum affirmationem adhibens. fieri enim potest, ut et infirmi sint et plures etiam iis qui a nobis enumerabantur.

### CAP. XIV.

### De modis decem ad assensionem retinendam perveniendi.

36. Tradi igitur solent ab antiquioribus Scepticis modi numero decem,

---

ἐστὶ πεπηγός· μέλαν δὲ τὸ ὕδωρ ἐστί, μέλαινα ἄρα ἐστὶν ἡ χιών. Cicero loco laudato: *Anaxagoras albam esse nivem non modo negabat, sed sibi quia sciret aquam nigram esse, unde illa concreta esset, albam ipsam esse ne videri quidem.*

[*) legebatur ἐρωτήσει.]

c) ὡς πρὸς τὴν φύσιν] vide si placet quae de vocabulo φύσεως notavi supra sect. 27 ad literam l.

f) περὶ τῶν δέκα τρόπων] hi sunt illi passim apud Scepticos decantati modi *decem*, veluti totidem *communes loci* (nam et τόποι vocantur subinde pro τρόποις), e quibus Pyrrhonii argumenta adversus Dogmaticos petebant, ad demonstrandum non esse adeo certa, quae vel sensu vel imaginatione vel ratione comprehendi nobis videntur. auctor et inventor horum modorum fuit Pyrrho, unde Lamprias inter Plutarchi scripta memorat librum περὶ τῶν Πύρρωνος δέκα τόπων. eorundem mentionem facit ex Aenesidemo Aristocles apud Eusebium 14, 18 Praeparat. Laërtius 9, 79 seq. Suidas in οὐδὲν μᾶλλον et noster 7 adversus Mathematicos. ex recentioribus conferre licebit Aegidium Menagium praeclaris ad Diogenem Laërtium notis ac Petrum Gassendum t. 1 operum p. 71 seq.

g) παρὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις] antiquiores Sceptici Sexto nostro sunt

Σκεπτικοῖς τρόποι, δι᾽ ὧν ἡ ἐποχὴ συνάγεσθαι δοκεῖ, δέκα τὸν ἀριθμόν, οὓς καὶ λόγους καὶ τόπους συνωνύμως[h]) καλοῦσιν. εἰσὶ δὲ οὗτοι· πρῶτος ὁ παρὰ τὴν τῶν ζῴων ἐξαλλαγήν, δεύτερος ὁ παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων διαφοράν, τρίτος ὁ παρὰ τὰς διαφόρους τῶν αἰσθητηρίων κατασκευάς, τέταρτος ὁ παρὰ
τὰς περιστάσεις, πέμπτος ὁ παρὰ τὰς θέσεις[i]) καὶ τὰ διαστή- P 12
ματα καὶ τοὺς τόπους, ἕκτος ὁ παρὰ τὰς ἐπιμιξίας, ἕβδομος 37
ὁ παρὰ τὰς ποσότητας καὶ σκευασίας τῶν ὑποκειμένων, ὄγδοος ὁ ἀπὸ τοῦ πρός τι, ἔννατος ὁ παρὰ τὰς συνεχεῖς ἢ σπανίους ἐγκυρήσεις[k]), δέκατος ὁ παρὰ τὰς ἀγωγὰς καὶ τὰ ἔθη καὶ τοὺς νόμους καὶ τὰς μυθικὰς πίστεις καὶ τὰς δογματικὰς ὑπο-
λήψεις. χρώμεθα δὲ τῇ τάξει ταύτῃ θετικῶς.[l]) τούτων δὲ ἐπανα- 38
βεβηκότες[m]) εἰσὶ τρόποι τρεῖς· ὁ ἀπὸ τοῦ κρίνοντος, ὁ ἀπὸ

quibus assensio retinenda colligi videtur, qui et rationes et loci eodem sensu ab illis appellantur. sunt autem isti: *primus* ex animalium varietate, *secundus* ex hominum differentia, *tertius* ex diversimode comparatis sensuum instrumentis, *quartus* ex circumstantiis, *quintus* ex positionibus et intervallis ac locis, *sextus* ex permistionibus, 37. *septimus* ex quantitatibus et constitutionibus subiectorum, *octavus* ex eo quod ad aliquid refertur, *nonus* ex iis quae frequenter aut raro contingunt, *decimus* ex institutis, consuetudinibus et legibus fabulosisque persuasionibus et dogmaticis opinionibus. 38. utimur autem hoc ordine tantum ponentes (non determinantes). porro tres sunt modi qui hos omnes sub se complectuntur. *primus* a iudicante, *secundus* ab eo quod iudicatur, *tertius* ab utroque. nam sub

---

Pyrrho, Aenesidemus, uti iuniores Agrippa huiusque sequaces. infra hoc libro cap. 15, Laërt. 9 88.

*h*) οὓς καὶ λόγους καὶ τόπους συνωνύμως] male fuerat in editis τύπους et συνωνύμους. sane τύπους non memini alibi hosce τρόπους appellari. et τόπους dici iam e Lampria notavi et res haud male convenit. λόγους infra hoc ipso capite Sextus semel iterumque appellat, et Favorini libros decem *Πυρρωνείων τρόπων* laudatos Gellio 11 5 Philostratus vocat λόγους Πυρρωνείους 1 Sophist. p. 491. Aenesidemi λόγοι Πυρρώνειοι a Laërtio allegantur 9 106 etc. τρόπους noster etiam infra lib. 3 sect. 50.

*i*) ὁ παρὰ τὰς θέσεις] ita constanter codices mss. G V et S ita P 12
etiam legit interpres HStephanus, etsi editio Graeco Latina habeat διαθέσεις. sane ex Sexto ipso ubi infra hunc quintum τρόπον exponit, veram lectionem esse θέσεις, perspicue apparet, nec minus ex Laërtio 9 85, cui septimus ille τρόπος est, qui Sexto quintus.

*k*) ἐγκυρήσεις] Salmasius in margine libri sui notaverat συγκυρήσεις. sed codicum consensus est pro altero vocabulo, quod mutare nihil est necesse, licet infra, ubi nonum hunc modum Sextus explicat, συγκυρήσεις legitur. dicitur autem utrumque συγκύρησις et ἐγκύρησις, ut 2 contra Physic. sect. 299; pulchreque ita appellatur res in quam ἐγκυροῦμεν sive incidimus, quae si rarior nobis occurrat, magis nos afficit quam si quotidie et passim se conspiciendam praebeat magna licet, atque ut sol praestantissima.

*l*) θετικῶς] leve est quod priores editiones vitiose habent τεθικῶς. magis opera pretium notare, quod idem vocabulum eruditus interpres obscurius vertit *positive*, cum ipse in thesauro suo doceat θετικῶς ἐξετάζεσθαι apud Hermogenem dici de illis quae infinite sine determinatis circumstantiis disputantur. ita enim et hoc loco id vocabulum accipiendum esse existimo, ut Sextus dicat, hanc seriem τρόπων poni a se quidem sed indeterminate poni, non ita ut non plures possint esse vel pauciores vel alio ordine. supra sect. 35.

*m*) ἐπαναβεβηκότες] huic vocabulo infra hoc ipso capitulo opponitur

*τοῦ κρινομένου, ὁ ἐξ ἀμφοῖν· τῷ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ κρίνοντος ὑποτάσσονται οἱ πρῶτοι τέσσαρες. τὸ γὰρ κρῖνον ἢ ζῷόν ἐστιν ἢ ἄνθρωπος ἢ αἴσθησις, καὶ ἔν τινι περιστάσει*[n])· *εἰς δὲ τὸν ἀπὸ τοῦ κρινομένου ὁ ἕβδομος καὶ ὁ δέκατος· εἰς δὲ τὸν ἐξ ἀμφοῖν σύνθετον ὁ πέμπτος καὶ ὁ ἕκτος καὶ ὁ ὄγδοος καὶ ὁ ἔν-*
39 *νατος. πάλιν δὲ οἱ τρεῖς οὗτοι ἀνάγονται εἰς τὸ πρός τι· ὡς εἶναι γενικώτατον μὲν τὸν πρός τι, εἰδικοὺς δὲ τοὺς τρεῖς, ὑποβεβηκότας δὲ τοὺς δέκα. ταῦτα μὲν περὶ τῆς ποσότητος αὐτῶν κατὰ τὸ πιθανὸν λέγομεν, περὶ δὲ τῆς δυνάμεως τάδε.*

## *Περὶ τοῦ πρώτου τρόπου.*

40 *Πρῶτον ἐλέγομεν*[o]) *εἶναι λόγον καθ' ὃν παρὰ τὴν διαφορὰν τῶν ζῴων οὐχ αἱ αὐταὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὑποπίπτουσι φαντασίαι. τοῦτο δὲ ἐπιλογιζόμεθα ἔκ τε τῆς περὶ τὰς γενέσεις αὐτῶν διαφορᾶς καὶ ἐκ τῆς περὶ τὰς συστάσεις τῶν σωμάτων*
41 *παραλλαγῆς. περὶ μὲν οὖν τὰς γενέσεις, ὅτι τῶν ζῴων τὰ μὲν χωρὶς μίξεως γίνεται, τὰ δ' ἐκ συμπλοκῆς· καὶ τῶν μὲν χωρὶς μίξεως*[p])

**hoc modo qui est a iudicante, comprehenduntur primi quattuor. quia hoc quod iudicat aut animal est aut homo aut sensus, idque in aliqua circumstantia. ad modum autem qui est ab eo quod iudicatur, referuntur septimus et decimus. modo denique qui ex utroque horum compositus est, subiiciuntur quintus et sextus et octavus et nonus. 39. rursus autem hi tres referuntur ad modum qui est a relatis: adeo ut generalissimus quidem modus sit hic a relatis, speciales autem tres isti, sub quibus rursum constituti sint illi decem. et haec quidem de numero modorum probabiliter dicimus. quantum vero valeant (ad cohibendam assensionem), deinceps exponemus.**

### De primo modo.

**40. Primum modum esse dicebamus, secundum quem pro differentia animalium non eaedem ab iisdem obiiciuntur imagines sive phantasiae. hoc autem colligimus et ex diversis eorum generationibus et differentia quae est in corporum constitutionibus. 41. circa generationes igitur haec: quoniam ex animalibus alia absque coitu nascuntur, alia ex coitu; et eorum quae absque coitu nascuntur, alia ex igne eduntur, ut animalia quae in caminis nasci**

---

*ὑποβεβηκότες*, ut generalibus specialiora, simplicibus composita et transcendentibus inferiora quae sub illis comprehenduntur. infra 3 18 *ἐπαναβεβηκότες ἀριθμοί* simpliciores numeri, et *ἡ ἐπαναβεβηκυῖα μονάς* unitas qua caeteri numeri constant. lib. 1 adversus Logicos sect. 54 *ἐπαναβεβηκὸς κριτήριον*, *generalius criterium* veritatis. contra numeri *ὑποβεβηκότες* lib. 1 contra Physicos sect. 306. vide et lib. 2 contra eosdem sect. 259, 270, 297.

*n*) *ἔν τινι περιστάσει*] mss Savil. et Vratislav. *περιστάσεις*, male.

*o*) *ἐλέγομεν*] ms. Savil. *λέγομεν*, et mox pro *αἱ αὐταὶ* idem codex quemadmodum Vratislav. quoque *ἑαυταί*.

*p*) *τῶν μὲν χωρὶς μίξεως*] S *χωρὶς αὐξήσεως*, minus bene: nam sine incremento et semine nascitur nihil. at *ἄνευ ὀχείας* sive *συνδυασμῶν* atque *αὐτόματα* multa generari animalia et olim Aristoteli multisque aliis creditum, et hodie viri doctissimi non audent negare. videndus Io. Baptista Cotelerius ad Clementis recognitiones 8 25. Fortunius Licetus libris de spontaneo animalium ortu, Philippus Bonanni S. I. in observationibus circa viventia quae in rebus non viventibus reperiuntur, et Franciscus Redi in experimentis circa generationem insectorum, qui licet multis toto libro in contrariam sententiam videatur pugnare, tamen p. 156 non indignam philosopho appellat sententiam, statuere quod una

*γινομένων τὰ μὲν ἐκ πυρὸς γίνεται[q]) ὡς τὰ ἐν τοῖς καμίνοις φαινόμενα ζῳόφυτα, τὰ δ' ἐξ ὕδατος φθειρομένου ὡς κώνωπες, τὰ δ' ἐξ οἴνου τρεπομένου ὡς σκνίπες, τὰ δ' ἐκ γῆς,[r]) τὰ δ' ἐξ ἰλύος ὡς βάτραχοι, τὰ δ' ἐκ βορβόρου ὡς σκώληκες, τὰ δ' ἐξ ὄνων[s]) ὡς κάνθαροι, τὰ δ' ἐκ λαχάνων ὡς κάμπαι, τὰ δ' ἐκ καρπῶν ὡς οἱ ἐκ τῶν ἐρινεῶν ψῆνες,[t]) τὰ δ' ἐκ ζῴων σηπομένων ὡς μέλισσαι ταύρων[u]) καὶ σφῆκες ἵππων.[x]) τῶν δ' ἐκ συμπλοκῆς τὰ μὲν ἐξ ὁμοιογενῶν ὡς τὰ πλεῖστα, τὰ δ' ἐξ ἀνομοιογενῶν[y])* 42

P 13

**videmus, alia ex aqua corrupta ut culices, alia ex vino vappa facto ut scnipes, alia ex terra, alia ex limo ut ranae, alia ex fimo ut vermes, alia ex asinis ut scarabei, alia ex oleribus ut erucae, alia ex fructibus ut qui in caprifico nascuntur vermiculi psenes appellati, alia ex animalibus putrefactis ut apes ex tauris et vespae ex equis. 42. eorum autem quae ex coitu gignuntur, alia ex eiusdem generis animalibus, ut maior pars, alia ex animalibus disparis generis**

---

illa eademque anima vel virtus quae flores generat et fructus plantarum, vermes quoque ex plantis producat; et p. 198 affirmat quicquid vivit et vere animatum est, intra se vermiculum posse producere. videndus etiam idem Redi de animalculis vivis quae in corporibus animalium vivorum reperiuntur, Vlysses Aldrovandus de animalibus insectis, Honoratus Faber de generatione animalium, Petrus Gassendus ad Philosophiam Epicuri, quibus addere liceat Io. Baptistam Portam Magiae Naturalis lib. 2 cap. 2 seq. P 13

q) *τὰ μὲν ἐκ πυρὸς*] *πυρίβια* Laërtio 9 79. de his Aristoteles 5 18 (al. 19) Hist. animal. p. 604 editionis quae Caesaris Scaligeri commentarios adiunctos habet: *ἐν δὲ Κύπρῳ, οὗ ἡ χαλκῖτις λίθος καίεται, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐμβαλλόντων, ἐνταῦθα γίνεται θηρία ἐν τῷ πυρὶ τῶν μεγάλων μυιῶν μικρόν τι μείζονα, ὑπόπτερα, ἃ κατὰ [διὰ] τοῦ πυρὸς βαδίζει καὶ πηδᾷ. ἀποθνήσκουσι δὲ χωριζόμενα τοῦ πυρός.* meminere Seneca 5 6 natural. quaest. Plinius 11 36 Hist. qui *pyrales* ac *pyraustas* testatur a quibusdam appellari: Aelianus 2 2 de animalibus et Phile de animalibus p. 56 qui *πυριγόνους* vocant, e recentioribus Scaliger Exerc. XXIII in Cardanum et Hieron. Mercurialis lib. 3 Var. Lect. cap. 14.

r) *τὰ δ' ἐκ γῆς*] putem excidisse exemplum, *ὡς μῦς.*

s) *τὰ δ' ἐξ ὄνων*] Origenes 4 contra Celsum p. 203: *εἰ ἐξ ἀνθρώπου νεκροῦ μεταπλασσόμενος ὄφις, ὡς οἱ πολλοί φασιν, γίγνεται ἀπὸ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ, καὶ ἐκ βοὸς μέλισσα καὶ ἐξ ἵππου σφὴξ καὶ ἐξ ὄνου κανθαρὶς καὶ ἅπαξ ἁπλῶς ἐκ τῶν πλείστων σκώληκες.*

t) *ψῆνες*] *ficarios culices* vocat Plinius 11 35, quem videsis etiam 15 19 et ibi Harduinum.

u) *μέλισσαι ταύρων*] conferri possunt quae viri docti ad principem poëtarum 4 Georgic. vers. 541 seq. Archelaus apud Varronem 3 16 de re rustica, Philetas apud Antigonum Carystium c. 23, Geoponica 15, 2.

x) *σφῆκες ἵππων*] Harduinus ad Plinii 11 20 t. 2 p. 512.

y) *ἐξ ἀνομοιογενῶν*] mulus ex equa et asino, hinnus sive burdo ex asina et equo. vide Portam lib. 2 Magiae naturalis cap. 9 ubi de animalibus hybridis, quae ambigena Evanthius appellat, in Epigrammat. Veteribus Pithoei lib. 4 p. 129

*Hae sunt ambigenae, quae nuptu dispare constant,*
*burdonem sonipes generat commixtus asellae.*
*mulus ab Arcadicis et equina matre creatus.*
*tityrus ex ovibus oritur hircoque parente,*
*musinomem capra ex verveno semine gignit.*
*apris atque sue setosus nascitur ibris.*
*at lupus et catula formant coëundo lyciscam.*

ante verba *ἐξ ὁμοιογενῶν* editi habebant *ὡς*, quod auctoritate mss. codd. sustuli.

ὡς ἡμίονοι. πάλιν κοινῇ τῶν ζῴων τὰ μὲν ζῳοτοκεῖται ὡς ἄν-
θρωποι, τὰ δ᾽ ᾠοτοκεῖται ὡς ὄρνιθες, τὰ δὲ σαρκοτοκεῖται,[z])
43 ὡς ἄρκτοι. εἰκὸς οὖν τὰς περὶ τὰς γενέσεις ἀνομοιότητας καὶ
διαφορὰς μεγάλας ποιεῖν ἀντιπαθείας, τὸ ἀσύγκρατον καὶ ἀσυν-
44 άρμοστον καὶ μαχόμενον ἐκεῖθεν φερομένας. ἀλλὰ καὶ ἡ δια-
φορὰ τῶν κυριωτάτων μερῶν τοῦ σώματος καὶ μάλιστα τῶν
πρὸς τὸ ἐπικρίνειν καὶ πρὸς τὸ αἰσθάνεσθαι πεφυκότων μεγίστην
δύναται ποιεῖν μάχην τῶν φαντασιῶν παρὰ τὴν τῶν ζῴων
παραλλαγήν. οἱ γοῦν ἰκτεριῶντες ὠχρά φασιν εἶναι τὰ ἡμῖν φαι-
νόμενα λευκά, καὶ οἱ ὑπόσφαγμα ἔχοντες,[a]) αἱμωπά. ἐπεὶ οὖν
καὶ τῶν ζῴων τὰ μὲν ὠχροὺς ἔχει τοὺς ὀφθαλμούς, τὰ δ᾽ ὑφαί-
μους, τὰ δὲ λευκανθίζοντας, τὰ δ᾽ ἄλλην χροιὰν ἔχοντας, εἰ-
κὸς οἶμαι διάφορον αὐτοῖς τὴν τῶν χρωμάτων ἀντίληψιν γίγνε-
45 σθαι. ἀλλὰ καὶ ἐνατενίσαντες ἐπὶ πολὺν χρόνον τῷ ἡλίῳ εἶτα
ἐγκύψαντες βιβλίῳ τὰ γράμματα χρυσοειδῆ δοκοῖμεν εἶναι καὶ
P 14 περιφερόμενα. ἐπεὶ οὖν καὶ τῶν ζῴων τινὰ φύσει λαμπηδόνα ἐν
τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔχει καὶ φῶς λεπτομερές τε καὶ εὐκίνητον ἀπ᾽
αὐτῶν ἀποστέλλει, ὡς καὶ νυκτὸς ὁρᾶν,[b]) δεόντως ἂν νομίζοι-

**ut muli. rursus generaliter ex animantibus alia viva eduntur ut homines, alia ex ovo proveniunt ut aves, alia carne informi praedita generantur ut ursi. 43. non dubium est igitur, dissimilitudines et differentias quae in generationibus sunt, magnas efficere antipathias, ut quae inde diversum inter se temperamentum et disconvenientiam ac repugnantiam accipiant. 44. sed et differentia praecipuarum corporis partium, earumque potissimum quae a natura ad diiudicandum et sentiendum datae sunt, maximam potest excitare phantasiarum discordiam pro animalium varietate. exempli gratia, icterici pallida esse dicunt quae nobis alba videntur, et qui suffusione sanguinis in oculis laborant, sanguinea. quoniam igitur animalium etiam alia pallidos habent oculos, alia sanguinis colorem referentes, alia albicantes, alia alium colorem habentes: non sine causa diverso modo colores percipiunt. 45. quin etiam nos si diutius defixos habuerimus in solem oculos, deinde in librum eos demittamus, aureae nobis literae videntur esse et in orbem circumagi. quandoquidem igitur aliqua etiam animantia fulgorem quendam in oculis habent et lumen tenue ac versatile ex eis emittunt, adeo ut etiam noctu cer-**

---

z) *σαρκοτοκεῖται ὡς ἄρκτοι*] fabulam refellit Ioachimus Camerarius Centuria secunda Emblemate 21. notum etiam alia ex ovo generari animalia quae viva in lucem eduntur.

a) *ὑπόσφαγμα ἔχοντες*] idem repetit noster infra in quarto modo et in sexto, et adversus Mathematicos ubi hoc morbo laborantes *ὀφθαλμιῶντας* appellat, et lib. 2 adversus Log. sect. 211 *ὑφαίμους ἔχοντας τοὺς ὀφθαλμούς*. similis oculorum affectio est *ὑπόφυσις* sive *ὑπόχυσις*, pro quo vocabulo male *ὑπόκρισις* legitur apud Chalcidium p. 337; suffusos cruore et sugillatos oculos vocat Plinius 31 9.

P 14 b) *ὡς καὶ νυκτὸς ὁρᾶν*] id praeter feles, noctuas, vespertiliones etiam notum est hominibus quibusdam contigisse, ut de Tiberio Imp. refert noster infra sect. 84. de Iuliano quodam sene Moschus in praro spirituali c. 51. idem de Sabellico et Iosepho Scaligero traditum, et de se ipsis narrant Coelius Rhodiginus 15 2, Porta libro de refractionibus et Athanasius Kircherus in magna arte lucis et umbrae lib. 2 parte 2 c. 1 p. 118. de aliis quibusdam Herm. Conringius lib. de Calido innato p. 153. de virgine Parmensi Basnagius Bellovallius in Historia operum eruditorum a. 1689 mense Novembri p. 127. de Albaniae quibusdam incolis Plinius 7 2 Hist. Gellius 9 4 et Solinus. de integra gente Leucaethiopum Iobus Ludolfus commentario ad Hist. Aethiopicam p. 197

μεν ὅτι μὴ ὅμοια ἡμῖν τε κἀκείνοις τὰ ἐκτὸς ὑποπίπτει. καί γε 46
οἱ γόητες c) χρίοντες τὰς θρυαλλίδας ἰῷ χαλκοῦ καὶ θολῷ ση-
πίας ποιοῦσιν ὁτὲ μὲν χαλκοῦς ὁτὲ δὲ μέλανας φαίνεσθαι τοὺς
παρόντας διὰ τὴν βραχεῖαν τοῦ μιχθέντος παρασποράν. πολὺ
δήπου εὐλογώτερόν d) ἐστι, χυμῶν διαφόρων ἀνακεκραμένων τῇ
ὁράσει τῶν ζῴων διαφόρους τῶν ὑποκειμένων φαντασίας αὐτοῖς
γίνεσθαι. ὅταν τε παραθλίψωμεν τὸν ὀφθαλμόν, ἐπιμήκη καὶ 47
στενὰ φαίνεται τὰ εἴδη καὶ τὰ σχήματα καὶ τὰ μεγέθη τῶν
ὁρατῶν. εἰκὸς οὖν ὅτι ὅσα τῶν ζῴων λοξὴν ἔχει τὴν κόρην καὶ
προμήκη, καθάπερ αἶγες, αἴλουροι καὶ τὰ ἐοικότα, διάφορα
φαντάζεται τὰ ὑποκείμενα εἶναι, καὶ οὐχ οἷα*) τὰ περιφερῆ τὴν
κόρην ἔχοντα ζῷα εἶναι αὐτὰ ὑπολαμβάνει. τά τε κάτοπτρα e) 48
παρὰ τὴν διάφορον κατασκευήν, ὁτὲ μὲν μικρότατα δείκνυσι τὰ
ἐκτὸς ὑποκείμενα, ὡς τὰ κοῖλα, ὁτὲ δ' ἐπιμήκη καὶ στενά, ὡς
τὰ κυρτά, τινὰ δὲ τὴν μὲν κεφαλὴν κάτω f) δείκνυσι τοῦ κατ-
οπτριζομένου, τοὺς δὲ πόδας ἄνω. ἐπεὶ οὖν καὶ τῶν περὶ τὴν 49

**nant. merito existimemus non similia nobis et illis externa sub sensum cadere. 46. iam vero et praestigiatores ellychnia aerugine et sepiae atramento ungentes, faciunt ut qui adsunt, modo aeris colorem habere, modo nigri esse videantur, propter parvam eius quod admistum est, inspersionem. hinc multo certe magis consentaneum est, quum diversi humores animalium visui commisti sint, diversas de subiectis imaginationes in ipsis oriri. 47. quin etiam, quum oculum fricuerimus, oblongae et angustae apparent formae et figurae, et magnitudines eorum quae sub oculos cadunt. est igitur consentaneum, quaecunque animalia obliquam habent pupillam et oblongam, ut caprae feles et huiusmodi, diversam de subiectis phantasiam concipere, et non eandem quam ea quae rotundam pupillam habent. 48. sed et speculum prout vel hoc vel illo modo factum fuerit, aliquando minora nobis ostendi quae extrinsecus subiecta sunt, ut si sit concavum, aliquando oblonga et angusta, ut si convexum fuerit; sunt et specula quae caput eius qui se in illis intuetur, deorsum esse ostendunt, pedes autem sursum. 49. quoniam igitur**

---

et Isaacus Vossius de originibus Nili p. 69. de Chacreleatibus Franciscus Legatus in itinere suo descripto Gallice t. 2 p. 136. causam disquirunt Plutarchus lib. 1 sympos. c. 8 et in Arato p. 1031. Alexander problem. 20 (al. 78) e recentioribus Tho. Bartholinus, cuius praeclari exstant tres libri de luce animalium. alia oculorum et aliorum sensuum miracula persequitur Io. Ionstonus in Thaumatographia naturali, Marcellus Donatus in Medica Historia mirabili, et praeclarus Morhofius in dissertatione Kiloniae edita de paradoxis sensuum.

c) *γόητες χρίοντες τὰς θρυαλλίδας*] ex Anaxilae ludicris hoc fuit, vide Thomae Reinesii varias Lectiones p. 581, Io. Baptistam Portam Magiae naturalis 17, 1 et praecipue 20, 9, Kircherum arte lucis et umbrae p. 719 et 786 edit. Amst. Simeon Sethi libro de alimentis p. 116 *λέγεται δὲ ὡς εἴ τις θρυαλλίδα σηπίας μέλανι καὶ ἰῷ χαλκοῦ χρίσει, ποιήσει τοὺς μὲν χαλκοῦς, τοὺς δὲ μέλανας φαίνεσθαι, διὰ τὴν τῶν μιχθέντων κατασποράν.*

d) *πολὺ δήπου εὐλογώτερον*] ita scripsi pro *ἀλογώτερον* ex mss. et HStephani interpretatione.

[*) legebatur *οἷς*.]

e) *τά τε κάτοπτρα*] haec plenius expediunt Optici ut Vitellio perspectivae libro 5 et seq. consulendus etiam Chalcidius ad Timaeum Platonis p. 333 seq.

f) *τὴν μὲν κεφαλὴν κάτω*] hoc non modo in concavis contingit speculis, sed etiam per bina specula plana efficere docet Porta 17 2 Magiae.

ὄψιν ἀγγείων τὰ μὲν ἐξόφθαλμα κομιδῇ πέπτωκεν ὑπὸ κυρτό-
τητος, τὰ δὲ κοιλότερά ἐστι, τὰ δ' ἐν ὑπτίῳ πλάτει βέβηκεν,
εἰκὸς καὶ διὰ τοῦτο ἀλλοιοῦσθαι τὰς φαντασίας, καὶ μήτε ἴσα
τοῖς μεγέθεσι μήτε ὅμοια ταῖς μορφαῖς ὁρᾶν τὰ αὐτὰ κύνας
ἰχθύας λέοντας ἀνθρώπους πάρνοπας, ἀλλ' οἵαν ἑκάστου
50 ποιεῖ τύπωσιν ἡ δεχομένη τὸ φαινόμενον ὄψις. ὁ δὲ αὐτὸς καὶ
περὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων λόγος. πῶς γὰρ ἂν λεχθείη ὁμοίως
κινεῖσθαι κατὰ τὴν ἁφὴν τά τε ὀστρακόδερμα καὶ τὰ σαρκο-
φανῆ, καὶ τὰ ἠκανθωμένα, καὶ τὰ ἐπτερωμένα ἢ λελεπιδωμένα;
πῶς δὲ ὁμοίως ἀντιλαμβάνεσθαι [g]) κατὰ τὴν ἀκοὴν τά τε στενό-
τατον ἔχοντα τὸν πόρον τὸν ἀκουστικόν, καὶ τὰ εὐρυτάτῳ τούτῳ
P 15 κεχρημένα, ἢ τὰ τετριχωμένα τὰ ὦτα, καὶ τὰ ψιλὰ ταῦτα ἔχοντα;
ὅπου γε καὶ ἡμεῖς ἄλλως μὲν κινούμεθα κατὰ τὴν ἀκοὴν παρα-
51 βύσαντες [h]) τὰ ὦτα, ἄλλως δὲ ἢν ἁπλῶς αὐτοῖς χρώμεθα. καὶ
ἡ ὄσφρησις δὲ διαφέροι ἂν παρὰ τὴν τῶν ζῴων ἐξαλλαγήν. εἰ
γὰρ καὶ ἡμεῖς ἄλλως μὲν κινούμεθα ἐμψυγέντες καὶ τοῦ φλέγμα-
τος πλεονάσαντος ἐν ἡμῖν, ἄλλως δὲ ἢν τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν
ἡμῶν μέρη πλεονασμὸν αἵματος ὑποδέξηται, ἀποστρεφόμενοι τὰ
εὐώδη τοῖς ἄλλοις δοκοῦντα εἶναι [i]) καὶ ὥσπερ πλήττεσθαι
ὑπ' αὐτῶν νομίζοντες· ἐπεὶ καὶ τῶν ζῴων τὰ μὲν πλαδαρά τέ
ἐστι φύσει καὶ φλεγματώδη· τὰ δὲ πολύαιμα σφόδρα, τὰ δ'
ἐπικρατοῦσαν καὶ πλεονάζουσαν ἔχοντα τὴν ξανθὴν χολὴν ἢ τὴν

**vasorum quae circa visum sunt, alia sunt adeo repanda, ut extuberantia propendeant, alia magis causa sunt, alia etiam velut in plano iacent, consentaneum est propter hoc variari etiam phantasias et neque aequalia magnitudinibus neque similia formis videre eadem canes pisces leones homines locustas, sed pro ea impressione cuiusque quam facit visus excipiens id quod apparet. 50. eadem est et in aliis sensibus ratio. nam quomodo dicantur similiter affici in contactu testacea et vestita carnibus et spinis hirsuta et pennata et squamosa? aut quomodo similia percipere auditu, animal quod habeat angustissimum meatum auditorium et quod ipsum habeat latissimum? aut cui pilosae sint aures aut cui glabrae contra eae sint? quum etiam ipsi aliter afficiamur auditu quum semiobstructae nobis sunt aures, aliter quum liberis illis utimur. 51. quin etiam odoratus diversus esse debet pro animalium varietate. nam si nos aliter quidem movemur frigefacti et pituita in nobis abundante, aliter si quae circa caput nostrum sunt partes sanguinis abundantiam acceperint, adeo ut ea quae aliis suaveolentia esse videntur, aversemur et iis quasi percuti nos existimemus: quandoquidem animantium alia humida sunt natura et pituitosa, aliis sanguis inest multus, alia praevalentem et abundantem habent flavam aut atram bilem: mirum certe ni eorum**

g) *ὁμοίως ἀντιλαμβάνεσθαι*] ita diserte mss. G V et S pro eo quod
P 15 sine sensu in editis erat *ὁμοίωσαν τὶ λαμβάνεσθαι*. vocabulum *ἀντιλαμβάνεσθαι* eodem sensu habes apud Suidam in *ἱκτεριᾶν* et Alexandrum ac Philoponum quos Suidas sequitur. et apud nostrum infra sect. 101 atque alibi. caeterum quam diversimode afficiatur a visis oculus, pro diversa sensorii huius constitutione, acute disputatum est a Nicolao Malebranchio libro primo operis praeclari de inquirenda Veritate.

h) *παραβύσαντες*] ita rescripsi pro *παραβήσαντες*, quod superiores editiones habebant. est ea certissima emendatio Salmasii, quanquam video etiam notatam inter Varias Lectiones quas Sexto praemisit Genevensis typographus. pro *ἐμψυγέντες* mox S. habet *ἐμψηχέντες*, vitiose.

i) *δοκοῦντα εἶναι*] pro *εἶναι* in G V et S legitur *ταῦτα*, nihilominus ab editis recedere nolui.

μέλαιναν· εὔλογον[k]) καὶ διὰ τοῦτο διάφορα ἑκάστοις αὐτῶν
φαίνεσθαι τὰ ὀσφρητά. καὶ τὰ γευστὰ ὁμοίως· τῶν μὲν τρα- 52
χεῖαν[l]) καὶ ἄνικμον ἐχόντων τὴν γλῶσσαν, τῶν δὲ ἔνυγρον
σφόδρα (καὶ ἡμεῖς εἴ γε ξηροτέραν ἐν πυρετοῖς τὴν γλῶτταν
σχόντες, γεώδη καὶ κακόχυμα ἢ πικρὰ τὰ προσφερόμενα εἶναι
νομίζομεν· τοῦτο δὲ πάσχομεν καὶ περὶ τὴν διάφορον ἐπικρά-
τειαν τῶν ἐν ἡμῖν χυμῶν εἶναι λεγομένων). ἐπεὶ οὖν καὶ τὰ
ζῷα διάφορον τὸ γευστικὸν αἰσθητήριον ἔχει καὶ διαφόροις χυ-
μοῖς πλεονάζον, διαφόρους ἂν καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν φαντασίας
τῶν ὑποκειμένων λαμβάνοι. ὥσπερ γὰρ ἡ αὐτὴ τροφὴ[m]) ἀνα- 53
διδομένη ὅπου μὲν γίνεται φλέψ, ὅπου δὲ ἀρτηρία, ὅπου δὲ
ὀστέον, ὅπου δὲ νεῦρον, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, παρὰ τὴν
διαφορὰν τῶν ὑποδεχομένων αὐτὴν μερῶν διάφορον ἐπιδεικνυ-
μένη δύναμιν· καὶ ὥσπερ τὸ ὕδωρ ἓν καὶ μονοειδὲς[n]) ἀναδιδό-
μενον εἰς τὰ δένδρα ὅπου μὲν γίνεται φλοιός, ὅπου δὲ κλάδος,
ὅπου δὲ καρπός, καὶ ἤδη σῦκον καὶ ῥοιὰ καὶ τῶν ἄλλων ἕκα-
στον· καὶ καθάπερ τὸ τοῦ μουσουργοῦ πνεῦμα ἓν καὶ τὸ αὐτὸ 54
ἐμπνεόμενον τῷ αὐλῷ ὅπου μὲν γίνεται ὀξύ, ὅπου δὲ βαρύ,
καὶ ἡ αὐτὴ ἐπέρεισις τῆς χειρὸς ἐπὶ τῆς λύρας ὅπου μὲν βα-

singulis diversa apparent ea quae sub odoratum cadunt. 52. itidem quod ad gustum attinet: quum alia asperam et siccam habeant linguam, alia valde humidam (siquidem et nos quoque dum febricitamus, aridiorem linguam habentes, terrea et mali succi atque amara ea quae nobis apponuntur, existimamus: hoc autem nobis accidit ob diversam humorum qui in nobis esse dicuntur, praevalentiam) quandoquidem animalia quoque diverse affectum inter se habent gustatus instrumentum et diversis humoribus abundant: hinc fit ut etiam in gustu diversas subiectorum phantasias accipiant: 53. quemadmodum enim idem cibus concoctus aliquando fit vena, interdum arteria, interdum os, nonnunquam nervus, et ex aliis quodvis membris: quippe qui pro diversitate partium quae ipsum recipiunt, diversam facultatem proferat: et ut aqua una et unius generis in arbores infusa et quasi digesta aliquando fit cortex, aliquando ramus, aliquando fructus, iam vero et ficus et malum punicum et quivis alius ex caeteris fructibus. 54. quemadmodum item musici filatus unus et idem in tibiam inspiratus modoacutus fit, modo gravis: et manus eodem pacto lyrae impressa nonnunquam gravem sonum, nonnun-

---

k) *εὔλογον*] ita ut rescriberem pro *εὔλογα*, Salmasius facile persuasit. sic Laërtius 9 80 *εὔλογον* [*εὔδηλον*] *τοῖς διαφόροις τοὺς ὀφθαλμοὺς διάφορα καὶ τὰ φαντάσματα προσπίπτειν.*

l) *τραχεῖαν*] male editi *ταχεῖαν.* sed *τραχεῖαν* legit etiam HStephanus, et habet V.

m) *ἡ αὐτὴ τροφὴ ἀναδιδομένη*] hinc Lucretius lib. 1 vers. 859 seq. adversus Anaxagorae homoeomerias disputans:

*Praeterea, quoniam cibus auget corpus alitque,*
*scire licet nobis venas et sanguen et ossa*
*et nervos alienigenis ex partibus esse.*

n) *τὸ ὕδωρ ἓν καὶ μονοειδὲς*] Eustathius Antiochenus in Hexaëm. p. 11 *ἓν ὕδωρ διὰ τῆς ῥίζης φερόμενον ἢ ἑλκόμενον ἄλλως μὲν τρέφει τὸ στέλεχος, ἄλλως τὴν ἐντεριώνην, ἄλλως τὸν φλοιόν, ἄλλως τὸ ξύλον, ἄλλως τὴν ῥίζαν αὐτήν.* addit ex eodem humore in vite quidem vinum confici, in oliva oleum, in alio aliud, et in ipsis dulcibus fructibus miram esse succi varietatem, aliud enim dulce esse quod in vite gustatur. aliud in pomo, aliud in ficu, aliud in palma. similia habent Basilius homil. 5 in Hexaëm. et Ambrosius Basilii interpres lib. 3 cap. 15.

ρὺν φθόγγον ποιεῖ, ὅπου δὲ ὀξύν· οὕτως εἰκὸς καὶ τὰ ἐκτὸς
P 16 ὑποκείμενα διάφορα θεωρεῖσθαι παρὰ τὴν διάφορον κατασκευὴν
55 τῶν τὰς φαντασίας ὑπομενόντων ζῴων. ἐναργέστερον δὲ τὸ
τοιοῦτον ἐστὶ μαθεῖν ἀπὸ τῶν αἱρετῶν τε καὶ φευκτῶν τοῖς
ζῴοις· μύρον [o]) γοῦν ἀνθρώποις μὲν ἥδιστον φαίνεται, κανθά-
ροις δὲ καὶ μελίσσαις δυσανάσχετον· καὶ τὸ ἔλαιον τοὺς μὲν
ἀνθρώπους [p]) ὠφελεῖ, σφῆκας δὲ καὶ μελίσσας [q]) ἀναιρεῖ καταρ-
ραινόμενον· καὶ τὸ θαλάττιον ὕδωρ ἀνθρώποις μὲν ἀηδές ἐστι
πινόμενον καὶ φαρμακῶδες, ἰχθύσι δὲ ἥδιστον καὶ πότιμον.
56 σύες δὲ ἥδιον βορβόρῳ [r]) λούονται δυσωδεστάτῳ ἢ ὕδατι διει-
δεῖ καὶ καθαρῷ. τῶν τε ζῴων τὰ μέν ἐστι ποηφάγα, τὰ δὲ
θαμνοφάγα, τὰ δὲ ὑληνόμα, τὰ δὲ σπερμοφάγα, τὰ δὲ σαρκοφάγα,
τὰ δὲ γαλακτοφάγα· καὶ τὰ μὲν σεσηπυίᾳ χαίρει τροφῇ, τὰ δὲ
νεαρᾷ· καὶ τὰ μὲν ὠμῇ, τὰ δὲ μαγειρικῶς ἐσκευασμένῃ· καὶ
κοινῶς τὰ ἄλλοις ἡδέα ἄλλοις ἐστὶν ἀηδῆ καὶ φευκτὰ καὶ θα-
57 νάσιμα. τὸ γοῦν κώνειον [s]) πιαίνει τοὺς ὄρτυγας καὶ ὁ ὑοσκύα-

quam acutum reddit: ita non mirum est ea etiam quae extrinsecus subiecta sunt, in diversam contemplationem venire pro diversa constitutione animalium quibus phantasiae accidunt. 55. hoc autem evidentius est perspicere ex iis quae appetunt et quae fugiunt animalia. exempli gratia, unguentum hominibus gratissimum videtur, at scarabeis et apibus intolerabile. et oleum quidem est hominibus utile, at vespas et apes interficit, si illis irroretur. itidem marina aqua hominibus quidem in potu est ingrata et venenata; at piscibus suavissimus est eius potus. 56. sues praeterea lubentius in lutum se immergunt graveolentissimum quam in aquam puram et limpidam. insuper et animalium alia vescuntur herbis, alia frutices depascuntur, alia in silvis vivunt, alia semen edunt, alia sunt carnivora, aliis cibus est lac, deinde alia putrefacto gaudent cibo, alia recenti, alia crudo, alia a coquis apparato. denique quaecunque uni sunt iucunda, alteri sunt iniucunda et periculosa ac mortifera. 57. exemplo esse potest cicuta, quae coturnices pin-

---

P 16 o) μύρον] Aristoteles 9 40 hist. animal. de apibus: *δυσχεραίνουσι δὲ καὶ τῶν μύρων (ταῖς ὀσμαῖς) διὸ καὶ τοὺς χρωμένους αὐτοῖς τύπτουσιν.* de suibus Lucretius 6 793

*Denique amaracinum fugitat sus et timet omne*
*unguentum, nam setigeris subus acre venenum*
*quod nos interdum tanquam recreare videtur.*

p) τοὺς μὲν ἀνθρώπους τοὺς] τοὺς posterius nolui omittere, licet in V et S desideraretur. accentu autem caret, reiicitque illum in praecedens vocabulum, quia pro τινὰς ponitur. [Nos delevimus.]

q) σφῆκας δὲ καὶ μελίσσας] idem Aristoteles 8 27 *πάντα τὰ ἔντομα ἀποθνήσκει ἐλαιούμενα, τάχιστα δ' ἄν τις τὴν κεφαλὴν ἀλείψας ἐν τῷ ἡλίῳ θῇ.* quae ita vertit Plinius 11 19 *oleo non apes tantum sed omnia insecta exanimantur, praecipue si capite uncto in sole ponantur.*

r) σύες ἥδιον βορβόρῳ] idem Lucretius 6 976

– – *Nobis caenum teterrima cum sit*
*spurcities, eadem subus haec res munda videtur,*
*insatiabiliter toti ut volvantur ibidem.*

s) κώνειον πιαίνει τοὺς ὄρτυγας] Lucretius 5 897

*Quippe videre licet pinguescere saepe cicuta*
*barbigeras pecudes, homini quae est acre venenum.*

idem 4 644

*Praeterea nobis veratrum est acre venenum,*
*at capris adipes et coturnicibus auget.*

Laërtius 9 80 καὶ τὸ κώνειον ὄρτυγι μὲν τρόφιμον, ἀνθρώπῳ δὲ θανά-

μος[t]) τὰς ὗς, αἳ δὴ χαίρουσι καὶ σαλαμάνδρας[u]) ἐσθίουσαι, ὥσπερ-
οῦν ἔλαφος[x]) τὰ ἰοβόλα ζῷα καὶ αἱ χελιδόνες κανθαρίδας. οἵ τε
μύρμηκες καὶ οἱ σκνῖπες ἀνθρώποις μὲν ἀηδίας καὶ στρόφους
ἐμποιοῦσι καταπινόμενοι, ἡ δὲ ἄρκτος[y]) ἣν ἀρρωστίᾳ τινὶ πε-
ριπέσῃ, τούτους καταλιχνωμένη ῥώννυται. ἔχιδνα[z]) δὲ θιγόντος 58
αὐτῆς μόνου φηγοῦ κλάδους, καροῦται, καθάπερ καὶ νυκτερὶς
πλατάνου φύλλου. φεύγει δὲ κριὸν μὲν ἐλέφας, λέων δὲ ἀλεκ-
τρυόνα,[a]) καὶ θραγμὸν κυάμων ἐρεικομένων τὰ θαλάττια κήτη
καὶ τίγρις ψόφον τυμπάνου. καὶ ἄλλα δὲ πλείω τούτων ἔνεστι
λέγειν· ἀλλ' ἵνα μὴ μᾶλλον τοῦ δέοντος ἐνδιατρίβειν δοκῶμεν P 17
εἰ τὰ αὐτὰ τοῖς μέν ἐστιν ἀηδῆ, τοῖς δὲ ἡδέα, τὸ δὲ ἡδὺ καὶ
ἀηδὲς ἐν φαντασίᾳ κεῖται, διάφοροι γίνονται τοῖς ζῴοις ἀπὸ
τῶν ὑποκειμένων φαντασίαι. εἰ δὲ τὰ αὐτὰ πράγματα ἀνόμοια 59

gnefacit, sicut hyoscyamus apros, qui salamandras etiam libenter edunt, quemadmodum et cervi venenata animalia et hirundines cantharidas. quin etiam formicae et scnipes hominibus quidem dolores et tormina afferunt, si devorentur, at vero ursus si quo morbo laborare coeperit, his avidissime vescens corroboratur. 58. vipera, si vel unicus fagi eam attigerit ramus, vertigine opprimitur: quemadmodum et vespertilio, si platani tactus fuerit folio. fugit praeterea arietem elephas, gallum gallinaceum leo, et fragorem fabarum fresarum marina cete, tigris tympani sonum. quibus alia id genus addi possunt: sed ne diutius quam par est, in his immorari videamur, si eadem aliis iucunda sint, aliis iniucunda, iucundum autem et iniucundum in phantasia versatur, diversae fiunt animalibus a subiectis phantasiae. 59. quodsi eaedem res diversae apparent ob animalium varietatem, quale quidem nobis

---

σιμον, ad quem locum vide quae notavit Aegidius Menagius. adi etiam, si volupe est, Samuelem Bochartum Hierozoici t. 2 p. 97 seq.

t) ὁ ὑοσκύαμος τὰς ὗς] hominibus insaniam et torporem affert faba porcina, de quo multa Bodaeus a Stapel ad Theophrastum de plantis p. 1080, inde ὑοσκυαμᾶν Pherecrates Suida teste dixit pro furere ac delirare. neque tamen et ab apris impune sumitur, licet hi comesis cancris facile iterum sibi medeantur. vide Aelianum lib. 1 variae hist. cap. 7.

u) σαλαμάνδρας ἐσθίουσαι] idem Aelianus lib. 9 historiae animal. cap. 28 auctor est aprum si salamandram comederit, nihil inde mali sentire, at mortiferam esse suis illius si quis eis vescatur carnes, quod postremum licet Plinio etiam traditum 11 53 falsitatis arguit Io. Paulus Wurfbainius in descriptione salamandrae p. 93 seq.

x) ἔλαφος] V ἔλαφοι. sed nolui hoc praeferre, quia numerus singularis eleganter inter pluralia interponitur, ut mox semel iterumque Sextus hoc loco facit. porro serpentes a cervis capi et vorari notum scriptorum plurimorum testimonio, vide Plinium Harduini t. 2 p. 190.

y) ἡ δὲ ἄρκτος] Aelian. 6 3 de animalibus. Plutarchus p. 974 de solertia animalium.

z) ἔχιδνα δὲ etc.] plura eiusmodi repugnantiae naturalis sive antipathiae exempla collegere idem Aelianus lib. 1 hist. animalium cap 35, 36, 37. Anatolius et Democritus in fragmentis quae cum notis eruditis D. Io. Rendtorfii dedi libro 4 Bibliothecae Graecae cap. 29. his ex recentioribus addes si lubet Marcellum Donatum in Historia Medica mirabili 6 3.

a) λέων δὲ ἀλεκτρυόνα] S. Ambrosius 6 4 Hexaëm. *Leo gallum, et maxime album veretur.* id a pluribus licet traditum scriptoribus in dubium vocat Ioachimus Camerarius Centur. 2 emblemate 9. quicquid autem fuerit, satis multa tamen certa et testatissima antipathiae naturalis exempla exstare, omnes Sexto libenter concedent.

φαίνεται παρὰ τὴν τῶν ζῴων ἐξαλλαγήν, ὁποῖον μὲν ἡμῖν θεωρεῖται τὸ ὑποκείμενον ἕξομεν λέγειν, ὁποῖον δέ ἐστι πρὸς τὴν φύσιν ἐφέξομεν. οὐδὲ γὰρ ἐπικρίνειν αὐτοὶ δυνησόμεθα τὰς φαντασίας τάς τε ἡμετέρας καὶ τὰς τῶν ἄλλων ζῴων μέρος καὶ αὐτοὶ τῆς διαφωνίας[b]) ὄντες, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ ἐπικρινοῦντος
60 δεησόμενοι μᾶλλον ἢ αὐτοὶ κρίνειν δυνάμενοι. καὶ ἄλλως οὔτε ἀναποδείκτως[c]) δυνάμεθα προκρίνειν τὰς ἡμετέρας φαντασίας τῶν παρὰ τοῖς ἀλόγοις ζῴοις γινομένων οὔτε μετ᾽ ἀποδείξεως· πρὸς γὰρ τὸ μὴ εἶναι ἀπόδειξιν ἴσως, ὡς ὑπομνήσομεν,[d]) αὐτὴ ἡ λεγομένη ἀπόδειξις ἤτοι φαινομένη ἡμῖν ἔσται ἢ οὐ φαινομένη· καὶ εἰ μὲν μὴ φαινομένη, οὐδὲ μετὰ πεποιθήσεως αὐτὴν προοισόμεθα[e])· εἰ δὲ φαινομένη ἡμῖν, ἐπειδὴ περὶ τῶν φαινομένων τοῖς ζῴοις ζητεῖται, καὶ ἡ ἀπόδειξις ἡμῖν φαίνεται ζῴοις οὖσι, καὶ αὐτὴ ζητηθήσεται εἰ ἔστιν ἀληθὴς καθ᾽ ὅ ἐστι φαι-
61 νομένη. ἄτοπον δὲ τὸ ζητούμενον διὰ τοῦ ζητουμένου κατασκευάζειν ἐπιχειρεῖν, ἐπεὶ ἔσται τὸ αὐτὸ πιστὸν καὶ ἄπιστον, ὅπερ ἀμήχανον· πιστὸν μέν, ᾗ βούλεται ἀποδεικνύειν, ἄπιστον δέ, ᾗ ἀποδείκνυται. οὐχ ἕξομεν ἄρα ἀπόδειξιν δι᾽ ἧς προκρινοῦμεν τὰς ἑαυτῶν φαντασίας τῶν παρὰ τοῖς ἀλόγοις καλουμένοις ζῴοις γινομένων. εἰ γοῦν διάφοροι γίνονται αἱ φαντασίαι παρὰ τὴν τῶν ζῴων ἐξαλλαγήν, ἃς ἐπικρῖναι ἀμήχανόν ἐστιν, ἐπέχειν ἀνάγκη περὶ τῶν ἐκτὸς ὑποκειμένων.

videatur subiectum, dicere poterimus: de eo autem, quale vere sit ac natura, assensum retinebimus. neque enim ipsi et nostras et aliorum animalium phantasias diiudicare poterimus, quum et ipsi discrepantiae pars simus, et propterea tales quibus opus sit potius alio diiudicante, quam qui id ipsi praestare possimus. 60. sed nec sine demonstratione possumus nostras phantasias phantasiis animalium praeferre, nec cum demonstratione nam ne dicam quod forte nulla datur demonstratio, ut infra monebitur, ipsa etiam illa quae vocatur demonstratio, si adhibeatur, aut nobis apparens erit, aut non apparens, et si quidem non apparens, nec cum certa persuasione eam proferemus: quodsi appareat nobis, quandoquidem quaeritur de iis quae animalibus apparentia sunt, et demonstratio nobis, qui ex animalium numero sumus, apparens est: etiam de ipsa quaestio erit, utrum vera sit, quatenus est apparens. 61. at vero absurdum est conari confirmare quod quaeritur, per aliud de quo etiam quaestio est. nam hoc modo esset eidem rei adhibenda fides et non adhibenda: adiungenda fides ei, quatenus vult demonstrare, non adiungenda autem, quatenus demonstrari necesse habet. non reperiemus igitur demonstrationem qua nostras phantasias phantasiis animalium ratione carentium praeferamus. si ergo diversae sunt phantasiae pro diversitate animalium, quas diiudicare est impossibile, assensum de extrinsecus subiectis sustinere necesse est.

---

P 17 *b*) μέρος καὶ αὐτοὶ τῆς διαφωνίας] infra sect. 90.

*c*) οὔτε ἀναποδείκτως — οὔτε μετ᾽ ἀποδείξεως] similiter argumentatur infra sect. 114.

*d*) πρὸς τὸ μὴ εἶναι ἀπόδειξιν ἴσως, ὡς ὑπομνήσομεν] ablegat lectorem ad lib. 2 harum institutionum cap. 13. idem argumentum fuse tractavit adversus Logicos libris. addit autem ἴσως ne cum Academicis statuat tanquam dogma, demonstrationem non dari.

*e*) προοισώμεθα] ita rescripsi ex V et S cum in editis esset προθησώμεθα. neque enim placebat quod inter varias lectiones a Genevensi typographo praemissas notatur, προσησόμεθα. [scripsimus προοισόμεθα.]

### *Εἰ λόγον ἔχει τὰ λεγόμενα ἄλογα ζῷα.*

*Ἐκ περιουσίας δὲ καὶ συγκρίνομεν τὰ ἄλογα καλούμενα ζῷα* 62
*τοῖς ἀνθρώποις κατὰ φαντασίαν· καὶ γὰρ καταπαίζειν τῶν Δογμα-*
*τικῶν τετυφωμένων καὶ περιαυτολογούντων οὐκ ἀποδοκιμάζομεν*
*μετὰ τοὺς πρακτικοὺς τῶν λόγων* [f]). *οἱ μὲν οὖν ἡμέτεροι τὸ* P 18
*πλῆθος τῶν ἀλόγων ζώων* [g]) *ἁπλῶς εἰώθασι συγκρίνειν τῷ ἀν-*
*θρώπῳ. ἐπεὶ δὲ εὑρεσιλογοῦντες οἱ Δογματικοὶ ἄνισον εἶναί φασι* 63
*τὴν σύγκρισιν, ἡμεῖς ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἐπὶ πλέον παίζον-*
*τες ἐπὶ ἑνὸς ζῴου στήσομεν τὸν λόγον, οἷον ἐπὶ κυνός, εἰ δοκεῖ,*
*τοῦ εὐτελεστάτου δοκοῦντος εἶναι* [h])· *εὑρήσομεν γὰρ καὶ οὕτω*

### An ratione utantur irrationalia quae vocantur animalia.

**62. Ex abundanti autem superioribus addemus irrationabilium quae vocantur animalium comparationem cum hominibus, in iis quidem certe quae ad phantasiam spectant: postquam enim protulimus serias et validas rationes, Dogmaticis inflatis et immodice sua iactantibus paullisper illudere non recusamus. nostri igitur irrationabilium animalium multitudinem simpliciter solent cum homine conferre. 63. sed quoniam argutantes Dogmatici comparationem aequalem esse negant: nos ut ampliorem etiam quam satis sit illudendi illis materiam habeamus, non ultra unum animal progrediemur, canem, si libet, quo nullum vilius esse videtur animal. nam etiam ita com-**

---

*f*) *τοὺς πρακτικοὺς τῶν λόγων*] ita appellat rationes et argumenta a rerum momentis petita ac seria, Dogmaticis et praecipue Stoicis opposita, quorum fastum totis suis operibus calcandum sceptico fastu Sextus sibi sucepit. infra lib. 3 cap. 2 *πραγματικῶς ἀντιλέγειν*, rerum et argumentorum pondere contradicere. lib. 1 sect. 7 contra Math. *πραγματικῶς λεγόμενα.* et in calce libri adversus Astrologos: *τοσαῦτα μὲν οὖν ἔστι καὶ τὰ πραγματικῶς δυνάμενα λέγεσθαι πρὸς τοὺς Χαλδαίους.* con- P 18
tra Musicos sect. 38 *πραγματικωτέρας μᾶλλον ἔχεται ζητήσεως.* et sect. ult. *τοσαῦτα πραγματικῶς καὶ πρὸς τὰς τῆς Μουσικῆς εἰπόντες ἀρχάς.* similiter Plutarchus p. 960 de solertia animalium: *ἐδόκει γάρ τι πραγματικῶς οἷον ἀντηχεῖν ἐκ τῆς στοᾶς.*

*g*) *τὸ πλῆθος τῶν ἀλόγων ζῴων*] uberrimus dicendi campus de rationis vestigiis apud brutas animantes obviis, quem integris scriptis veteres quidam decucurrerunt. praeter Plutarchum in Gryllo, itemque libro quo disquirit animaliane terrestria an aquatilia sagaciora sint, multa in hanc sententiam disputat Porphyrius tertio de abstinendo a nece animalium. e recentioribus notus Hieronymus Rorarius, exlegatus Pontificius, cuius exstant libri duo quibus conatur probare quod animalia bruta ratione utantur melius homine: nec non Marinus Curellus de la Chambre libro Gallice edito et Io. Antonius Capella, medicus Neapolitanus, in opusculo ut vocat paradoxico, quod ratio participetur a brutis. quibus addenda quae de sollertia et sagacitate multarum animantium congessit praeclarus Vossius libro tertio de origine Idololatriae, et Mich. Montanus in Apologia Raymundi Sebondi lib. 2 Conatuum cap. 12. quamquam vero Philastrius haeresi 99 Stoicos iungit poëtis, Gnosticis et Manichaeis, qui *pecudes et serpentes et aves rationabiles arbitrentur esse ut homines*, tamen adversus Stoicos potissimum hoc loco Sextus disputare se diserte profitetur, et Cleanthem negasse bruta ratione esse praedita testatur Plutarchus de solertia animalium p. 967. Chrysippum noster infra, *μάλιστα πολεμεῖν τοῖς ἀλόγοις ζῴοις.* Cleanthem invitum tamen formicarum contemplatione in aliam perductum sententiam notat Aelianus hist. animal. 6 50.

*h*) *ἐπὶ κυνὸς-τοῦ εὐτελεστάτου δοκοῦντος εἶναι*] etsi canum vilitas in proverbium abierit sacris etiam scriptoribus tritum, de quo praeter Bochartum videndus Thomas Gatakerus cap. 38 Adversar. et Io.

μὴ λειπόμενα ἡμῶν τὰ ζῷα περὶ ὧν ὁ λόγος, ὡς πρὸς τὴν πίστιν
64 τῶν φαινομένων. ὅτι τοίνυν αἰσθήσει διαφέρει τοῦτο τὸ ζῷον
ἡμῶν, οἱ Δογματικοὶ συνομολογοῦσι· καὶ γὰρ τῇ ὀσφρήσει μᾶλλον ἡμῶν ἀντιλαμβάνεται τὰ μὴ ὁρώμενα αὐτῷ θηρία[i]) διὰ ταύτης ἀνιχνεύων, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς θᾶττον ἡμῶν ταῦτα
65 ὁρῶν, καὶ τῇ ἀκοῇ αἰσθανόμενος ὀξέως. οὐκοῦν ἐπὶ τὸν λόγον
ἔλθωμεν· τούτου δὲ ὁ μέν ἐστιν ἐνδιάθετος, ὁ δὲ προφορικός[k]). ἴδωμεν οὖν πρότερον περὶ τοῦ ἐνδιαθέτου· οὗτος τοίνυν κατὰ τοὺς μάλιστα ἡμῖν ἀντιδοξοῦντας νῦν Δογματικοὺς τοὺς ἀπο τῆς στοᾶς ἐν τούτοις ἔοικε σαλεύειν[l]), τῇ αἱρέσει τῶν οἰκείων καὶ φυγῇ τῶν ἀλλοτρίων, τῇ γνώσει τῶν εἰς τοῦτο συντεινουσῶν τεχνῶν, τῇ ἀντιλήψει τῶν κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἀρετῶν
66 τῶν περὶ τὰ πάθη. ὁ τοίνυν κύων, ἐφ᾽ οὗ τὸν λόγον ἔδοξε
στῆσαι παραδείγματος ἕνεκα, αἵρεσιν ποιεῖται τῶν οἰκείων καὶ φυγὴν τῶν βλαβερῶν, τὰ μὲν τρόφιμα διώκων, μάστιγος δὲ ἀνατεθείσης ὑποχωρῶν· ἀλλὰ καὶ τέχνην ἔχει ποριστικὴν τῶν
67 οἰκείων, τὴν θηρευτικήν. ἔστι δὲ οὐδ᾽ ἀρετῆς ἐκτός· τῆς γέ

periemus nihilo inferiora esse nobis ea de quibus nunc loquimur animalia, ad fidem de apparentibus obtinendam. 64. sensu ergo nobis antecellere hoc animal, ore uno fatentur omnes Dogmatici; nam odoratu magis quam nos percipit, per hunc feras quas non videt, indagans, et oculis eas celerius cernens quam ipsi possimus. sed et acuto aurium sensu praeditus est. 65. itaque ad sermonem veniamus, qui vel intrinsecus situs in animo est, vel enuntiativus. videamus igitur prius de interno. hic certe secundum eos qui maxime nobis adversantur nunc, dogmaticos Stoicos, in his videtur versari, videlicet in eligendis iis quae ad naturam sunt accommodata et in alienis fugiendis, item in cognoscendis quae ad hoc conferunt artibus, et in assequendis naturae suae congruentibus virtutibus, quae ad affectus pertinent. 66. canis ergo (quod unum ex brutis in exemplum afferre libuit) eligit quae sibi sunt commoda et fugit quae noxia, quaecunque esculenta sibi esse cognoscit quaerens et persequens, intentato autem flagello recedens. sed et artem habet sibi commodorum comparatricem, nimirum venatoriam. 67. nec

---

Henricus Meibomius epistola ad Io. Marquardum de Cynophoria sive ignominiosa canis portatione olim apud gentes quasdam usitata: tamen mira sunt, quae de huius animalis sagacitate praeter Sextum hoc loco annotarunt Aristoteles Plinius Plutarchus Aelianus: e recentioribus Conradus Gesnerus atque Ulysses Aldrovandus, tum Iustus Lipsius Centur. 1 ad Belgas epistola 44, Philippus Camerarius Centur. 1 horar. subsiciv. capite 24 et Christianus Franciscus Paulini in Cynographia.

i) *τὰ μὴ ὁρώμενα αὐτῷ θηρία*] sollertiam canum in investigandis et assequendis feris celebrant Xenophon et Arrianus libris de venatione atque in Cynegeticis, poëtae Gratius atque Oppianus.

k) *λόγος ὁ μὲν ἐνδιάθετος, ὁ δὲ προφορικός*] distinctio vulgatissima in scriptis philosophorum, nec minus apud theologos Christianos. vide Io. Damascenum de fide orthodoxa lib. 2 cap. 21. eam Stoicis tribuit etiam Porphyrius tertio de nece ab animantibus, ubi perinde ut Sextus in eo est ut quam prope ad hominum naturam accedant brutae animantes, demonstret: *διττοῦ δὴ λόγου κατὰ τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς ὄντος, τοῦ μὲν ἐνδιαθέτου, τοῦ δὲ προφορικοῦ· καὶ πάλιν τοῦ μὲν κατορθωμένου, τοῦ δὲ ἡμαρτημένου* etc.

l) *ἐν τούτοις ἔοικε σαλεύειν*] in tribus maxime rationem sese exserere docebant Stoici, in *electione* boni quae sensum ac cognitionem supponit, in *arte* bonum cognitum sibi comparandi et in *virtute* moderandi impetus bono obtinendo contrarios et naturales facultates suas intelligendi et ad bonum illis utendi.

*τοι δικαιοσύνης οὔσης τοῦ κατ' ἀξίαν ἀποδοτικῆς ἑκάστῳ, ὁ* P 19
*κύων τοὺς μὲν οἰκείους τε*) καὶ εὖ ποιοῦντας σαίνων καὶ φρουρῶν, τοὺς δὲ ἀνοικείους καὶ ἀδικοῦντας ἀμυνόμενος οὐκ ἔξω ἂν εἴη τῆς δικαιοσύνης*[m]). *εἰ δὲ ταύτην ἔχει, τῶν ἀρετῶν ἀντακολου-* 68
*θουσῶν*[n]), *καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἔχει, ἃς οὔ φασιν ἔχειν τοὺς πολλοὺς ἀνθρώπους οἱ σοφοί. καὶ ἄλκιμόν δὲ αὐτὸν ὄντα ὁρῶμεν ἐν ταῖς ἀμύναις καὶ συνετόν, ὡς καὶ Ὅμηρος*[o]) *ἐμαρτύρη-*

vero virtutis est expers. nam quum iustitia sit ea quae unicuique id quo dignus est, tribuit, canis familiaribus quidem et iis qui de ipso bene merentur, velut assentans eosque custodiens, hostes autem et qui ei iniuriam inferunt, ulciscens, iustitiae expers non fuerit. 68. quodsi hanc habet, quum virtus una ab aliis separari non possit, etiam caeteras habet virtutes, quas ipsi sapientes in multis inesse hominibus negant. quin etiam et

[*) legebatur *οἰκείους γε*]

m) *οὐκ ἔξω αν εἴη τῆς δικαιοσύνης*] confer si placet quae de hisce canum P 19
virtutibus praeter supra a me laudatos Samuel Bochartus lib. 2 Hierozoici cap. 56 et observa Sextum hoc loco velle evincere quod iustitia, fortitudine prudentia cum polleant canes, nulla illis desit ex virtutibus quattuor cardinalibus. nam de temperantia tacuit consulto, quoniam est solertis sophistae, locos incredibiles maxime sicco pede transilire.

n) *τῶν ἀρετῶν ἀντακολουθουσῶν*] alludit Sextus ad verba Chrysippi libro 1 de virtutibus apud Laërtium 7 125 quibus docuit virtutes mutuo sese insequi esseque connexas invicem ita ut qui unam habeat, omnes habeat: *ἀρετὰς ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις, καὶ τὸν μίαν ἔχοντα πάσας ἔχειν.* multa veterum in eandem sententiam testimonia congessere viri docti Io. Woweranus capite Polymathiae 23 et Iustus Lipsius 3 manuduct. ad Stoicam Philosophiam diss. 4, Dominicus Baudius ad Plinii Secundi Panegyricum cap. 59.

o) *ὡς καὶ Ὅμηρος*] Odyss. ρ'. versu 300

*ἔνθα κύων κεῖτ' Ἄργος, ἐνίπλειος κυνοραιστέων.*
*δὴ τότε γ' ὡς ἐνόησεν Ὀδυσσέα ἐγγὺς ἐόντα,*
*οὐρῇ μέν ῥ' ὅγ' ἔσηνε καὶ οὔατα κάββαλεν ἄμφω.*

*Argus* canis nomen. mos enim antiquissimus nomina propria imponere canibus felibus equis ovibus hircis piscibus. canum nomina apud Plutarchum *Capparus* p. 969 de sollertia animal. et *Hyrcanus*, (cuius Plinius etiam 8 40 e Duride meminit) et *Ἀστός*, canis Pyrrhi cuiusdam, ubi male *αὐτὸς* excusum p. 970. memorat et Aelianus 11 13 hist. animal. *Podargum Samim Lampadem Alcimum et Theontem.* praetereo alia nomina canum infinita, quae apud Coelium Rhodiginum et in Io. Ravisii Textoris collectaneis evolvere possunt studiosi. felis *Mechlempe* occurrit apud Tzetzam Chiliad. 5 vers. 524. equorum nomina citat Homerus Iliad. θ 185 *Ξάνθε τε καὶ σὺ Πόδαργε καὶ Αἴθων Λάμπε τε δῖε.* sed longe plura obvia in veteri inscriptione apud Gruterum p. 342, et in eruditorum virorum observationibus, Nicolai Erythraei indice ad Virgilium, ubi de Rhoebo, Ezech. Spanhemio ad Callimachum p. 434, Salmasio p. 895 ad Solinum et ad ius Atticum p. 247, Raph. Fabretti ad tabulam Iliacam p. 338 et 340, Laur. Begero thesaur. Brandenburg. II p. 287, Frid. Lindenbrogio ad Ammianum p. 50 edit. Paris. et Iac. Gronovio ad Lucian. Nigrin. 29. caprae nomen *Cissaetha* et hirci *Κνάκων* apud Theocritum, et ad morem hunc nomina etiam ovibus imponendi respicit quod Christus ait a bono pastore illas vocari *κατ' ὄνομα* Ioann. 10 3, ut Daphnis pastor apud Longum libr. 4 26 et 38 *τὰς αἶγας προσεῖπε καὶ τοὺς τράγους ἐκάλεσεν ὀνομαστί.* adde Suidam in *αἰγῶν ὀνόματα.* denique de piscibus Baianis Martialis 4 30

*Quid quod nomen habent, et ad magistri*
*vocem quisque sui venit citatus.*

Plutarchus de solertia animalium p. 976 *πολλαχοῦ δ' ἰχθῦς ὑπακούοντες αὐτῶν ὀνόμασιν, ὥσπερ τὴν Κράσσου μύραιναν ἱστοροῦσιν, ἧς ἀποθανούσης ἔκλαυσεν ὁ Κράσσος.*

σεν ποιήσας τὸν Ὀδυσσέα πᾶσι μὲν τοῖς οἰκείοις ἀνθρώποις ἀγνῶτα ὄντα, ὑπὸ μόνου δὲ τοῦ Ἄργου ἐπιγνωσθέντα, μήτε ὑπὸ τῆς ἀλλοιώσεως τῆς κατὰ τὸ σῶμα τἀνδρὸς ἀπατηθέντος τοῦ κυνὸς μήτε ἐκστάντος τῆς καταληπτικῆς φαντασίας, ἣν
69 μᾶλλον τῶν ἀνθρώπων ἔχων ἐφάνη. κατὰ δὲ τὸν Χρύσιππον τὸν μάλιστα πολεμοῦντα τοῖς ἀλόγοις ζῴοις καὶ τῆς ἀοιδίμου διαλεκτικῆς[p]) μετέχει· φησὶ γοῦν αὐτὸν ὁ προειρημένος ἀνὴρ ἐπιβάλλειν τῷ πέμπτῳ διὰ πλειόνων ἀναποδείκτων[q]), ὅταν ἐπὶ τρίοδον ἐλθεῖν, καὶ τὰς δύο ὁδοὺς ἰχνεύσας δι' ὧν οὐ διῆλθε τὸ θηρίον τὴν τρίτην μηδ' ἰχνεύσας εὐθέως ὁρμήσει δι' αὐτῆς. δυνάμει γὰρ τοῦτο αὐτὸν λογίζεσθαί φησιν ὁ ἀρχαῖος, ἤτοι τῇδε ἢ τῇδε ἢ τῇδε διῆλθε τὸ θηρίον· οὔτε δὲ τῇδε ἢ τῇδε,
70 τῇ δὲ ἄρα. ἀλλὰ καὶ τῶν ἑαυτοῦ παθῶν[r]) ἀντιληπτικός τέ ἐστι
P 20 καὶ[s]) παραμυθητικός· σκόλοπος γὰρ αὐτῷ καταπαγέντος ἐπὶ τὴν ἄρσιν τούτου ὁρμᾷ τῇ τοῦ ποδὸς πρὸς τὴν γῆν παρατρίψει καὶ διὰ τῶν ὀδόντων. ἕλκος τε εἰ ἔχει που, (ἐπεὶ τὰ μὲν ῥυπαρὰ ἕλκη δυσαλθῆ ἐστι, τὰ δὲ καθαρὰ ῥᾳδίως θεραπεύεται)
71 πρᾴως ἀποψᾷ τὸν γινόμενον ἰχῶρα. ἀλλὰ καὶ τὸ Ἱπποκράτειον[t])

magnanimum ipsum esse videmus in propulsandis iniuriis. videmus et prudentem, ut etiam testatus est Homerus, qui Vlyssem omnibus domesticis ignotum inducit, a solo autem Argo agnitum, quum nec immutatione corporis ipsius hominis deceptus esset canis nec a comprehensiva phantasia descivisset, qua magis quam homines pollere ipsum apparuit. 69. secundum autem Chrysippum (qui maxime irrationales animantes oppugnat) etiam illius tam celebratae dialecticae particeps est. ait enim hic vir quinto genere ex argumentis quae indemonstrabilia illi appellant, canem uti quum ad trivium venerit: nam ex tribus viis quum iam duas indagaverit, per quas non transierit fera, tertiam ne indagans quidem statim per eam magno impetu fertur. perinde enim hoc valere ait vetus ille philosophus, ac si ratiocinaretur hoc modo, aut hac aut istac aut illac transiit fera, neque autem hac, neque istac: ergo illac. 70. sed et morbi sui, quales sint, percipit, et leniendo dolori curam adhibet. si enim illi festuca infixa haereat, ad hanc extrahendam properat, pedem terrae adfricans et dentium utens ministerio. quodsi illi forte sit alicubi ulcus (quoniam sordida ulcera magna cum difficultate curantur, munda autem facile), leniter tabum inde fluentem

---

p) *διαλεκτικῆς μετέχει*] idem Plutarchus eodem libro p. 969 *οἱ δὲ διαλεκτικοί φασιν τὸν κύνα τῷ διὰ πλειόνων διεζευγμένῳ χρώμενον ἐν ταῖς πολυσχιδέσιν ἀτραποῖς συλλογίζεσθαι πρὸς ἑαυτόν, ἤτοι τήνδε τὸ θηρίον ὥρμηκεν ἢ τήνδε ἢ τήνδε· ἀλλὰ μὴν οὔτε τήνδε οὔτε τήνδε· τὴν δὲ λοιπόν.*

q) *τῷ πέμπτῳ διὰ πλειόνων ἀναποδείκτων*] ita scripsi ex V et S pro eo quod erat in editis *διὰ τρίτῳ*. habebant Stoici quinque genera argumentorum quae *ἀναπόδεικτα* appellabant, hoc est indemonstrabilia, quae cum valerent ad demonstrandum, ipsa non indigerent alia demonstratione. ex his quintum erat: *aut dies est, aut nox est: nox autem non est, dies est igitur.* hoc quinto genere argumenti canem in bivio vel trivio constitutum uti aiebat Chrysippus. universa quinque genera *ἀναποδείκτων* argumentorum exposita videre licet infra lib. 2 capite 13.

r) *ἀλλὰ καὶ τῶν ἑαυτοῦ παθῶν ἀντιληπτικός*] Plutarchus in Gryllo p. 991 et de sollertia animalium p. 974.

s) *καὶ παραμυθητικός*] *παραμυθεῖσθαι* et *παρηγορεῖν* sive (ut recentiores medici) *παρηγορίζειν* est morbum lenire ac mitigare. vide Salmasium ad Tertull. de pallio p. 249.

P 20 t) *τὸ Ἱπποκράτειον*] ad idem Hippocratis praeceptum respicit Alexan-

φυλάσσει μάλα καλῶς. ἐπεὶ γὰρ ποδὸς ἄκος ἀκινησία, εἴ ποτε
τραῦμα ἐν ποδὶ σχοίη, μετεωρίζει τοῦτον καὶ ὡς οἷόν τε ἄσκυλ-
τον τηρεῖ. ὀχλούμενός τε ὑπὸ χυμῶν ἀνοικείων πόαν [u]) ἐσθίει,
μεθ' ἧς ἀποβλύζων τὸ ἀνοίκειον ὑγιάζεται. εἰ τοίνυν ἐφάνη τὸ 72
ζῷον, ἐφ' οὗ τὸν λόγον ἐστήσαμεν παραδείγματος ἕνεκα, καὶ
αἱρούμενον τὰ οἰκεῖα καὶ τὰ ὀχληρὰ φεῦγον, τέχνην τε ἔχον
ποριστικὴν τῶν οἰκείων καὶ τῶν ἑαυτοῦ παθῶν ἀντιληπτικὸν
καὶ παραμυθητικόν, καὶ οὐκ ἔξω ἀρετῆς, ἐν οἷς κεῖται ἡ τε-
λειότης τοῦ ἐνδιαθέτου λόγου· τέλειος ἂν εἴη κατὰ τοῦτο ὁ
κύων. ὅθεν μοι δοκοῦσίν τινες τῶν κατὰ φιλοσοφίαν [x]) ἑαυτοὺς
σεμνύναι τῇ τοῦ ζῴου τούτου προσηγορίᾳ. περὶ δὲ τοῦ προφο- 73
ρικοῦ λόγου τέως μὲν οὐκ ἔστιν ἀναγκαῖον ζητεῖν· τοῦτον γὰρ
καὶ τῶν δογματικῶν ἔνιοι παρῃτήσαντο [y]) ὡς ἀντιπράττοντα τῇ
τῆς ἀρετῆς ἀναλήψει· διὸ καὶ περὶ τὸν τῆς μαθήσεως χρόνον
ἤσκησαν σιωπήν· καὶ ἄλλως εἰ καθ' ὑπόθεσιν εἴη ἄνθρωπος
ἐνεός, οὐδεὶς φήσει αὐτὸν εἶναι ἄλογον. ἵνα δὲ καὶ ταῦτα πα- 74
ραλίπωμεν, μάλιστα μὲν ὁρῶμεν τὰ ζῷα περὶ ὧν ὁ λόγος καὶ
ἀνθρωπίνας προφερόμενα φωνάς [z]), ὡς κίττας καὶ ἄλλα τινά.

**abstergit. 71. sed et Hippocratis praeceptum pulcherrime observat: quoniam enim pedis medicina est eius quies, is si quod forte vulnus in pede habuerit, hunc sursum attollit et quantum potest, dat operam ne agitetur. quum vero facessunt illi negotium humores incommodi, gramine vescitur, cuius ope quicquid est incommodum illi, egerens valetudinem recuperat. 72. si igitur ostensum est, canem (quod unum animal sermoni nostro exemplum suppeditavit) et quae sibi commoda sunt, appetere, et quae negotium exhibent, fugere, et arte sibi commodorum comparatrice praeditum esse: talem etiam esse qui passiones suas percipere et remedia quibus eas mitiget, adhibere possit, nec vero virtutis expertem esse, in quibus partibus sermonis interni consistit perfectio, perfectus, quantum ad hunc spectat, canis iure dicatur. unde mihi factum videtur ut nonnulli philosophi se huius animalis cognomine commendaverint. 73. de sermone autem enuntiativo in praesentia quidem disputare non est necesse: hunc enim etiam nonnulli Dogmatici respuerunt ut virtutis adeptioni adversantem. ideo et toto tempore quo instituendos se tradebant, silere solebant. praeterea fingamus hominem aliquem esse mutum: non eum propterea quisquam irrationalem dicet. 74. verum ut haec quoque omittamus, primum videmus animalia de quibus loquimur, humanas proferre voces, ut picas et aliqua**

---

der lib. 1 problem. 144 *ἐμάθομεν δὲ μέγιστον ἴαμα παντὸς πάσχοντος μέρους τὴν ἀκινησίαν ὑπάρχειν.* Cassius iatrosophista problemate 14 *χρεία ἐρημίας τῷ κάμνοντι.*

*u*) *πόαν ἐσθίει*] Aelianus 5 46, 8 9 Hist. animalium ex Aristotele 8 5, Plutarchus p. 974, Anatolius fragmento quod edidi 4 29 Bibliothecae Graecae: *κύνες νοσοῦντες χλωρὰν ἄγρωστιν ἐσθίουσι καὶ ἐμοῦσι χολήν.*

*x*) *τινὲς τῶν κατὰ φιλοσοφίαν*] notum est Antisthenem et Diogenem passim non modo Cynicos vocari, sed etiam *κύνας* sive canes.

*y*) *τῶν δογματικῶν ἔνιοι παρῃτήσαντο*] tangit Pythagoricos, quorum silentium *πενταετές* nemo ignorat. *παρῃτήσαντο* scripsi ex V et S pro *παρῄτησαν* quod habent editi.

*z*) *ἀνθρωπίνας προφερόμενα φωνάς*] praeter picas hoc facere docentur psittaci sturni corvi turdi perdices. sed de pica mira sunt quae narrat Plutarchus de sollertia animalium p. 973 probaturus et ipse *λόγου προφορικοῦ* esse participes mutas quas vocamus animantes. his adde quae de brutorum sermone Bochartus Hierozoic. parte 1 lib. 2 c. 14.

ἵνα δὲ καὶ τοῦτο ἐάσωμεν, εἰ καὶ μὴ συνίεμεν τὰς φωνὰς τῶν ἀλόγων καλουμένων ζώων, ὅλως οὐκ ἔστιν ἀπεικὸς διαλέγεσθαι μὲν ταῦτα [a]), ἡμᾶς δὲ μὴ συνιέναι. καὶ γὰρ τῆς τῶν βαρβά-
P 21 ρων φωνῆς [b]) ἀκούοντες οὐ συνίεμεν, ἀλλὰ μονοειδῆ ταύτην
75 εἶναι δοκοῦμεν. καὶ ἀκούομεν δὲ τῶν κυνῶν ἄλλην μὲν φωνὴν προϊεμένων, ὅταν ἀμύνωνταί τινας, ἄλλην δέ, ὅταν ὠρύωνται, καὶ ἄλλην, ὅταν τύπτωνται, καὶ διάφορον ἐπὰν σαίνωσι. καὶ ὅλως εἴ τις εἰς τοῦτο ἀτενίσειεν, εὕροι ἂν πολλὴν παραλλαγὴν

**alia. sed ut etiam hoc missum faciamus, etiamsi animalium irrationalium voces non intelligamus, non absurdum fuerit dicere ea inter se disserere, sed nos non intelligere. nam quum barbarorum audimus vocem, minime eam intelligimus, sed uniformem nullaque varietate distinctam esse putamus. 75. quia etiam canes audimus aliam quidem edentes vocem quum aliquos persequuntur, aliam quum ululant, et rursum aliam quum vapulant, sed et aliam quum adblandiuntur: ac, ut semel absolvam, si quis hoc attente consideraverit, magnum comperiet discrimen esse vocis non in hoc**

---

Huetius Alnetanarum quaest. p. 227 Balthasar Bonifacius Hist. ludicrae 13 5 seq. et Stephanus Morinus exercitationibus de linguis p. 5 seq. vicissim gentem Aethiopicam Troglodytarum Herodotus 4 182 scribit nulla lingua uti simili iis quas gentes notae loquuntur, sed tantum studere more vespertilionum *γλῶσσαν δὲ οὐδεμιῇ ἄλλῃ παρομοίην νενομίκασι, ἀλλὰ τετρύγασι κατάπερ αἱ νυκτερίδες.* de iisdem e Plinii 5 8 Hist. Solinus: *ignarique sermonis strident potius quam loquuntur.*

a) *διαλέγεσθαι μὲν ταῦτα*] Porphyrius tertio de abstinendo a nece animantium multus est in hac sententia confirmanda, brutas animantes utique vocibus distinctis sensa sua exprimere, licet illae a nobis haud intelligantur. ac fuisse viros sapientes Melampum Tiresiam et Apollonium Tyanensem, qui intelligentiam illarum habuisse dicantur. de Indorum philosophis Philostratus in Apollonii vita 3 9 *λέγονται δὲ καὶ ζώων ξυνιέναι φθεγγομένων τε καὶ βουλευομένων, σιτούμενοι δράκοντος οἱ μὲν καρδίαν, οἱ δὲ ἧπαρ.* Oppianus 2 Cyneget. vers. 540

*φήμη δ' ὡς ἐλέφαντες ἐπ' ἀλλήλοις λαλέουσι*
*φθογγὴν ἐκ στομάτων μεροπηΐδα τονθορύζοντες.*

plura in hanc sententiam de elephantibus Lipsius Centur. 1 Miscell. Epist. 50.

P 21 b) *καὶ γὰρ τῆς τῶν βαρβάρων φωνῆς*] barbari nobis sunt quorum linguam non intelligimus, ut notat etiam Apostolus 1 Cor. 14 11, quo loco Iacobus Duportus putabat, eum respexisse ad Ovidii dictum celebre 5 Trist. elegia 10

*barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli.*

Plinius 7 1 Hist. *tot gentium sermones, tot linguae, tanta loquendi varietas, ut externus alieno paene non sit hominis vice.* adscribam et locum Guil. Templei, qui exstat in limine opusculorum eius postumorum Gallice editorum Ultraiecti 1704 et ad argumentum quod hic tractat Sextus insigniter facit: *quant à la parole, on dit qu'on ne save pas, si les differens sons de voix des animaux n'ont pas des significations differentes, comme les paroles articulées dont nous nous servons; et on doute que nous puissons bien juger de leur diversité, puisque l'on en trouve si peu dans la langue naturelle de quelques nations, sur tout aux environs du cap de bonne Esperance, et aux parties septentrionales de la Moscovie, où l'on observe que les habitans font negoce de leurs fourures, sans se servir de plus de vingt paroles differentes, même avec ceux qui entendent leur langue. car le grand nombre de paroles ne paroit pas naturel, et il semble qu'il ait été introduit par la varieté des passions, des actions, des possessions, des affaires et des conversations dans les nations les plus polies, et par la suite des tems sous les gouvernemens civils.*

τῆς φωνῆς περὶ τούτου c) καὶ τοῖς ἄλλοις ζῴοις ἐν ταῖς διαφόροις περιστάσεσιν· ὥστε διὰ ταῦτα εἰκότως λέγοιτ' ἂν καὶ τοῦ προφορικοῦ μετέχειν λόγου τὰ καλούμενα ἄλογα ζῷα. εἰ δὲ μήτε 76
ἀκριβείᾳ τῶν αἰσθήσεων λείπεται τῶν ἀνθρώπων ταῦτα μήτε τῷ ἐνδιαθέτῳ λόγῳ, ἐκ περιουσίας δὲ εἰπεῖν, μηδὲ τῷ προφορικῷ, οὐκ ἂν ἀπιστότερα ἡμῶν εἴη κατὰ τὰς φαντασίας. καὶ 77
ἐφ' ἑκάστου δὲ τῶν ἀλόγων ζῴων ἴσως ἱστάντας τὸν λόγον ταῦτα ἀποδεικνύειν δυνατόν ἐστιν. οἷον γοῦν τίς οὐκ ἂν εἴποι τοὺς ὄρνιθας ἀγχινοίᾳ τε διαφέρειν καὶ τῷ προφορικῷ κεχρῆσθαι λόγῳ, οἵ γε οὐ μόνον τὰ παρόντα d) ἀλλὰ καὶ τὰ ἐσόμενα ἐπίστανται, καὶ ταῦτα τοῖς συνιέναι δυναμένοις προδηλοῦσιν, ἄλλως τε σημαίνοντες καὶ τῇ φωνῇ προαγορεύοντες; τὴν δὲ σύγ- 78
κρισιν ἐποιησάμην, ὡς καὶ ἔμπροσθεν ἐπεσημηνάμην ἐκ περιόντος, ἱκανῶς ὡς οἶμαι δείξας ἔμπροσθεν e), ὅτι μὴ δυνάμεθα προκρίνειν τὰς ἡμετέρας φαντασίας τῶν παρὰ τοῖς ἀλόγοις ζῴοις γινομένων· πλὴν ἀλλ' εἰ μή ἐστιν ἀπιστότερα τὰ ἄλογα ζῷα ἡμῶν πρὸς τὴν κρίσιν τῶν φαντασιῶν, καὶ διάφοροι γίνονται φαντασίαι παρὰ τὴν τῶν ζῴων παραλλαγήν, ὁποῖον μὲν ἕκαστον τῶν ὑποκειμένων ἐμοὶ φαίνεται, δυνήσομαι λέγειν, ὁποῖον δέ ἐστι τῇ φύσει, διὰ τὰ προειρημένα ἐπέχειν ἀναγκασθήσομαι.

### *Περὶ τοῦ δευτέρου τρόπου.*

*Καὶ ὁ μὲν πρῶτος τῆς ἐποχῆς τρόπος τοιοῦτός ἐστι· δεύ-* 79

animali solum, sed et in aliis, pro circumstantiarum diversitate. itaque merito his de causis animalia quae irrationalia appellantur, sermonis enuntiativi non expertia esse dicantur. 76. iam vero si et tam exactis praedita sunt sensibus quam homines et aeque pollent sermone interno atque illi et (ut hoc ex abundanti addam) etiam enuntiativo, in iis certe quae ex phantasia pendent, nihilo minus penes ea quam penes nos fides esse poterit. 77. possim autem similiter unumquodque animalium oratione percurrens eadem ostendere. nam et illud quis negaverit, et sollertia praestare aves et enuntiativo uti sermone: quippe quum non praesentia solum, sed et futura norint, et haec iis qui intelligere possunt, praenuntient, cum aliis modis ipsa significantes, tum etiam voce praedicentes? 78. sed hac comparatione usus sum (ut etiam antea admonui) ex abundanti, quum, meo quidem iudicio, satis superque iam declarassem, non posse nos phantasias nostras phantasiis animalium irrationabilium praeferre. quodsi ratione carentia animalia in diiudicatione phantasiarum non minus fide digna sunt quam nos, diversae autem sunt pro animalium varietate phantasiae, quale mihi quodvis subiectum appareat, id ego dicere potero, quale autem re vera sit, de eo quidem certe assensum retinere cogar.

### De secundo modo.

79. Et primus quidem epoches modus hic est. secundum autem esse

c) *περὶ τούτου*] ita mss. in editis erat *παρὰ τούτῳ*.
d) *οὐ μόνον τὰ παρόντα ἀλλὰ καὶ τὰ ἐσόμενα*] aves consciae futuri deorumque *κήρυκες* et interpretes creditae, sive praepetes, volatu, sive voce, oscines. Ovidius 1 Fastor. 448 *nunc penna veras, nunc datis ore notas*. Celsus apud Origenem 4 p. 221 *εἰ δ' ὄρνιθές ἄρα, καὶ ὅσα ζῷα μαντικὰ ἐκ θεοῦ προγιγνώσκοντα διὰ συμβόλων ἡμᾶς διδάσκει, τοσοῦτον ἔοικεν ἐγγυτέρω τῆς θείας ὁμιλίας ἐκεῖνα πεφυκέναι, καὶ εἶναι σοφώτερα καὶ θεοφιλέστατα.* similia Plutarchus de sollertia animalium p. 975.
e) *ἱκανῶς ὡς οἶμαι δείξας ἔμπροσθεν*] supra sect. 59 seq. itaque ex superabundanti se illam mutarum animantium cum homine comparationem instituere professus est sect. 62.

*τερον δὲ ἐλέγομεν εἶναι τὸν ἀπὸ τῆς διαφορᾶς τῶν ἀνθρώπων.*
*ἵνα γὰρ καθ᾽ ὑπόθεσιν καὶ συγχωρήσῃ τις πιστοτέρους εἶναι*
P 22 *τῶν ἀλόγων ζῴων τοὺς ἀνθρώπους, εὑρήσομεν καὶ ὅσον ἐπὶ*
*τῇ ἡμετέρᾳ διαφορᾷ τὴν ἐποχὴν εἰσαγομένην. δύο τοίνυν εἶ-*
*ναι λεγομένων ἐξ ὧν σύγκειται ὁ ἄνθρωπος, ψυχῆς καὶ*
*σώματος, κατ᾽ ἄμφω ταῦτα διαφέρομεν ἀλλήλων, οἷον*
80 *κατὰ σῶμα ταῖς τε μορφαῖς καὶ ταῖς ἰδιοσυγκρισίαις· δια-*
*φέρει μὲν γὰρ κατὰ μορφὴν σῶμα Σκύθου* [f]) *Ἰνδοῦ σώμα-*
*τος. τὴν δὲ παραλλαγὴν ποιεῖ, καθάπερ φασίν, ἡ διάφορος*
*τῶν χυμῶν ἐπικράτεια. παρὰ τὴν διάφορον τῶν χυμῶν ἐπικρά-*
*τειαν διάφοροι γίνονται καὶ αἱ φαντασίαι, καθάπερ καὶ ἐν τῷ*
*πρώτῳ λόγῳ παρεστήσαμεν. ταῦτά τοι καὶ ἐν τῇ αἱρέσει καὶ*
*φυγῇ τῶν ἐκτὸς διαφορὰ πολλὴ κατ᾽ αὐτούς ἐστιν· ἄλλοις γὰρ*
*χαίρουσιν Ἰνδοὶ καὶ ἄλλοις οἱ καθ᾽ ἡμᾶς. τὸ δὲ διαφόροις*
*χαίρειν τοῦ παρηλλαγμένας ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων φαντασίας*
81 *λαμβάνειν ἐστὶ μηνυτικόν. κατὰ δὲ ἰδιοσυγκρισίας διαφέρομεν,*
*ὡς ἐνίους κρέα βόεια πετραίων ἰχθυδίων ῥᾷον πέττειν, καὶ ὑπὸ*
*Λεσβίου οἰναρίου εἰς χολέραν περιτρέπεσθαι. ἦν δέ φασι γραῦς*
*Ἀττικὴ τριάκοντα ὁλκὰς κωνείου* [g]) *ἀκινδύνως προσφερομένη.*
*Λύσις* [h]) *δὲ καὶ μακωνείου* [i]) *τέσσαρος ὁλκὰς ἀλύπως ἐλάμβανε.*

dicebamus eum qui est ab hominum diversitate. licet enim hoc demus, hominum potius quam irrationalium animalium iudicio, ut certiore, standum esse: certe vel ex ea quae inter homines nos est differentia, suspensionem assensionis induci videbimus. quum enim ex duobus constare dicatur homo, animo et corpore, utroque horum alii ab aliis differimus. corpore quidem, ut formis et propriis temperaturis. 80. forma enim differt corpus Scythae ab Indi corpore. differentiam vero facit, ut aiunt, diversa humorum praevalentia. prout autem hi aut illi humores praevalent, diversae quoque fiunt phantasiae, quemadmodum et primum modum exponentes diximus: ideo et in appetendis vel fugiendis externis differentia magna inter ipsos est. aliis enim gaudent Indi, aliis nostrates. ex eo autem quod diversis gaudeant, manifestum est eos diversas a subiectis phantasias capere. 81. propriis autem temperaturis differimus, quum aliqui sint qui carnes bubulas facilius quam saxatiles pisces concoquant: sint nonnulli qui ex Lesbii vini potu cholera statim corripiantur. quin etiam fuisse aiunt anum quandam Atticam, quae cicutae triginta drachmas sine damno sorberet. Lysis autem

---

P 22 *f*) *σῶμα Σκύθου Ἰνδοῦ σώματος*] causas et exempla varia huiusmodi *ἰδιοσυγκρασιῶν* sive, ut Laërtius 9 80 appellat, *συγκρίσεων* quae colore et habitu corporis differre gentes facit, exponunt Nicolaus Pechlinus libro de habitu et colore Aethiopum cap. 10 seq. et Hermannus Conringius in dissertatione de Germanicorum corporum habitus antiqui ac novi causis. videsis etiam e veteribus Plinium lib. 2 Hist. c. 78.

*g*) *τριάκοντα ὁλκὰς κωνείου*] *ὁλκή*, drachma. Rhemnius Palaemon:

*holceque a drachma non re sed nomine differt.*

eodem Rhemnio docente, drachma constat tribus scrupulis, duobus obolis scrupulum, obolus lentibus sive speltis quattuor, lupinis duobus. Suidas in *φύσις· ἐνίοις οὐδὲ τὰ φύσει δοκοῦντα φθαρτικὰ σιτία καὶ δηλητήρια φάρμακα προσενεγκαμένοις ἐφάνη λυπηρά. φασὶ γὰρ τὴν Ἀττικὴν γυναῖκα τοῦ κωνείου καθάπερ λαχάνων ἐσθίειν, καὶ τὸ ποντικὸν θηρίον, ὅστις ποτὲ ἦν ὁ Μιθριδάτης ἐκεῖνος, ἐκπιόντα γενναίαν κύλικα δηλητηρίου φαρμάκου μὴ διαφθαρῆναι* etc.

*h*) *Λύσις*] quia solum hoc nomen ponit Sextus, oportet celeberrimum intelligi et solo notum nomine Lysidem Tarentinorum e Pythagorae schola, de quo dixi lib. 2 Bibliothecae Graecae cap. 13.

*i*) *μακωνείου*] ita pro *μυκωνείου* scripsi ex V et S. ita legit etiam

*καὶ Δημοφῶν μὲν ὁ Ἀλεξάνδρου τραπεζοποιὸς*[k]) *ἐν ἡλίῳ γενό-* 82
*μενος ἢ ἐν βαλανείῳ ἐρρίγου, ἐν σκιᾷ δὲ ἐθάλπετο. Ἀθηναγό-*
*ρας δὲ ὁ Ἀργεῖος ὑπὸ σκορπίων καὶ φαλαγγίων ἀλύπως ἐπλήσ-*
*σετο. οἱ δὲ καλούμενοι Ψυλλαεῖς*[l]) *οὐδ᾽ ὑπὸ ὄφεων ἢ ἀσπίδων*
*δακνόμενοι βλάπτονται. οἱ δὲ Τεντυρῖται*[m]) *τῶν Αἰγυπτίων οὐ* 83
*βλάπτονται πρὸς ἄνω κάτω τῶν κροκοδείλων. ἀλλὰ καὶ Αἰθιό-* P 23
*πων οἱ ἀντιπέραν τῆς Μερόης*[n]) *παρὰ τὸν Ὑδάσπην ποταμὸν*

**etiam quattuor drachmas opii nulla cum molestia hauriebat. 82. et Demophon quidem, qui Alexandro mensae structor erat, quum ad solem stabat aut in balneo erat, algebat, in umbra autem calescebat. Athenagoras autem Argivus nullum ex scorpiorum et araneorum ictu dolorem sentiebat. quin etiam ii qui Psylli vocantur, ne si a serpentibus quidem aut etiam aspidibus mordeantur, laeduntur. 83. at Tentyritae Aegyptii non laeduntur a crocodilis undique circa eos versantibus. sed et Aethiopes illi, qui ex adverso Meroës habitant, Hydaspis fluvii accolae scorpios et serpentes et**

---

HStephanus, et Salmasius in codice suo manu sua emendavit. *G μηκωνείου.* est autem *μακώνειον* sive *μηκώνειον* opium ex succo papaveris collectum miraque vi soporem inducendi praeditum, cuius parandi rationem tradunt Dioscorides 4 65, Plinius 20 18 et e recentioribus Petrus Bellonius 3 15 Observationum, qui velut singulare narrat quod se praesente Ianissarum quidam unam opii drachmam integram unico bolo devoravit, nec quidquam incommodi inde sensit, praeterquam quod temulentus quodammodo videretur. adire etiam iuvabit Periandri sive eruditissimi Noribergensium Aesculapii, Mich. Frid. Lochneri *μηκωνοπαίγνιον*, a. 1713, 4 editum.

*k*) *Δημοφῶν ὁ Ἀλεξάνδρου τραπεζοποιὸς*] Diogenes Laërtius hunc Demophontem Alexandri Magni *τραπεζοκόμον* appellat 9 80 atque idem signari utroque vocabulo iam ex Athenaeo notarunt viri docti, licet alioqui *τραπεζοποιὸς* teste Polluce 6 1 est *ὁ φροντίζων τῆς ὑπηρεσίας ἁπάσης*, curator mensae et convivii, *τραπεζοκόμος* autem unus ex *ὑπηρέταις*, structor. de structoribus qui in mensis fercula disponebant incidebantque vide Petronium clariss. Burmanni p. 145.

*l*) *Ψυλλαεῖς*] ita V et S pro quo editi autem *φυλλαεῖς* male, nam de Psyllis gente Afrorum esse sermonem etiam HStephanus probe vidit. neque tamen est opus cum Salmasio *ψύλλοι* legere, cum sive a *ψύλλα* pulice sanguinem sugente (confer Bochartum t. 2 Hierozoici p. 587), sive a Psyllo Rege (ut Plin. 7 2 Hist.) haec gens ut *Ψύλλοι* ita etiam *Ψυλλαεῖς* dici potuerit. quamquam *Ψύλλους* fateor constanter vocant non Latini modo scriptores Celsus Plinius Lucanus Suetonius Gellius aliique, sed Graeci etiam Herodotus 4 173, Plutarchus Catone minore p. 787, Xiphilinus in Augusti vita p. 62 et Zonoras t. 2 p. 161, qui negant feminas reperiri eadem qua Psylli sive arte sive facultate praeditas (*γυνὴ γὰρ οὐ γίνεται ψύλλα*) et Aelianus hist. animal. 1 57 et 16 27. Iobo autem Ludolfo verisimile visum, virtutem morsibus serpentum medendi non ingenitam Psyllis a natura, sed herbae *assazoë* remedio exercitam, eamque habitam secreto, ne vilesceret, lib. 1 Hist. Aethiop. cap. 9. plura in hanc sententiam Urbanus Chevraeus in Miscellaneis Gallice editis p. 126 seq. hodie, inquit Casaubonus ad Celsum 5 27, similis gens vagatur per Italiam, quae a D. Paulo originem generis stulte refert.

*m*) *οἱ δὲ Τεντυρῖται*] ita scripsi pro *Τιντυρῖται.* nam Tentyritas vocat Aelianus 10 24 hist. animal. cui consentiunt Strabonis Plinii Iuvenalis P 23
Solini et Stephani Byz. codices. etiam Senecae 4 2 nat. quaest. qui non generis aut sanguinis proprietate crocodilos superari ab hac gente notat, sed contemtu et temeritate: *ultro enim insequuntur fugientesque iniecto trahunt laqueo: plerique pereunt, quibus minus praesens animus ad persequendum fuit.*

*n*) *Αἰθιόπων οἱ ἀντιπέραν τῆς Μερόης*] Troglodytas intellige, quorum

οἰκοῦντες σκορπίους καὶ ὄφεις καὶ τὰ παραπλήσια ἀκινδύνως
ἐσθίουσι. καὶ Ῥουφῖνος δὲ ὁ ἐν Χαλκίδι πίνων ἐλλέβορον οὔτε
ἤμει οὔτε ὅλως ἐκαθαίρετο, ἀλλ' ὥς τι τῶν συνήθων προσεφέ-
84 ρετο καὶ ἔπεσσε. Χρύσερμος δὲ ὁ Ἡροφίλειος$^{o}$) εἴ ποτε πέπερι
προσηνέγκατο καρδιακῶς ἐκινδύνευε. καὶ Σωτήριχος δὲ ὁ χει-
ρουργὸς εἴ ποτε σιλούρων ᾔσθετο κνίσσης, χολέρᾳ ἡλίσκετο. Ἄν-
δρων δὲ ὁ Ἀργεῖος$^{p}$) οὕτως ἄδιψος ἦν, ὡς καὶ διὰ τῆς ἀνύδρου
Λιβύης ὁδεύειν αὐτὸν μὴ ἐπιζητοῦντα ποτόν. Τιβέριος δὲ ὁ
Καῖσαρ$^{q}$), ἐν σκότῳ ἑώρα. Ἀριστοτέλης δὲ ἱστορεῖ$^{r}$) Θάσιόν
τινα, ὃς ἐδόκει ἀνθρώπου εἴδωλον προηγεῖσθαι αὐτοῦ διὰ παντός.
85 τοσαύτης οὖν παραλλαγῆς οὔσης ἐν τοῖς ἀνθρώποις κατὰ τὰ
σώματα, ἵνα ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν τῶν παρὰ τοῖς δογματικοῖς κει-

huius generis alia citra periculum comedunt. fuit et Rufinus quidam apud Chalcidem, qui bibens elleborum neque postea vomebat neque ullo modo purgabatur, sed ut consuetum aliquem potum sumebat et concoquebat. 84. Chrysermus autem Herophilius si quando piper edisset, cardiacae passionis incurrebat periculum. et Sotericus chirurgus quidam, si quando siluri nidorem sentiebat, cholera corripiebatur. Andron Argivus adeo parum erat siticulosus, ut vel per aridam Libyam iter faceret potu non indigens. Tiberius Caesar in tenebris cernebat. Aristoteles autem cuiusdam Thasii meminit, cui hominis imago perpetuo se ipsum antecedere videbatur. 85. quum tanta igitur sit diversitas inter homines ratione corporum, (ut pauca e multis quae apud Dogmaticos habentur, commemorasse contenti

---

victum esse serpentium carnes scribit Plinius 5 8 Hist. puellam etiam vidisse se narrat Albertus Magnus quae araneas magnas parvas nullo discrimine libenter et impune devoravit.

o) *Χρύσερμος*] Chrysermus Herophili medici sectator, idem ut existimo Chrysermus medicus cuius apud Plinium et Galenum mentio. alius Chrysermus de quo Aelianus 11 35 de animal. alius item Chrysermus Corinthius de quo praeclarus Vossius in Historicis Graecis. de Rufino Chalcidensi et Soterico chirurgo nihil habeo quod lectorem moneam: tantum hoc loco annotabo multa et non minus quam a Sexto hic referuntur mira naturae singularis quae est in quibusdam hominibus exempla collecta esse a Ioanne Ionstono in thaumatographia naturali, classe ultima, a Martino Schoockio in libro de aversatione casei capite 1 ab Urbano Chevraeo in Chevraeanis quae Gallice viderunt lucem, t. 1 p. 78 seq. et denique a Davide Lipsio Erfordiensi in exercitatione de antipathiis singularibus, Ienae an. 1678.

p) *Ἄνδρων ὁ Ἀργεῖος*] idem ex Aristotelis libro qui pridem intercidit, de ebrietate refert Apollonius Dyscolus Historiae commenticiae cap. 25 et Laërtius 9 80.

q) *Τιβέριος δὲ ὁ Καῖσαρ*] Tiberium noctu etiam et in tenebris vidisse, sed ad breve, testantur praeter Sextum nostrum Plinius 11 37, Suetonius in Tiberio cap. 68 et in Opticis Heliodorus.

r) *Ἀριστοτέλης δὲ ἱστορεῖ*] locus est tertio Meteorolog. c. 4 ubi Sextus pro verbis *οἷόν ποτε συνέβαινέ τινι πάθος*, videtur legisse *συνέβαινέ τινι Θασίῳ*. idem Antiphonti Tarentino contigisse scribit ad Aristotelis locum Olympiodorus. causam addit philosophus, quod tanta fuerit visus in illo homine imbecillitas, ut aër proximus non posset ab acie eius penetrari, sed speculi instar imaginem ipsius reflecteret. Seneca lib. 1 quaest. natural. c. 3 *quidam hoc genere valetudinis laborant, ut ipsi sibi videantur occurrere, ut ubique imaginem suam cernant. quare? quia infirma vis oculorum non potest ne proximum quidem sibi aërem perrumpere, sed resistit. itaque quod in aliis efficit densus aër, in his facit omnis.* magis probatur mihi haec ratio quam Hieronymi Mercurialis, qui lib. 5 Variarum Lectionum c. 7 laesae hoc mavult imaginationi tribuere.

μένων ἀρκεσθῶμεν εἰπόντες, εἰκός ἐστιν καὶ κατ᾽ αὐτὴν τὴν ψυχὴν διαφέρειν ἀλλήλων τοὺς ἀνθρώπους. τύπος γάρ τίς ἐστι τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς[s]), ὡς καὶ ἡ φυσιογνωμονικὴ σοφία δείκνυσι. τὸ δὲ μέγιστον δεῖγμα τῆς κατὰ τὴν διάνοιαν τῶν ἀνθρώπων πολλῆς καὶ ἀπείρου διαφορᾶς[t]) ἡ διαφωνία τῶν παρὰ τοῖς Δογματικοῖς λεγομένων περί τε τῶν ἄλλων καὶ περὶ τοῦ τίνα μὲν αἱρεῖσθαι προσήκει, τίνα δὲ ἐκκλίνειν. δεόντως οὖν καὶ οἱ 86
ποιηταὶ περὶ τούτων ἀπεφήναντο· ὁ μὲν γὰρ Πίνδαρός[u]) φησι·

Ἀελλοπόδων μέν τιν᾽ εὐφραίνοισιν*) ἵππων P 24
τίμια**) καὶ στέφανοι, τοὺς δ᾽ ἐν πολυχρύσοις θαλάμοις βιοτά·***)
τέρπεται δὲ καί τις ἐπ᾽ οἶδμ᾽ †) ἅλιον ναΐ θοᾷ
σῶς διαστείβων . . . .

ὁ δὲ ποιητὴς[x]) λέγει·

simus) necesse est et animis ipsis inter se homines differre. est enim corpus quaedam animi imago, ut etiam physiognomonica doctrina docet. magnae autem vel potius infinitae differentiae quae est inter hominum mentes, maximum hoc fuerit indicium, discrepantia eorum quae Dogmatici cum de aliis rebus docent, tum vero de hoc, quae appetere, quae vitare oporteat.
86. quamobrem recte etiam poetae de his pronuntiarunt. nam Pindarus ait:

*hic velocis equi gaudet honoribus:*
*ille inter thalami vivit opes iners:*
*est quem pontigradae navis amor tenet.*

poëta autem dicit:

---

*s*) *τύπος γάρ τίς ἐστι τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς*] prolixius hoc demonstrant physiognomonicae artis scriptores Aristoteles Polemo Adamantius, ne recentiores iam memorem.

*t*) *πολλῆς καὶ ἀπείρου διαφορᾶς*] incredibilem varietatem et discrepantiam in iudiciis hominum satis demonstrat sectarum dogmatum religionum rituum morum et decori in gentibus mira diversitas, in qua annotanda nemo ita delectatus est, nemo tanto studio versatus quam Mottanus Vayerus, in cuius scriptis gallice saepius editis infinita hanc in rem observata leguntur.

*u*) *ὁ μὲν γὰρ Πίνδαρος*] hunc locum Pindari qui in editis eius carminibus non exstat, expressit Horatius libro et oda prima. *sunt quos curriculo pulverem Olympicum collegisse iuvat* etc. ad verbum sic convertes: *est quem iuvant velocium equorum honores et coronae; alios in auratis thalamis vita. est etiam qui delectatur, si celeri nave salvo calcare maris fluctus liceat.* pro *διαστείβων* clar. Bentleius in Pindari ver- P 24
bis scribit *διαστείχων*, quod repugnantibus omnibus codicibus nolui in contextum recipere, siquidem *διαστείβων* pulchre dici potest de navigante qui fluctus veluti calcat ac subigit. propter eundem codicum consensum nolui cum viro docto scribere *τινὰς εὐφραίνουσιν*, licet sequitur *τούς*, quia a singulari etiam ad pluralem transire non insolitum est scriptoribus, sicut mox a plurali Pindarus transit ad singularem. caeterum *βιοτὰ* pro *βιωτὰ* et *σῶς* pro *σῶν*, quod habebant editi, scribendum esse vidit etiam Menagius p. 434 ad Laërtium. in V diserte etiam legitur *βιοτὰ* sed post *ναΐ θοᾷ* statim sequitur *διαστείβων*. [Est fragm. 242 t. 2 p. 675 apud Boeckhium.]

[*) Boeckhius. *εὐφραίνουσιν* vulgo.]

[**) Boeckhius. *τιμαὶ* vulgo.]

[***) Bentleius ad Hor. Od. in.]

[†) *οἴδμα* vulgo.]

*x*) *ὁ δὲ ποιητής*] versus ex Odyss. ξ 228 ad quem plura in eandem tritissimam sententiam aliorum scriptorum loca in Gnomologia sua Homerica p. 222 seq. congessit Iacobus Duportus. plura etiam Cerda ad

ἄλλοις γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

ἀλλὰ καὶ ἡ τραγῳδία[y]) μεστὴ τῶν τοιούτων ἐστί· λέγει γοῦν·

εἰ πᾶσι ταὐτὸν καλὸν ἔφυ σοφόν θ' ἅμα,
οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις.

καὶ πάλιν·

δεινόν γε ταὐτὸν τοῖς μὲν ἀνδάνειν βροτῶν,
τοῖς δ' ἔχθος εἶναι.

87 ἐπεὶ οὖν ἡ αἵρεσις καὶ ἡ φυγὴ ἐν ἡδονῇ καὶ ἀηδισμῷ ἐστιν,[z]) ἡ δὲ ἡδονὴ καὶ ὁ ἀηδισμὸς ἐν αἰσθήσει κεῖται καὶ φαντασίᾳ, ὅταν τὰ αὐτὰ οἱ μὲν αἱρῶνται, οἱ δὲ φεύγωσιν, ἀκόλουθον ἡμᾶς ἐπιλογίζεσθαι ὅτι οὐδὲ ὁμοίως ὑπὸ τῶν αὐτῶν κινοῦνται· ἐπεὶ ὁμοίως ἂν τὰ αὐτὰ ᾕρουντο ἢ ἐξέκλινον. εἰ δὲ τὰ διαφόρως κινεῖ παρὰ τὴν διαφορὰν τῶν ἀνθρώπων, εἰσάγοιτ' ἂν εἰκότως καὶ κατὰ τοῦτο ἡ ἐποχή· ὅ τι μὲν ἕκαστον φαίνεται τῶν ὑποκειμένων, ὡς πρὸς ἑκάστην διαφορὰν ἴσως λέγειν ἡμῶν δυναμένων· τί δέ ἐστι κατὰ δύναμιν ὡς πρὸς τὴν φύσιν οὐχ οἵων
88 τε ὄντων ἀποφήνασθαι. ἤτοι γὰρ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις πιστεύσομεν, ἢ τισιν. ἀλλ' εἰ μὲν πᾶσι, καὶ ἀδυνάτοις ἐπιχειρήσο-

*nam non una trahit cunctos eademque voluptas.*

sed et tragoedia plena est huiusmodi dictis: ex qua etiam hoc est:

*si pulchra cuncti scitaque eadem ducerent,*
*contentiosa abesset altercatio.*

et rursum:

*qui fit eadem ut res placeat his mortalibus,*
*odio sit illis?*

87. quandoquidem igitur appetitio vel declinatio in voluptate et in odio consistit, voluptas autem et odium in sensu versatur et phantasia, quum eadem alii appetant, alii declinent, hinc consentaneum est colligere, non eodem modo ipsos ab iisdem affici: alioqui eadem pariter appeterent aut fugerent. si autem haec varie afficiunt pro varietate hominum, colligatur etiam ex hoc assensionem esse cohibendam: quum quale unumquodque subiectum appareat, pro unaquaque varietate dicere fortasse liceat: qualis autem sit vera et naturalis eius vis, pronuntiare non possimus. 88. aut enim omnibus hominibus credemus, aut aliquibus tantum. iam si omnibus, et im-

---

Virgilii illud eclog. 2 65 *trahit sua quemque voluptas.* quibus addendum ex aliis infinitis hoc Luciani:

*Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακριδόν ἐστι νόημα,*
*ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.*

y) ἀλλὰ καὶ ἡ τραγῳδία] postquam lyricae et epicae poëseos suffragia advocavit Sextus, subiungit et dicta duo Tragicorum, quorum prius petitum ex Euripidis Phoenissis vers. 502, alterum est incerti, cui consentaneum et hoc Euripidis Oeneo apud Clementem Alex. 6 Strom. p. 620 *ἀλλ' ἄλλος ἄλλοις μᾶλλον ἥδεται τρόποις.* itemque Sophoclis in Oedip. Coloneo: *ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά.* vide etiam quae ex Euripidis Rhadamanto Stobaeus in Excerptis p. 177 edit. Grotii, qui duo illa dicta a Sexto allegata sic vertit, prius quidem Excerpt. e Tragicis:

*Si ius bonumque ducerent omnes idem,*
*dissidia generi nulla mortali forent.*

alterum p. 461

*Miserum, quod eadem saepe res hominum his placet,*
*illis in odio est – –*

z) ἡ αἵρεσις καὶ ἡ φυγὴ ἐν ἡδονῇ καὶ ἀηδισμῷ ἐστιν] ea eligimus quibus tanquam melioribus delectamur, aversamur contra et fugimus quae pro deterioribus habemus, atque ideo nulla eorum voluptate duci possumus.

μεν καὶ τὰ ἀντικείμενα παραδεξόμεθα· εἰ δέ τισιν, εἰπάτωσαν
ἡμῖν τίσι χρὴ συγκατατίθεσθαι; ὁ μὲν γὰρ Πλατωνικὸς λέξει
ὅτι Πλάτωνι, ὁ Ἐπίκουρος*) δὲ Ἐπικούρῳ, καὶ οἱ ἄλλοι ἀναλό-
γως. καὶ οὕτως ἀνεπικρίτως στασιάζοντες αὖθις καὶ ἡμᾶς εἰς
τὴν ἐποχὴν περιστήσουσιν. ὁ δὲ λέγων ὅτι τοῖς πλείστοις δεῖ 89
συγκατατίθεσθαι, παιδαριῶδές τι προσίεται, οὐδενὸς δυναμένου
πάντας τοὺς ἀνθρώπους ἐπελθεῖν καὶ διαλογίσασθαι τί τοῖς
πλείστοις ἀρέσκει, ἐνδεχομένου τοῦ ἔν τισιν ἔθνεσιν ἃ ἡμεῖς
οὐκ ἴσμεν τὰ μὲν παρ' ἡμῖν σπάνια τοῖς πλείοσι προσεῖναι, P 25
τὰ δὲ ἡμῶν τοῖς πολλοῖς συμβαίνοντα, σπάνια ὑπάρχειν· ὡς
τοὺς πολλοὺς μὲν ὑπὸ φαλαγγίων δακνομένους μὴ ἀλγεῖν[a]), τινὰς
δὲ σπανίως ἀλγεῖν. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ἔμπροσθεν εἰρημέ-
νων ἰδιοσυγκρισιῶν τὸ ἀνάλογον. ἀναγκαῖον οὖν καὶ διὰ τὴν τῶν
ἀνθρώπων διαφορὰν εἰσάγεσθαι τὴν ἐποχήν.

## Περὶ τοῦ τρίτου τρόπου.

Ἐπεὶ δὲ φίλαυτοί τινες ὄντες οἱ Δογματικοί φασι δεῖν τῶν 90
ἄλλων ἀνθρώπων ἑαυτοὺς προκρίνειν ἐν τῇ κρίσει τῶν πραγμά-
των, ἐπιστάμεθα μὲν ὅτι ἄτοπός ἐστιν ἡ ἀξίωσις αὐτῶν (μέρος
γάρ εἰσι καὶ αὐτοὶ τῆς διαφωνίας[b])· καὶ ἐὰν αὐτοὺς προκρίνον-
τες οὕτω κρίνωσι τὰ φαινόμενα, πρὶν ἄρξασθαι τῆς κρίσεως
τὰ φαινόμενα συναρπάζουσιν ἑαυτοῖς τὴν κρίσιν ἐπιτρέποντες)·
ὅμως δ' οὖν ἵνα καὶ ἐπὶ ἑνὸς ἀνθρώπου τὸν λόγον ἱστάντες, 91

possibilia aggrediemur et inter se pugnantia admittemus. sin autem aliquibus tantum, dicant nobis quibus assentiri oporteat? nam Platonicus Platoni assentiendum esse dicet, Epicureus Epicuro, et alii itidem aliis. atque ita nos ex confusa sua discrepantia rursum ad assensum retinendum adigent. 89. qui autem dicit maximo numero esse assentiendum, puerile quiddam affert, quum nullus possit homines omnes percurrere, et quid plurimis eorum placeat, discernere, quum fieri possit ut in gentibus nobis ignotis quae apud nos sunt rara, pluribus insint, et quae apud nos pluribus contingunt, rara sint illic; ut, verbi gratia, multi sint illic qui ab araneis morsi dolorem non sentiant, pauci qui sentiant. et de aliis quas antea diximus propriis temperaturis eadem erit ratio. quamobrem et propter hominum diversitatem necesse est induci assensionis suspensionem.

## De tertio modo.

90. Quoniam autem sibi placentes Dogmatici se aliis hominibus in rebus iudicandis praeferendos esse dicunt: quamvis eos rem absurdam postulare sciamus (nam ipsi controversiae pars sunt: ac postquam se ipsos prae aliis dignos ea re indicaverint, si deinde iudicent de apparentibus: nimirum dum sibi indicationem permittunt, ea apparentia de quibus iudicandum erat, abripiunt iam tanquam iudicata, etiam antequam iudicare coeperint:) 91. veruntamen ut in nostra disputatione unicum hominem exempli gratia in

---

[*) immo: Ἐπικούρειος]

a) ὑπὸ φαλαγγίων δακνομένους μὴ ἀλγεῖν] quod supra tamquam singulare de Athenagora Argivo rettulerat sect. 82. P 25

b) μέρος γάρ εἰσι καὶ αὐτοὶ τῆς διαφωνίας] saepius hoc ut sect. 59, 98, 112 inculcat Sextus, non posse eos qui ipsi e partibus litigantibus sunt, iudicium sibi de iis, cum quibus litigant, vindicare. nemo enim sibi esse iudex vel ius sibi dicere debet, ut ICtorum etiam scitis est testatissimum l. 10 D de iurisdict. et l. unica C ne quis in sua causa iudicet.

οἷον τοῦ παρ' αὐτοῖς ὀνειροπολουμένου σοφοῦ [c]), ἐπὶ τὴν ἐποχὴν
καταντῶμεν, τὸν τρίτον τῇ τάξει τρόπον ἐγχειριζόμεθα. τοῦτον
δὲ λέγομεν τὸν ἀπὸ τῆς διαφορᾶς τῶν αἰσθήσεων. ὅτι δὲ δια-
92 φέρονται αἱ αἰσθήσεις πρὸς ἀλλήλας πρόδηλον· αἱ γοῦν γρα-
φαὶ [d]) τῇ μὲν ὄψει δοκοῦσιν εἰσοχὰς καὶ ἐξοχὰς ἔχειν, οὐ μὴν
καὶ τῇ ἁφῇ. καὶ τὸ μέλι τῇ γλώττῃ ἡδὺ [e]) φαίνεται ἐπί τινων,
τοῖς δ' ὀφθαλμοῖς ἀηδές· ἀδύνατον οὖν ἐστιν εἰπεῖν πότερον
ἡδύ ἐστιν εἰλικρινῶς ἢ ἀηδές. καὶ ἐπὶ τοῦ μύρου ὁμοίως· τὴν
93 μὲν γὰρ ὄσφρησιν εὐφραίνει, τὴν δὲ γεῦσιν ἀηδίζει [f]). τό τε
εὐφόρβιον [g]), ἐπεὶ τοῖς μὲν ὀφθαλμοῖς λυπηρόν ἐστι, τῷ δὲ
ἄλλῳ σώματι παντὶ ἄλυπον, οὐχ ἕξομεν εἰπεῖν, πότερον ἄλυ-
πόν ἐστιν εἰλικρινῶς τοῖς σώμασιν ὅσον ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ φύσει
ἢ λυπηρόν. τό τε ὄμβριον ὕδωρ [h]) ὀφθαλμοῖς μέν ἐστιν ὠφέ-

medium proferentes, illum videlicet sapientem quem somniant, ad assensum cohibendum deveniamus: eum modum qui ordine tertius est, aggrediemur. eum autem dicimus qui est a sensuum diversitate. differre autem sensus inter se manifestum est. 92. verbi gratia pictae tabulae visui quidem videntur aliquid prominens et aliquid retrusum habere, at non tactui: et mel linguae videtur iucundum esse in aliquibus, at vero oculis ingratum. itaque dici non potest utrum suave sit pure et per se, an insuave. idem in unguento usu venit: olfactum enim exhilarat, gustatui autem iniucundum est. 93. sic et euphorbium quum oculis molestum sit, reliquo autem corpori universo minime: pure et simpliciter corporibus natura sua molestum sit necne, dicere nequaquam poterimus. item et aqua pluvia oculis quidem utilis est, arteriam autem et pulmonem exasperat. non aliter quam oleum,

---

c) *τοῦ παρ' αὐτοῖς ὀνειροπολουμένου σοφοῦ*] Stoicos tangit, qui de sapiente suo magna et mira iactabant, de quibus prolixe Lipsius manuductionis suae libro tertio. at quoniam eiusmodi sapiens nusquam gentium reperitur et Stoicis ipsis non diffitentibus vix tanquam Phoenix nascitur semel anno quingentesimo (vide iterum Lipsium lib. 2 diss. 8), hinc somniare a nostro dicuntur. mox pro *ἐγχειριζόμεθα* V habet *προχειριζόμεθα*, eodem sensu.

d) *αἱ γοῦν γραφαί*] infra sect. 120. Franciscus Iunius de pictura veterum lib. 3 cap. 3 p. 171, Woweranus de umbra cap. 20.

e) *τῇ γλώττῃ ἡδύ —, τοῖς δ' ὀφθαλμοῖς ἀηδές*] *ἡδύ* hoc loco non est dulce sed gratum et acceptum, uti vicissim *ἀηδές* ingratum molestumque. dulcia enim gustare linguae proprium est nec magis mirum oculos non percipere mellis dulcedinem, quam campanae sono vel fragrantia aromatis oculos non affici, unde tamen non potest concludi, (licet aliis ex argumentis incertum id esse supra sect. 20 noster pugnat) non dulce esse mel, vel sonum a campana, odorem non edi ab aromate. quod vero addit Sextus, gratum mel accidere *ἐπί τινων*, significat non omnium sed quorundam tantum hominum palatum dulcedine illius duci, sect. 101 enim observat, quod ictero laborantibus mel amarum est.

f) *τὴν δὲ γεῦσιν ἀηδίζει*] non negaverim insuave esse gustatui unguentum ob amaritudinem, tantum noto veteres quosdam unguenta cibis admixta in deliciis habuisse, et in potus addidisse. vide Plinium 13 3 et Woweranum ad Minucium Felicem p. 18.

g) *τό τε εὐφόρβιον*] ob acrimoniam oculis molestum est, licet succus eius utilis ad discutiendas oculorum suffusiones. vide Dioscoridem 3 96 et Plinium 25 7, qui Iubae regis volumen de illa herba memorat.

h) *τό τε ὄμβριον ὕδωρ*] ex Hippocrate, qui libro de aëre, aquis et locis c. 19 testatur aquam pluviam, nisi probe decoquatur atque excoletur, *βράγχος καὶ βαρυφωνίην raucedinem et vocis gravitatem* bibenti afferre.

λιμον, ἀρτηρίαν δὲ καὶ πνεύμονα τραχύνει· καθάπερ καὶ τὸ
ἔλαιον καίτοι τὴν ἐπιφάνειαν παρηγοροῦν[i]). καὶ ἡ θαλαττία P 26
νάρκη[k]) τοῖς μὲν ἄκροις προστεθεῖσα ναρκᾶν ποιεῖ, τῷ δ' ἄλλῳ
σώματι ἀλύπως παρατίθεται. διόπερ ὁποῖον μέν ἐστι πρὸς τὴν
φύσιν ἕκαστον τούτων, οὐχ ἕξομεν λέγειν· ὁποῖον δὲ φαίνεται
ἑκάστοτε, δυνατὸν εἰπεῖν. καὶ ἄλλα δὲ πλείω τούτων ἔνεστι λέ- 94
γειν. ἀλλ' ἵνα μὴ διατρίβωμεν διὰ τὴν πρόθεσιν τοῦ τρόπου
τῆς συγγραφῆς, ἐκεῖνο λεκτέον· ἕκαστον τῶν φαινομένων ἡμῖν
αἰσθητῶν ποικίλον ὑποπίπτειν δοκεῖ, οἷον τὸ μῆλον[l]), λεῖον,
εὐῶδες, γλυκύ, ξανθόν. ἄδηλον οὖν πότερόν ποτε ταύτας μόνας
ὄντως ἔχει τὰς ποιότητας, ἢ μονοποιὸν μέν ἐστιν, παρὰ δὲ
τὴν διάφορον κατασκευὴν τῶν αἰσθητηρίων διάφορον φαίνεται·
ἢ καὶ πλείονας μὲν τῶν φαινομένων ἔχει ποιότητας, ἡμῖν δ'
οὐχ ὑποπίπτουσί τινες αὐτῶν. μονοποιὸν μὲν γὰρ εἶναι τοῦτο, 95
ἐνδέχεται λογίζεσθαι ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένων[m]) περὶ
τῆς εἰς τὰ σώματα ἀναδιδομένης τροφῆς, καὶ τοῦ ὕδατος τοῦ
εἰς τὰ δένδρα ἀναδιδομένου, καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐν αὐλοῖς
καὶ σύριγξι καὶ τοῖς παραπλησίοις ὀργάνοις. δύναται γὰρ καὶ

quamvis superficiem leniter afficiat. praeterea torpedo marina extremitatibus quidem corporis apposita torpere facit, at reliquo corpori apposita dolorem nullum excitat. itaque quale natura sit unumquodque horum, dicere non poterimus: quale autem singulis sensibus appareat, id vero a nobis dici possit. 94. plura hac afferre possemus: sed in his ne immoremur diutius quam ratio instituti operis patitur, illud dicendum: unumquodque apparentium nobis sensibilium varium sub sensus cadere: ut pomum videtur nobis laeve, odoratum, dulce, flavum. incertum ergo utrum vere has qualitates solas, an potius unicam tantum qualitatem habeat, sed ob sensuum instrumenta, alio atque alio modo constituta, diversas habere videatur; an contra plures quidem habeat qualitates quam quae nobis apparent, sed earum aliquae sub sensus nostros non cadant. 95. nam unicam ipsum habere qualitatem, ex iis possit colligi quae antea diximus de cibo qui per corpora nostra digeritur, et aqua quae in arbores diffunditur, et spiritu qui est in tibiis et tubis et id genus instrumentis. potest enim fieri ut pomum quoque unius qualitatis quidem sit, ipsum tamen ut varium contemplemur, ob varietatem sensus instrumentorum circa quae fit ipsius perceptio. 96. rur-

---

*i*) *παρηγοροῦν*] molliter ac leniter afficiens ac veluti demulcens. vide P 29
Salmasium ad Tertulliani de pallio librum p. 249.

*k*) *ἡ θαλαττία νάρκη*] Plato Menone p. 337, Aristoteles 9 37 de animal. Antigonus Carystius histor. mirab. c. 53, Plutarch. de solertia animalium p. 978, Plinius 21 4, Alexander in prooemio problem., Aelianus hist. animal. 1, 36 et 9 14, Oppianus lib. 2 *ἁλιευτικῶν*, vers. 64 et lib. 3 vers. 150, Chalcidius in Timaeum Platonis p. 332, Philo de animal. p. 81, Theophylactus Simocatta in *ἀπορίαις φυσικαῖς* etc. Claudianus epigrammate 3 *victricemque ligat concreto sanguine dextram.* de torpedine et mira hac eius vi librum olim scripserat Clearchus Solensis laudatum Athenaeo 7 p. 314, qui et ipse videndus, nec non experimenta quae recens de illo pisce ceperunt viri docti Franciscus Redi et Stephanus Laurenzinus in Ephemeridibus Paris. a. 1672 (Conferences sur les sciences par Mr. Denys) p. 274 et a. 1679 p. 152, edit. Amstelod.

*l*) *τὸ μῆλον*] paulo aliter Laërtius 9 81, aliter etiam Macrobius 7 14 Saturnal. pomi exemplo utens ad confutandos Academicos damnandorum sensuum argumenta undique colligentes.

*m*) *ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένων*] supra sect. 53.

τὸ μῆλον μονοειδὲς μὲν εἶναι, διάφορον δὲ θεωρεῖσθαι παρὰ
τὴν διαφορὰν τῶν αἰσθητηρίων, περὶ ἃ γίνεται αὐτοῦ ἡ ἀν-
96 τίληψις· πλείονας δὲ τῶν φαινομένων ἡμῖν ποιοτήτων ἔχειν τὸ
μῆλον ποιότητας δύνασθαι, οὕτως ἐπιλογιζόμεθα. ἐννοήσωμέν
τινα ἐκ γενετῆς ἁφὴν μὲν ἔχοντα καὶ ὄσφρησιν καὶ γεῦσιν, μήτε
δὲ ἀκούοντα μήτε ὁρῶντα, οὗτος τοίνυν ὑπολήψεται μήτε ὁρα-
τόν τι εἶναι τὴν ἀρχὴν [n]) μήτε ἀκουστόν, ἀλλὰ μόνα ἐκεῖνα τὰ
τρία γένη τῶν ποιοτήτων ὑπάρχειν ὧν ἀντιλαμβάνεσθαι δύνα-
97 ται. καὶ ἡμᾶς οὖν ἐνδέχεται τὰς πέντε μόνας αἰσθήσεις ἔχον-
τας μόνον ἀντιλαμβάνεσθαι ἐκ τῶν περὶ τὸ μῆλον ποιοτήτων,
ὧν ἐσμεν ἀντιληπτικοί· ὑποκεῖσθαι δὲ ἄλλας οἷόν τέ ἐστιν
ποιότητας, ὑποπιπτούσας ἑτέροις αἰσθητηρίοις, ὧν ἡμεῖς οὐ
μετεσχήκαμεν. διὸ οὐδὲ ἀντιλαμβανόμεθα τῶν κατ᾽ αὐτὰς
98 αἰσθητῶν. ἀλλ᾽ ἡ φύσις συνεμετρήσατο φήσει τις τὰς αἰσθή-
σεις πρὸς τὰ αἰσθητά [o]). ποία φύσις; διαφωνίας τοσαύτης ἀνε-
P 27 πικρίτου παρὰ τοῖς Δογματικοῖς οὔσης περὶ τῆς ὑπάρξεως τῆς
κατ᾽ αὐτήν [p]); ὁ γὰρ ἐπικρίνων αὐτὸ τοῦτο, εἰ ἔστι φύσις, εἰ
μὲν ἰδιώτης εἴη, ἄπιστος ἔσται κατ᾽ αὐτούς· φιλόσοφος δὲ ὢν
μέρος ἔσται τῆς διαφωνίας καὶ κρινόμενος αὐτός, ἀλλ᾽ οὐ κρι-

sum fieri posse ut pomum plures habeat qualitates quam nobis appareant, sic colligimus: imaginemur aliquem qui a nativitate tactum quidem habeat et olfactum et gustum, auditu autem et visu careat: hic putabit omnino nihil esse quod visu, nihil quod auditu percipi possit, sed tria sola illa esse genera qualitatum quae percipere potest. 97. igitur fieri potest ut quum quinque tantum sensibus praediti simus, ex qualitatibus quae pomo insunt, eas solas percipiamus, quarum perceptivam facultatem habemus: interim tamen exstent subiectae etiam aliae quae sub alia sensus instrumenta cadant, quae quidem nos non habeamus: propterea neque percipiamus quae eorum opera sint sensibilia. 98. sed natura (dicet aliquis) aequaliter metita est sensus ad sensibilia. quae natura? quum tanta sit necdum decisa controversia apud dogmaticos de naturae existentia? nam qui hoc ipsum diiudicare velit an natura sit, si quidem aliquis sit e vulgo imperito, eum fide dignum illi non censebunt: quodsi philosophus sit, pars erit discrepantiae et ipse in iudicium vocabitur, non autem iudex erit.

---

n) *τὴν ἀρχὴν*] recte HStephanus vertit *omnino*, atque ita saepius usurpat noster ut p. 128 et 152 adversus Mathematicos. contra *μηδὲ τὴν ἀρχήν nullatenus*, *prorsus non*, apud Originem 1 contra Celsum p. 4 et alibi. plura congessi ad Io. 8 25.

P 27 o) *ἡ φύσις συνεμετρήσατο – τὰς αἰσθήσεις πρὸς τὰ αἰσθητά*] confer Aristotelem de anima lib. 3 cap. 1 et Arrianum Epictetearum diss. lib. 1 cap. 6.

p) *περὶ τῆς ὑπάρξεως τῆς κατ᾽ αὐτήν*] de existentia naturae loqui Sextum, sive de eo, num omnino detur huiusmodi natura, non ut voluit eruditus interpres de essentia eius sive quid natura sit, patet tum ex ipso vocabulo *ὑπάρξεως*, tum quod ipse auctor mox subiungit: *ὁ ἐπικρίνων αὐτὸ τοῦτο, εἰ ἔστι φύσις*. sermo autem est hoc loco de natura quam naturantem sive effectricem nonnulli appellant, hoc est de auctore naturae qui provide ac sapienter omnia fecerit, adeoque etiam rebus qualitatibusque sensilibus sensoria respondentia efformaverit et homini indiderit. de huiusmodi enim naturae existentia non modo dubitare se profitebantur Sceptici, ut infra lib. 3 cap. 1 apparebit, sed eam quoque aperte negavit Democriti Leucippi et Epicuri schola, referens nihil non ad caecum impetum atomorum.

τῆς. πλὴν ἀλλ' εἰ ἐνεχώρει καὶ ταύτας πλείονας ὑποκεῖσθαι 99
παρὰ τῷ μήλῳ τὰς ποιότητας, ὧν ἀντιλαμβάνεσθαι δοκοῦμεν,
καὶ πλείους τούτων, ἢ πάλιν μηδὲ τὰς ἡμῖν ὑποπιπτούσας,
ἄδηλον ἡμῖν ἔσται ὁποῖόν ἐστι τὸ μῆλον. ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἐπὶ
τῶν ἄλλων αἰσθητῶν λόγος. τῶν αἰσθήσεων μέν τοι μὴ κατα-
λαμβανουσῶν τὰ ἐκτός, οὐδὲ ἡ διάνοια ταῦτα δύναται κατα-
λαμβάνειν. ὥστε καὶ διὰ τοῦτον τὸν λόγον ἡ περὶ τῶν ἐκτὸς
ὑποκειμένων ἐποχὴ συνάγεσθαι δόξει.

## Περὶ τοῦ τετάρτου τρόπου.

Ἵνα δὲ καὶ ἐπὶ μιᾶς ἑκάστης αἰσθήσεως ἵσταντες *) τὸν 100
λόγον, ἢ καὶ ἀφιστάμενοι τῶν αἰσθήσεων ἔχωμεν καταλήγειν
εἰς τὴν ἐποχήν, παραλαμβάνομεν καὶ τὸν τέταρτον τρόπον αὐ-
τῆς. ἔστι δ' οὗτος ὁ παρὰ τὰς περιστάσεις καλούμενος, περι-
στάσεις λεγόντων ἡμῶν τὰς διαθέσεις. θεωρεῖσθαι δ' αὐτόν
φαμεν ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἢ παρὰ φύσιν, ἐν τῷ ἐγρηγορέναι ἢ
καθεύδειν, παρὰ τὰς ἡλικίας, παρὰ τὸ κινεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖν,
παρὰ τὸ μισεῖν ἢ φιλεῖν, παρὰ τὸ ἐνδεεῖς εἶναι ἢ κεκορεσμένους,
παρὰ τὸ μεθύειν ἢ νήφειν, παρὰ τὰς προδιαθέσεις, παρὰ τὸ
θαρρεῖν ἢ δεδιέναι, ἢ παρὰ τὸ λυπεῖσθαι ἢ χαίρειν· οἷον παρὰ 101
μὲν τὸ κατὰ φύσιν ἢ παρὰ φύσιν ἔχειν ἀνόμοια ὑποπίπτει τὰ
πράγματα· ἐπεὶ οἱ μὲν φρενιτίζοντες q) καὶ οἱ θεοφορούμενοι r)

99. porro si nihil absurdum est dicere, quod variae illae sint in pomo qualitates quas percipere nobis videmur, et plures etiam his: aut contra, quod ne eae quidem quae sub sensus nostros cadunt: quale sit pomum, incertum nobis erit. eademque et in aliis sensibilibus ratio. quum autem sensus externa non comprehendant, ne intellectus quidem ea comprehendere potest. itaque hac quoque ratione assensionem de externis subiectis suspendendam esse, colligi videbitur.

## De quarto modo.

**100.** Ut porro unumquemque sensum disputatione nostra percurrentes, aut a sensibus etiam digressi, ad assensum cohibendum devenire possimus, etiam quartum dubitationis modum assumimus. est autem is qui a circumstantiis ducitur, quo nomine intelligimus habitus sive dispositiones ac conditiones diversas. dicimus enim modum hunc animadverti prout secundum naturam quis aut praeter naturam in vigilia aut somno, in aetate diversa constitutus aliquid sentit, in motu aut quiete, in odio aut amore, in inedia aut saturitate, in eo si ebrii simus aut non poti: item in praedispositionibus sive praehabitudinibus, in confidentia aut metu, in maerore aut gaudio. **101.** exempli gratia, prout vel secundum naturam vel praeter eam nos habemus, aliter atque aliter res sub sensus nostros cadunt. nam phrenitici et qui numine sunt afflati, daemonas audire sibi videntur,

[*) legebatur *στάντες*]

*q) ἐπεὶ οἱ μὲν φρενιτίζοντες*] hoc loco Sextus insanientes non negat *παρὰ φύσιν ἔχειν*, quod negatur apud Laërtium 9 82. ac certe conantes efficere quod nihil intersit, utrum aliquid cui videatur insano an sano, non mediocris insaniae arguit Cicero Lucullo c. 17.

*r) θεοφορούμενοι*] V et S *θεοφρουρούμενοι*, sed alterum praetuli: intelliguntur enim arrepticii et *ἐνθουσιῶντες*, qui divinitus afflatos cum se crederent, haud mirum, si non modo voces audire deorum, sed et odores ac suffitus percipere visi sibi sunt, quales diis adoleri mos erat. pro *θεοφορουμένοις*, *θεολήπτους* vocat noster infra lib. 2 c. 6. apud

δαιμόνων ἀκούειν δοκοῦσιν, ἡμεῖς δὲ οὔ. ὁμοίως δὲ ἀπὸ φορᾶς στύρακος ἢ λιβανωτοῦ ἤ τινος τοιούτου καὶ ἄλλων πλειόνων ἀντιλαμβάνεσθαι πολλάκις λέγουσιν, ἡμῶν μὴ αἰσθανομένων. καὶ τὸ αὐτὸ ὕδωρ [s]) φλεγμαίνουσι μὲν τόποις ἐπιχυθὲν ζεστὸν εἶναι δοκεῖ, ἡμῖν δὲ χλιαρόν· καὶ τὸ αὐτὸ ἱμάτιον τοῖς μὲν ὑπό-
P 28 σφαγμα ἔχουσι [t]) φαίνεται κιρρόν, ἐμοὶ δὲ οὔ. καὶ τὸ αὐτὸ μέλι
102 ἐμοὶ μὲν φαίνεται γλυκύ, τοῖς δὲ ἰκτερικοῖς πικρόν [u]). εἰ δέ τις λέγει ὅτι χυμῶν τινων παραπλοκὴ ἀνοικείους φαντασίας ἐκ τῶν ὑποκειμένων ποιεῖ τοῖς παρὰ φύσιν ἔχουσι, λεκτέον ὅτι ἐπεὶ καὶ οἱ ὑγιαίνοντες [x]) χυμοὺς ἔχουσιν ἀνακεκραμένους, δύνανται οὗτοι τὰ ἐκτὸς ὑποκείμενα τοιαῦτα ὄντα φύσει, ὁποῖα φαίνεται τοῖς παρὰ φύσιν ἔχειν λεγομένοις, ἑτεροῖα φαίνεσθαι ποιεῖν τοῖς
103 ὑγιαίνουσι. τὸ γὰρ ἐκείνοις μὲν τοῖς χυμοῖς μεταβλητικὴν τῶν ὑποκειμένων διδόναι δύναμιν, τούτοις δὲ μή, πλασματικόν ἐστιν. ἐπεὶ καὶ ὥσπερ οἱ ὑγιαίνοντες κατὰ φύσιν μὲν τὴν τῶν ὑγιαινόντων ἔχουσιν, παρὰ φύσιν δὲ τὴν τῶν νοσούντων, οὕτως καὶ οἱ νοσοῦντες παρὰ φύσιν μὲν ἔχουσι τὴν τῶν ὑγιαινόντων, κατὰ φύσιν δὲ τὴν τῶν νοσούντων. ὥστε κἀκείνοις πρός τι κατὰ φύ-
104 σιν ἔχουσι πιστευτέον. παρὰ δὲ τὸ ὑπνοῦν ἢ ἐγρηγορέναι [y]) διάφοροι γίνονται φαντασίαι· ἐπεὶ ὡς καθ' ὕπνους φανταζόμεθα, οὐ φανταζόμεθα ἐγρηγορότες· οὐδὲ ὡς φανταζόμεθα ἐγρηγορό-

nos autem minime. iidem se et odorem saepe percipere dicunt qui a styrace aut thure aut aliquo huiusmodi emittatur aliaque complura, quum nihil tale sensu usurpemus. praeterea eadem aqua inflammatis partibus infusa fervida videtur esse, at nobis tepida: et eadem vestis iis qui suffusione cruenta oculorum laborant, videtur esse sanguinea, at mihi non: et idem mel mihi dulce, at ictericis amarum. 102. quodsi quis dicat humorum quorundam admistionem in iis qui praeter naturam se habent, obiicere non consentaneas phantasias a subiectis, respondendum est: quoniam etiam qui sani sunt, humores habent permistos, hi possunt facere ut externa subiecta, quae talia sunt natura qualia apparent praeter naturam se habentibus, diversa appareant sanis. 103. nam illis quidem humoribus attribuere facultatem mutandi subiecta, his autem non, nugatorium est. nam sicut sani quidem secundum naturam sanorum se habent, praeter naturam autem aegrotantium: sic qui aegrotant, praeter naturam quidem se habent sanorum, secundum naturam autem aegrotantium. quare etiam illis fides adhibenda est in eo, ad quod se habent secundum naturam. 104. ex somno autem aut vigilia diversae fiunt phantasiae, quia quae visa in somnis concipimus, non eadem vigilantes: nec rursum quae vigilantes, eadem in som-

---

Suidam *Θεοφορία, ἐνθουσιασμός*. vetus epigramma: *ἐψύχθη χαλεπῆς πνεῦμ' ὑπὸ θεοφορίης*. inter Menandri comoedias *ἡ Θεοφορουμένη*, inter Alexidis comici *ἡ Θεοφόρητος*, quo nomine Cassandra venit Aeschylo atque aliis.

*s*) *τὸ αὐτὸ ὕδωρ*] eadem repetit infra iam dicto loco.

P 28 *t*) *τοῖς ὑπόσφαγμα ἔχουσι*] supra sect. 44. mox pro *κορρὸν* quod reperi in editis, scripsi *κιρρόν*, quod sensus postulat.

*u*) *τοῖς ἰκτερικοῖς πικρόν*] idem repetit infra lib. 2 cap. 6 et libro 2 contra Logicos. vide et Suidam in *ἰκτεριᾶν*. Tertullianus de anima cap. 17 *qui redundantia fellis auruginant, his amara sunt omnia.*

*x*) *ἐπεὶ καὶ οἱ ὑγιαίνοντες*] eodem argumento iterum utitur lib. 1 adversus Logicos.

*y*) *παρὰ δὲ τὸ ὑπνοῦν καὶ ἐγρηγορέναι*] conferendus Cicero Lucullo sive 4 Academicar. quaest. capite 16 et 17.

τες, καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους φανταζόμεθα. ὥστε εἶναι αὐτοῖς ἢ
μὴ εἶναι, γίνεται οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρός τι· πρὸς γὰρ τὸ καθ᾽
ὕπνους ἢ πρὸς ἐγρήγορσιν. εἰκότως οὖν καθ᾽ ὕπνους ὁρῶμεν
ταῦτα ἃ ἐστιν ἐν τῷ ἐγρηγορέναι ἀνύπαρκτα, οὐκ ἐν τῷ καθά-
παξ ἀνύπαρκτα ὄντα· ἔστι γὰρ καθ᾽ ὕπνους· ὥσπερ τὰ ὕπαρ
ἔστιν*), κἂν μὴ ᾖ καθ᾽ ὕπνους. παρὰ δὲ τὰς ἡλικίας ὅτι ὁ αὐ- 105
τὸς ἀὴρ τοῖς μὲν γέρουσι ψυχρὸς εἶναι δοκεῖ, τοῖς δὲ ἀκμάζου-
σιν εὔκρατος. καὶ τὸ αὐτὸ χρῶμα[z]) τοῖς μὲν πρεσβυτάτοις
ἀμαυρὸν φαίνεται, τοῖς δὲ ἀκμάζουσι κατακορές. καὶ φωνὴ
ὁμοίως ἡ αὐτὴ τοῖς μὲν ἀμαυρὰ δοκεῖ τυγχάνειν, τοῖς δ᾽ ἐξά-
κουστος. καὶ παρὰ τὰς αἱρέσεις δὲ καὶ φυγὰς ἀνομοίως κινοῦν- 106
ται οἱ ταῖς ἡλικίαις διαφέροντες[a])· παισὶ μὲν γὰρ, εἰ τύχοι,
σφαῖραι καὶ τροχοὶ διὰ σπουδῆς εἰσιν, οἱ ἀκμάζοντες δὲ ἄλλα
αἱροῦνται, καὶ ἄλλα οἱ γέροντες· ἐξ ὧν συνάγεται ὅτι διάφοροι
γίνονται φαντασίαι ὑπὸ τῶν αὐτῶν ὑποκειμένων, καὶ παρὰ τὰς 107
διαφόρους ἡλικίας. παρὰ δὲ τὸ κινεῖσθαι ἢ ἠρεμεῖν ἀνόμοια P 29
φαίνεται τὰ πράγματα, ἐπεὶ ἅπερ ἑστῶτες ὁρῶμεν ἀτρεμοῦντα,
ταῦτα παραπλέοντες κινεῖσθαι δοκοῦμεν[b]). παρὰ δὲ τὸ φιλεῖν 108

nis. itaque existentia esse illa vel non esse dici possunt non simpliciter, sed respectu ad aliquid, ad somnum videlicet aut ad vigiliam. consentaneum est igitur ea in somnis nos videre quae non existunt, dum vigilamus: quum alioqui per se nequaquam sint inexistentia simpliciter: existunt enim in somnis. quemadmodum et ea quae existunt dum vigilamus, existere dicuntur, etiamsi in somnis non existant. 105. ex aetatibus autem: quoniam idem aër senibus quidem frigidus esse videtur, aliis qui in aetatis flore sunt, bene temperatus. et idem color senibus quidem dilutus pallidusque, at iis qui florent aetate, satur et pressus vividiorque. eodem modo et vox eadem aliis quidem depressa esse videtur, aliis autem alta et sonora. 106. sic vero et ad appetendas aut fugiendas res impelluntur qui aetatibus inter se differunt. verbi gratia, pueris pila et trochus in pretio sunt, at ii qui aetatem virilem attigerunt, alia his praeferunt, rursus alia senes. ex quibus colligitur, diversas moveri phantasias ab iisdem subiectis ob diversas aetates. 107. ex motu autem aut quiete dissimiles videntur res: nam quae stantes videmus immota, ea praeternavigantes moveri putamus. 108. ex amore autem vel odio: quia carnes suillas nonnulli mirum in mo-

---

[*) legebatur ἐστὶν]

z) *καὶ τὸ αὐτὸ χρῶμα*] ita legendum pro *βρῶμα* quod est in mss et editis, ut monuere Salmasius ad Tertulliani pallium p. 134 et Paulus Fermat in litteris ad Pelissonium quae in Bacheti appendice ad Diophantum p. 43 leguntur. neque dubitabit de hac emendatione qui verba proxima *ἀμαυρὸν* et *κατακορὲς* consideraverit, haec enim colori optime conveniunt, quem eundem integris viribus et aetate homines vident saturum hoc est vividiorem, senio autem confecti dilutum ob visus debilitatem, quae anum quoque illam querentem faciebat, quod sol non ita splendide luceret amplius, ut olim iuvenilibus annis. de saturo colore multa ad Tertullianum Salmasius, qui videndus.

a) *οἱ ταῖς ἡλικίαις διαφέροντες*] pro diversa aetate aliis atque aliis rebus ducimur, ut distinctius notarunt Aristoteles lib. 2 Rhetoricor. cap. 12 seq. et Horatius in arte vers. 158 seq. spectat et huc illud Apostoli 1 Cor. 13 11, Arrianus Epictetear. 3 24 *ἤδη τῶν ἀνδροέργων ὀφείλων ἅπτεσθαι τίτθας ἔτι ποθεῖς καὶ μάμμην;*

b) *παραπλέοντες κινεῖσθαι δοκοῦμεν*] Lucretius 4 388 P 29

*Qua vehimur navi, fertur cum stare videtur,*
*quae manet in statione, ea praeter creditur ire.*

ἢ μισεῖν, ὅτι κρέα ὕειά c) τινες μὲν ἀποστρέφονται καθ᾽ ὑπερβολήν, τινὲς δὲ ἥδιστα προσφέρονται· ὅθεν καὶ ὁ Μένανδρος d) ἔφη·

> Οἷος δὲ καὶ τὴν ὄψιν εἶναι φαίνεται
> ἀφ᾽ οὗ τοιοῦτος γέγονεν, οἷον θηρίον.
> τὸ μηδὲν ἀδικεῖν καὶ καλοὺς ἡμᾶς ποιεῖ.

πολλοὶ καὶ ἐρωμένας αἰσχρὰς ἔχοντες e) ὡραιοτάτας αὐτὰς εἶναι
109 δοκοῦσι. παρὰ δὲ τὸ πεινῆν ἢ κεκορέσθαι, ὅτι τὸ αὐτὸ ἔδεσμα τοῖς μὲν πεινῶσιν f) ἥδιστον εἶναι δοκεῖ, τοῖς δὲ κεκορεσμένοις ἀηδές. παρὰ δὲ τὸ μεθύειν ἢ νήφειν, ὅτι ἅπερ νήφοντες αἰσχρὰ εἶναι δοκοῦμεν, ταῦτα ἡμῖν μεθύουσιν οὐκ αἰσχρὰ φαίνεται.

**dum aversantur, quum alii lubentissime iis vescantur. ex ea causa etiam est apud Menandrum:**

> ***hem qualis esse forma illius cernitur,***
> ***ex quo fuit talis modi! ah quae bestia!***
> ***iniuria abstinere pulchros nos facit.***

**multi etiam amicas minime formosas habentes pulcherrimas ipsas esse autumant. 109. ex fame autem aut saturitate: quia eundem cibum famelici suavem indicant, saturi insuavem. ex eo autem si quis sit ebrius aut non potus: quia quae non poti turpia esse existimamus, ea nobis madidis mi-**

---

> *et fugere ad puppim colles campique videntur,*
> *quos agimus praeter navim velisque volamus.*

Virgilius 3 Aeneid. 71

> *provehimur portu, terraeque urbesque recedunt.*

confer nostrum lib. 1 adversus Logicos sect. 414.

c) κρέα ὕεια] vide Grotium ad Matth. 8 ult. et Bochartum 1 Hierozoic. p. 701.

d) ὅθεν καὶ ὁ Μένανδρος] versus Menandri [fr. 34 apud Meinek.] nihil faciunt ad haec quae de porcis praecessere, sed ad confirmandum Sexti effatum, ex odio accidere et amore ut eadem pulchra videantur et turpissima. optime hos comici versus interpretatus est v. c. Richardus Bentlejus in emendationibus ad Menandri et Philemonis reliquias p. 74 quos paullo aliter acceperat Grotius excerpt. e Comicis p. 756.

> *Qualis autem* (quam deformis) *facie esse videtur,*
> *ex quo* (tempore) *talis* (tam nequam) *factus est? qualis bellua?*
> *nihil iniuste facere etiam formosos nos facit.*

haec, inquit, ab honesta virgine dici videntur de adolescente in nequitiam prolapso: dum virum probum putavi esse, pulcher mihi visus est, at ex quo improbum et nequam se ostendit, quam foedus videtur. ipsius igitur formae gratia a iustitia et honestate pendet.

e) ἐρωμένας αἰσχρὰς ἔχοντες] Horatius lib. 1 Sat. 3 v. 38

> *amatorem quod amicae*
> *turpia decipiunt caecum vitia, aut etiam ipsa haec*
> *delectant, veluti Balbinum polypus Agnae.*

multa in eandem sententiam scriptorum dicta collegere ad hunc locum viri docti, quam ab experientia quotidie firmari videmus multo luculentius.

f) τὸ αὐτὸ ἔδεσμα τοῖς μὲν πεινῶσιν] facit huc geminum dictum Salomonis Proverb. 27 7 quod ita expressit Iacobus Duportus:

> Ὅς ῥ᾽ ἤδη γλυκερῆς ἐκορέσσατο θυμὸν ἐδωδῆς
> καὶ σχαδόνα στυγέει, καὶ κηρίον ἡδὺ μελισσέων.
> ἀνδρὶ δὲ πεινάοντι τὰ πίκρ᾽ οὐ πικρὰ πέφανται.

Frid. Dedekindus:

> *Qui satur est, pleno vel spernat Hymettia ventre*
> *mella, hoc vel si quid dulcius esse potest.*
> *at quam dira fames animam vexaverit, illi*
> *dulcis et acceptus panis amarus erit.*

παρὰ δὲ τὰς προδιαθέσεις· ὅτι ὁ αὐτὸς οἶνος τοῖς μὲν φοίνικας 110
ἢ ἰσχάδας προφαγοῦσιν ὀξώδης φαίνεται, τοῖς δὲ κάρυα ἢ ἐρε-
βίνθους προσενεγκαμένοις ἡδὺς εἶναι δοκεῖ. καὶ ἡ τοῦ βαλα-
νείου παραστὰς [g]) τοὺς μὲν ἔξωθεν εἰσιόντας θερμαίνει, ψύχει
δὲ τοὺς ἐξιόντας εἰ ἐν αὐτῇ διατρίβοιεν. παρὰ δὲ τὸ φοβεῖσθαι 111
ἢ θαρρεῖν, ὅτι τὸ αὐτὸ πρᾶγμα τῷ μὲν δειλῷ φοβερὸν καὶ δει-
νὸν εἶναι δοκεῖ, τῷ θαρραλεωτέρῳ δὲ οὐδαμῶς. παρὰ δὲ τὸ
λυπεῖσθαι ἢ χαίρειν, ὅτι τὰ αὐτὰ πράγματα τοῖς μὲν λυπουμέ-
νοις ἐστὶν ἐπαχθῆ, τοῖς δὲ χαίρουσιν ἡδέα. τοσαύτης οὖν οὔσης 112
ἀνωμαλίας καὶ παρὰ τὰς διαθέσεις καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἐν ταῖς
διαθέσεσι τῶν ἀνθρώπων γινομένων, ὁποῖον μὲν ἕκαστον τῶν
ὑποκειμένων ἑκάστῳ φαίνεται, ῥᾴδιον ἴσως εἰπεῖν· ὁποῖον δὲ
ἔστιν, οὐκέτι. ἐπεὶ καὶ ἀνεπίκριτός ἐστιν ἡ ἀνωμαλία· ὁ γὰρ
ἐπικρίνων ταύτην ἤτοι ἔν τισιν τῶν προειρημένων διαθέσεών
ἐστιν ἢ ἐν οὐδεμιᾷ τὸ παράπαν ἐστὶν διαθέσει. τὸ μὲν οὖν λέ-
γειν ὅτι ἐν οὐδεμιᾷ διαθέσει τὸ σύνολόν ἐστιν, οἷον οὔτε ὑγιαίνει P 30
οὔτε νοσεῖ οὔτε κινεῖται οὔτε ἠρεμεῖ οὔτε ἔν τινι ἡλικίᾳ ἐστίν,
ἀπήλλακται δὲ καὶ τῶν ἄλλων διαθέσεων, τελέως ἀπεμφαίνει.
εἰ δὲ ἔν τινι διαθέσει ὢν κρινεῖ τὰς φαντασίας, μέρος ἔσται τῆς
διαφωνίας [h]). καὶ ἄλλως οὐκ εἰλικρινὴς τῶν ἐκτὸς ὑποκειμένων 113
ἐστὶν κριτὴς διὰ τὸ τεθολῶσθαι ταῖς διαθέσεσιν ἐν αἷς ἐστιν.
οὔτε οὖν ὁ ἐγρηγορὼς δύναται συγκρίνειν τὰς τῶν καθευδόντων
φαντασίας ταῖς τῶν ἐγρηγορότων, οὔτε ὁ ὑγιαίνων τὰς τῶν νο-
σούντων καὶ τὰς τῶν ὑγιαινόντων· τοῖς γὰρ παροῦσι καὶ κινοῦ-

nime turpia videntur. 110. ex praedispositionibus autem: quia idem vinum iis quidem qui palmulas aut caricas paulo ante esitaverint, acidum esse videtur, contra iis qui nuces aut cicer, suave. item balnei vicinum tepidarium eos quidem qui ingrediuntur, calefacit, at eos qui egrediuntur, frigefacit, si in ipso commorentur. 111. ex confidentia autem aut metu: quia eadem res meticuloso quidem timenda et horrenda videtur, audaciori autem minime. ex maerore autem aut gaudio: quia res eaedem maerore affectis sunt molestae, laetis vero iucundae. 112. quum igitur tanta sit disparitas et discrepantia dispositionum, et quum homines modo hac modo illa conditione affecti sint, quale quidem unumquodque subiectum cuique videatur, facile fortassis fuerit dicere: sed quale sit, pronuntiare, id vero non item. indiiudicabilis enim est discrepantia: quum qui eam diiudicat, aut aliqua ipse utitur illarum quas diximus affectionum, aut nulla prorsus. sed dicere eum nulla omnino uti, hoc est eum neque valere neque aegrotare, neque moveri neque quiescere, nec in ulla esse aetate, et a reliquis etiam affectionibus sive conditionibus vacuum esse prorsus absurdum est. quodsi aliqua affectione utatur et velit diiudicare visa, pars ipse erit discordiae sive rerum de quibus disceptatur. 113. praeterea non erit sincerus externorum subiectorum iudex, quod inquinatus sit affectionibus quas habet. nam neque qui vigilat, dormientium visa sive phantasias cum vigilantium visis conferre potest, nec sanus aegrotantium et sanorum phantasias inter se comparare. nam praesentibus et moventibus nos ad praesens assenti-

---

g) ἡ τοῦ βαλανείου παραστὰς] idem repetit infra lib. 2 cap. 6. significat autem παραστὰς locum vicinum et proxime adhaerentem. confer quae P 30 viri docti ad Vitruvium lib. 6 cap. 10. παραστὰς itaque τοῦ βαλανείου nihil aliud est quam conclave tepidarium, quod erat inter frigidarium balneumque.

h) μέρος ἔσται τῆς διαφωνίας] supra sect 90.

σιν ἡμᾶς κατὰ τὸ παρὸν συγκατατιθέμεθα μᾶλλον ἢ τοῖς μὴ
114 παροῦσι. καὶ ἄλλως δὲ ἀνεπίκριτός ἐστιν ἡ τῶν τοιούτων φαν-
τασιῶν ἀνωμαλία· ὁ γὰρ προκρίνων φαντασίαν φαντασίας καὶ
περίστασιν περιστάσεως ἤτοι ἀκρίτως καὶ ἄνευ ἀποδείξεως [i])
τοῦτο ποιεῖ, ἢ κρίνων καὶ ἀποδεικνύς· ἀλλ' οὔτε ἄνευ τούτων,
ἄπιστος γὰρ ἔσται, οὔτε σὺν τούτοις· εἰ γὰρ κρινεῖ τὰς φαντα-
115 σίας, πάντως κριτηρίῳ κρινεῖ. τοῦτο οὖν τὸ κριτήριον ἤτοι
ἀληθὲς εἶναι λέξει ἢ ψευδές· ἀλλ' εἰ μὲν ψευδές, ἄπιστον ἔσται,
εἰ δὲ ἀληθὲς εἶναι τοῦτο φήσει, ἤτοι ἄνευ ἀποδείξεως λέξει ὅτι
ἀληθές ἐστι τὸ κριτήριον, ἢ μετὰ ἀποδείξεως· καὶ εἰ μὲν ἄνευ
ἀποδείξεως, ἄπιστος ἔσται, εἰ δὲ μετὰ ἀποδείξεως, πάντως δεή-
σει καὶ τὴν ἀπόδειξιν ἀληθῆ εἶναι, ἐπεὶ ἄπιστος ἔσται. ἀληθῆ
οὖν λέξει τὴν ἀπόδειξιν τὴν εἰς τὴν πίστωσιν τοῦ κριτηρίου
116 λαμβανομένην· πότερον κεκρικὼς αὐτήν, ἢ μὴ κεκρικώς; εἰ μὲν
P 31 γὰρ μὴ κρίνας, ἄπιστος ἔσται, εἰ δὲ κρίνας, δῆλον ὅτι κριτηρίῳ
φήσει κεκρικέναι. οὗ κριτηρίου ζητήσομεν ἀπόδειξιν, κἀκείνης
κριτήριον. χρῄζει γὰρ ἀεὶ καὶ ἡ ἀπόδειξις κριτηρίου, ἵνα βε-
βαιωθῇ, καὶ τὸ κριτήριον ἀποδείξεως, ἵνα ἀληθὲς εἶναι δειχθῇ.
καὶ οὔτε ἀπόδειξις ὑγιὴς εἶναι δύναται, μὴ προϋπάρχοντος κρι-
τηρίου ἀληθοῦς, οὔτε κριτήριον ἀληθές, μὴ προπεπιστευμένης
117 τῆς ἀποδείξεως. καὶ οὕτως ἐμπίπτουσιν εἰς τὸν διάλληλον [k])
τρόπον τό τε κριτήριον καὶ ἡ ἀπόδειξις, ἐν ᾧ ἀμφότερα εὑρί-
σκεται ἄπιστα· ἑκάτερον γὰρ τὴν θατέρου πίστιν περιμένον
ὁμοίως τῷ λοιπῷ ἐστιν ἄπιστον. εἰ οὖν μήτε ἄνευ ἀποδείξεως

**mur potius quam non praesentibus. 114. alio etiam modo indiiudicabilis est talium visorum discrepantia. nam qui phantasiam phantasiae sive visum viso et affectionem affectioni praefert, aut sine diiudicatione et sine demonstratione hoc facit, aut diiudicans et demonstrans. sed neque sine his, nam fide carebit, neque cum his: nam si diiudicabit visa, omnino diiudicabit ea criterio aliquo sive veri falsique regula atque instrumento. 115. at hoc criterium aut verum esse dicet aut falsum. sed si quidem falsum, ipsum fide carebit. sin autem verum esse hoc dicet, aut absque demonstratione dicet verum esse criterium, aut cum demonstratione. et si quidem absque demonstratione, fide carebit: si autem cum demonstratione, omnino oportebit ipsam quoque demonstrationem veram esse, alioqui fidem non obtinebit. veram igitur esse dicet demonstrationem quae in criterii confirmationem adhibebitur: utrum ea a se diiudicata, an non diiudicata? 116. nam si non diiudicaverit, fide carebit: sin diiudicaverit, nimirum criterio se diiudicasse dicet. cuius criterii nos demonstrationem quaeremus, et ipsius demonstrationis rursus criterium. eget enim semper etiam demonstratio criterio, ut confirmetur: ipsum quoque criterium demonstratione, ut verum esse ostendatur; ita ut neque demonstratio vera esse possit, nisi praecedat verum criterium, neque criterium verum, nisi fides prius demonstrationi facta fuerit. 117. et ita criterium et demonstratio incidunt in vitiosum modum probandi mutuo unum per alterum: ex quo comperientur fide carere ambo. utraque enim itidem fide carent, donec mutuas alterum alteri ad confirmationem tradiderit operas. si ergo nec sine demonstratione et crite-**

---

i) *ἤτοι ἀκρίτως καὶ ἄνευ ἀποδείξεως*] simili argumento utitur sect. 60 atque infra saepius, ut sect. 122 et lib. 2 sect. 34, 121, 183 et lib. adversus Logicos sect. 315, 337, 339.

P 31 k) *εἰς τὸν διάλληλον τρόπον*] hic est quem circulum sophisticum vulgo appellant. confer si placet quae ad hunc locum HStephanus annotavit. mox *περιμένον* reposui ex mss pro *περιμένειν*.

κριτηρίου μήτε σὺν τούτοις δύναταί τις προκρῖναι φαντασίαν φαντασίας, ἀνεπίκριτοι ἔσονται αἱ παρὰ τὰς διαφόρους θέσεις διάφοροι γινόμεναι φαντασίαι· ὥστε εἰσάγεται ἡ τῆς φύσεως τῶν ἐκτὸς ὑποκειμένων ἐποχὴ καὶ ὡς ἐπὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ.

## Περὶ τοῦ πέμπτου τρόπου.

Πέμπτος ἐστὶ λόγος ὁ παρὰ τὰς θέσεις καὶ τὰ διαστήματα 118
καὶ τοὺς τόπους· καὶ γὰρ παρὰ τούτων ἕκαστον τὰ αὐτὰ πράγματα διάφορα φαίνεται, οἷον ἡ αὐτὴ στοὰ [l]) ἀπὸ μὲν τῆς ἑτέρας ἀρχῆς ὁρωμένη μύουρος φαίνεται, ἀπὸ δὲ τοῦ μέσου σύμμετρος πάντοθεν. καὶ τὸ αὐτὸ πλοῖον [m]) πόρρωθεν μὲν μικρὸν φαίνεται καὶ ἑστώς, ἐγγύθεν δὲ μέγα καὶ κινούμενον. καὶ ὁ αὐτὸς πύργος [n]) πόρρωθεν μὲν φαίνεται στρογγύλος, ἐγγύθεν δὲ τετράγωνος. ταῦτα μὲν παρὰ τὰ διαστήματα. παρὰ δὲ τοὺς 119
τόπους, ὅτι τὸ λυχνιαῖον φῶς ἐν ἡλίῳ μὲν ἀμαυρὸν φαίνεται, ἐν σκότῳ δὲ λαμπρόν· καὶ ἡ αὐτὴ κώπη [o]) ἔναλος μὲν κεκλασμένη, ἔξαλος δὲ εὐθεῖα· καὶ τὸ ᾠὸν ἐν μὲν τῇ ὄρνιθι ἁπαλόν, ἐν ἀέρι δὲ σκληρόν· καὶ τὸ λυγγούριον [p]) ἐν μὲν λυγγὶ ὑγρόν,

rio neque cum his potest quis visum viso praeferre, indiiudicabiles erunt quae per varias affectiones offeruntur phantasiae. itaque infertur hoc etiam modo assensus retentio de natura externorum subiectorum.

## De quinto modo.

**118.** Quintus modus est ex positionibus et intervallis et locis: nam ex unoquoque horum eaedem res diversae apparent. ut idem porticus ab altero quidem ingressu intuenti videtur in acutum desinere, a media autem parte spectanti undique aequalis. et idem navigium procul quidem intuentibus parvum videtur esse et stare, prope autem magnum esse et moveri. et eadem turris procul quidem videtur rotunda, prope autem quadrata. **119.** haec quidem ex intervallis. ex locis autem: quia lucernae lumen in sole quidem obscurum apparet, in tenebris autem splendidum. et idem remus intra mare quidem fractus, extra autem rectus. et ovum in ave quidem molle, in aëre autem durum. et lyncurium in lynce quidem

---

*l*) *ἡ αὐτὴ στοὰ*] Tertullianus c. 17 de anima: *uniformitas aequalissimae porticus acuitur in fine, dum acies in concluso stipata illis tenuatur, quo et extenditur.* meminit et noster lib. 1 adversus Log. sect. 244, Lucretius 4 428.

*Porticus aequali quamvis est denique ductu,*
*stansque in perpetuum paribus suffulta columnis,*
*longa tamen parte ab summa cum tota videtur,*
*paullatim trahit angusti fastigia coni,*
*tecta solo jungens, atque omnia dextera laevis,*
*donec in obscurum coni conduxit acumen.*

*m*) *τὸ αὐτὸ πλοῖον*] Cicero Lucullo cap. 25; nimirum ut Euripides Ione [vs 585]: *οὐ ταὐτὸν εἶδος φαίνεται τῶν πραγμάτων πρόσωθεν ὄντων ἐγγύθεν θ' ὁρωμένων.*

*n*) *ὁ αὐτὸς πύργος*] supra sect. 32 et lib. 2 c. 6 et lib. 1 adversus Log. sect. 208 et 414, Lucretius 4 354, Alexander lib. 1 problem. 37 et quos laudat Menagius ad Laërtii 4 85.

*o*) *ἡ αὐτὴ κώπη*] tritissimum hoc Academicorum quo sensuum fidem oppugnabant, argumentum ut apparet ex Ciceronis Lucullo c. 7 et Tertulliano c. 17 de anima, aliisque. tangitur etiam a Lucretio 4 440 atque a nostro lib. 1 adversus Log. sect. 244 et 414.

*p*) *λυγγούριον*] lyncis urinam glaciari et ex ea lyncurium gemmam

ἐν ἀέρι δὲ σκληρόν· καὶ τὸ κοράλιον,q) ἐν θαλάσσῃ μὲν ἁπαλόν,
P 32 ἐν ἀέρι δὲ σκληρόν· καὶ φωνὴ ἀλλοία μὲν φαίνεται ἐν σύριγγι
120 γινομένη, ἀλλοία δὲ ἐν αὐλῷ, ἀλλοία δὲ ἐν ἀέρι ἁπλῶς. παρὰ δὲ
τὰς θέσεις, ὅτι ἡ αὐτὴ εἰκὼν r) ἐξυπτιαζομένη μὲν λεία φαίνεται,
ποσῶς δὲ ἐπινευομένη εἰσοχὰς καὶ ἐξοχὰς ἔχειν δοκεῖ. καὶ οἱ τράχη-
λοι δὲ τῶν περιστερῶν s) παρὰ τὰς διαφόρους ἐπικλίσεις διά-
121 φοροι φαίνονται κατὰ χρῶμα. ἐπεὶ οὖν πάντα τὰ φαινόμενα ἔν
τινι θεωρεῖται καὶ *) ἀπό τινος διαστήματος ἢ κατά τινα θέσιν,
ὧν ἕκαστον πολλὴν ποιεῖ παραλλαγὴν παρὰ τὰς φαντασίας, ὡς
ὑπεμνήσαμεν, ἀναγκασθησόμεθα καὶ διὰ τούτους τοὺς τρόπους
καταντᾶν εἰς ἐποχήν· καὶ γὰρ ὁ βουλόμενος τούτων τῶν φαντα-
122 σιῶν προκρίνειν τινὰς ἀδυνάτοις ἐπιχειρήσει. εἰ μὲν γὰρ ἁπλῶς
καὶ ἄνευ ἀποδείξεως t) ποιήσεται τὴν ἀπόφασιν, ἄπιστος ἔσται·
εἰ δὲ ἀποδείξει βουλήσεται χρήσασθαι, εἰ μὲν ψευδῆ λέξει τὴν
ἀπόδειξιν εἶναι, ἑαυτὸν περιτρέψει, ἀληθῆ δὲ λέγων εἶναι τὴν

humidum, in aëre autem durum. et coralium in mari quidem molle, in aëre autem durum. et vox diversa videtur in tuba, diversa in tibiis, diversa rursus in aëre simpliciter. 120. ex positionibus autem: quia eadem imago, resupinata quidem, laevis esse, si autem aliquantum propendeat, aliquid prominens et aliquid retrusum habere videtur. sed et columbarum cervices prout diverse inflectuntur, diversum habere videntur colorem. 121. quoniam igitur quaecunque sensui apparent, ea in aliquo loco percipiuntur atque ab aliquo intervallo et in aliqua positione, quorum unumquodque magnam facit in visis sive phantasiis varietatem, ut docuimus; cogemur et propter hos modos ad assensionem cohibendam devenire. nam qui horum visorum volet alia aliis praeferre, impossibilia aggredietur. 122. nam si simpliciter et sine demonstratione de iis pronuntiaverit, fidem non impetrabit: demonstrationem autem adhibere volens, si quidem falsam dicet esse demonstrationem, se ipsum evertet: at si veram esse dicat, cogetur afferre demonstrationem qua

---

fieri existimarunt veteres, ut notatum Harduino ad Plin. t. 2 p. 199 et t. 5 p. 267 373 et Ez. Spanhemio ad Callimachum p. 189 qui observat promiscue dici λυγγούριον et λυγκούριον.

q) τὸ κοράλιον] S. Basilius in Hexaëmeron homil. 7 p. 95 τὸ κουράλλιον χλόη μέν ἐστιν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἐπειδὰν δὲ εἰς τὸν ἀέρα ἐξενεχθῇ, πρὸς λίθου στερρότητα μεταπήγνυται. Hinc Gorgoniae nomine a Metrodoro appellatum est, quod in duritiem lapidis mutatur perinde ut fabulati sunt contigisse iis, qui Gorgonis caput intuerentur. vide Solinum cap. 8. de corallio, ut Georgium Agricolam omittam 4 9 de natura fossilium, et Ioh. Ludovici Gansii coralloriorum historiam editam Francofurti a. 1630. 8. operae pretium est videre recentes virorum doctorum observationes, insertas Ephemeridibus literariis Paris. a. 1707 mense Febr. p. 346 et Maio p. 302 edit. Amst.

P 32 r) ἡ αὐτὴ εἰκὼν] Quintilianus 2 17 Inst. *pictor cum vi artis suae efficit, ut quaedam eminere in opere, quaedam recessisse credamus, ipse ea plana esse non nescit.* contingit autem hoc in picturis arte optica ita elaboratis ut propius quidem adstantibus plana illa esse appareat, ex intervallo autem aliquo distantes credant se eminentias et recessus solidaque corpora et umbras videre, de quo artificio praeter supra sect. 92 laudatos Woweranum et Iunium videndus Iohannes Schefferus in Graphice §. 35, noster lib. 1 adversus Logicos sect. 414.

s) καὶ οἱ τράχηλοι δὲ τῶν περιστερῶν] Laërtius 9 86 et ibi Menag. Bochartus Hierozoico t. 2 lib. 1 cap. 2, Franciscus Iunius de pictura veterum 3 3 p. 173, Leo Allatius ad Eustathii Hexaemeron p. 134.

[*) ἢ ἀπό τινος διαστ.?]

t) εἰ μὲν ἄνευ ἀποδείξεως] idem argumentu Paullo ante sect. 114.

ἀπόδειξιν αἰτηθήσεται ἀπόδειξιν τοῦ ἀληθῆ αὐτὴν εἶναι, κἀκεί-
νης ἄλλην, ἐπεὶ καὶ αὐτὴν ἀληθῆ εἶναι δεῖ, καὶ μέχρις ἀπείρου.
ἀδύνατον δὲ ἔσται ἀπείρους ἀποδείξεις[u]) παραστῆσαι. οὐκοῦν 123
οὐδὲ μετὰ ἀποδείξεως δυνήσεται προκρίνειν φαντασίαν φαντα-
σίας. εἰ δὲ μήτε ἄνευ ἀποδείξεως μήτε μετὰ ἀποδείξεως δυνατὸς
ἔσται τις ἐπικρίνειν τὰς προειρημένας φαντασίας, συνάγεται ἡ
ἐποχή, ὁποῖον μὲν φαίνεται ἕκαστον κατὰ τήνδε τὴν θέσιν ἢ
κατὰ τόδε τὸ διάστημα ἢ ἐν τῷδε, εἰπεῖν ἴσως δυναμένων ἡμῶν,
ὁποῖον δέ ἐστιν ὡς πρὸς τὴν φύσιν ἀδυνατούντων ἀποφαίνεσθαι
διὰ τὰ προειρημένα.

## Περὶ τοῦ ἕκτου τρόπου.

Ἕκτος ἐστὶ τρόπος ὁ παρὰ τὰς ἐπιμιγάς, καθ' ὃν συνάγο- 124
μεν ὅτι ἐπεὶ μηδὲν τῶν ὑποκειμένων καθ' ἑαυτὸ ἡμῖν αὐτὸ ὑπο-
πίπτει, ἀλλὰ σύν τινι, ὁποῖον μέν ἐστιν τὸ μίγμα ἔκ τε τοῦ ἐκ-
τὸς καὶ τοῦ ᾧ συνθεωρεῖται, τάχα δυνατὸν εἰπεῖν· ὁποῖον δέ
ἐστιν τὸ ἐκτὸς ὑποκείμενον[x]), εἰλικρινῶς, οὐκ ἂν ἔχοιμεν λέγειν.
ὅτι δὲ οὐδὲν τῶν ἐκτὸς καθ' ἑαυτὸ ὑποπίπτει, ἀλλὰ πάντως σύν
τινι, καὶ ὅτι παρὰ τοῦτο ἀλλοῖον θεωρεῖται, πρόδηλον οἶμαι. τὸ 125
γοῦν ἡμέτερον χρῶμα[y]) ἀλλοῖον μὲν ὁρᾶται ἐν ἀλεεινῷ ἀέρι, P 33
ἀλλοῖον δὲ ἐν τῷ ψυχρῷ. καὶ οὐκ ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν ὁποῖόν ἐστι
τῇ φύσει τὸ χρῶμα ἡμῶν, ἀλλ' ὁποῖον σὺν ἑκάστῳ τούτων
θεωρεῖται, καὶ ἡ αὐτὴ φωνὴ ἀλλοία μὲν φαίνεται σὺν λεπτῷ

ostendat illam veram esse; hujus rursum aliam, quia et hanc veram esse oportet, et usque in infinitum. impossibile autem erit infinitas demonstrationes proferre. 123. quare ne cum demonstratione quidem visum viso praeferre poterit. quodsi nec cum demonstratione nec sine ea poterit quisquam supra dictas phantasias diiudicare, infertur hinc assensum esse suspendendum, quum quale appareat unumquodque secundum hanc positionem aut hoc intervallum aut in hoc, dicere quidem fortassis possimus: quale autem secundum naturam sit, ob ea quae ante dicta fuerunt, pronuntiare nequeamus.

## De sexto modo.

124. Sextus autem modus est ex admistionibus, ex quo inferimus, quum nullum subjectum sub sensus nostros ipsum per se cadat, sed cum aliquo, qualis quidem sit permistio, et ex externo et ex eo quocum cernitur posse nos fortasse dicere; quale autem sit externum subiectum pure et sincere, nequaquam dicere posse. nihil autem eorum quae sunt extrinsecus, per se sub sensum cadere, sed omnino cum aliquo (ex quo fit ut diversum contemplantibus appareat), manifestum esse arbitror. 125. nam color noster in calido aëre cernitur diversus ab eo qui in frigido cernitur, nec dicere possimus qualis sit natura color noster, sed qualem eum cum utrolibet horum

u) ἀδύνατον - - ἀπείρους ἀποδείξεις] infra lib. 2 c. 13.

x) ὁποῖον δέ ἐστιν τὸ ἐκτὸς ὑποκείμενον] infra lib. 2 c. 7 αἱ δὲ αἰσθήσεις τὰ μὲν ἐκτὸς ὑποκείμενα οὐ καταλαμβάνουσι, μόνα δὲ εἰ ἄρα τὰ ἑαυτῶν πάθη.

y) τὸ γοῦν ἡμέτερον χρῶμα] Laërtius 9 84 ἡ γοῦν πορφύρα διάφο- P 33
ρον ὑποφαίνει χρῶμα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ λύχνῳ. καὶ τὸ ἡμέτερον χρῶμα ἀλλοῖον ὑπὸ τῇ μεσημβρίᾳ φαίνεται καὶ ὅτε ὁ ἥλιος δύνει. confer lib. 1 adversus Logicos sect. 413.

ἀέρι, ἀλλοία δὲ σὺν παχυμερεῖ, καὶ ἀρώματα ἐν βαλανείῳ καὶ
ἡλίῳ πληκτικώτερα μᾶλλόν ἐστιν, ἢ ἐν τῷ ἀέρι καταψύχρῳ, καὶ
τὸ σῶμα ὑπὸ ὕδατος [z]) μὲν περιεχόμενον κοῦφόν ἐστιν, ὑπὸ δὲ
126 ἀέρος βαρύ. ἵνα δὲ καὶ ἔξωθεν [*]) ἐπιμιξίας ἀποστῶμεν, οἱ
ὀφθαλμοὶ ἡμῶν ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς καὶ χιτῶνας καὶ ὑγρά. τὰ
οὖν ὁρατὰ ἐπεὶ μὴ ἄνευ τούτων θεωρεῖται, οὐ καταληφθήσεται
πρὸς ἀκρίβειαν· τοῦ γὰρ μίγματος ἀντιλαμβανόμεθα· καὶ διὰ
τοῦτο οἱ μὲν ἰκτερικοὶ πάντα ὠχρὰ ὁρῶσι, οἱ δὲ ὑπόσφαγμα
ἔχοντες [a]) ὕφαιμα. καὶ ἐπεὶ ἡ φωνὴ ἡ αὐτὴ ἀλλοία μὲν φαίνε-
ται ἐν ἀναπεπταμένοις [b]) τόποις, ἀλλοία δὲ ἐν στενοῖς καὶ ἑλι-
κοειδέσι, καὶ ἀλλοία μὲν ἐν καθαρῷ ἀέρι, ἀλλοία δὲ ἐν τεθολω-
μένῳ, εἰκός ἐστι μὴ ἀντιλαμβάνεσθαι ἡμᾶς εἰλικρινῶς τῆς φω-
νῆς· τὰ γὰρ ὦτα σκολιοπόρα ἐστὶ καὶ στενοπόρα καὶ ἀτμώδε-
σιν ἀποφορήσεσιν, αἳ δὴ ἀπὸ τῶν περὶ τὴν κεφαλὴν φέρεσθαι
127 λέγονται τόπων, τεθολωμένα. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς μυξωτῆρσι καὶ
ἐν τοῖς γεύσεως τόποις ὑλῶν ὑποκειμένων μετ᾽ ἐκείνων ἀντιλαμ-
βανόμεθα τῶν γευστῶν καὶ τῶν ὀσφρητῶν, ἀλλ᾽ οὐκ εἰλι-
κρινῶς. ὥστε διὰ τὰς ἐπιμιξίας αἱ αἰσθήσεις οὐκ ἀντιλαμβά-
νονται ὁποῖα πρὸς ἀκρίβειαν τὰ ἐκτὸς ὑποκείμενά ἐστιν.
128 ἀλλ᾽ οὐδὲ ἡ διάνοια· μάλιστα μὲν ἐπεὶ αἱ ὁδηγοὶ αὐτῆς αἰσθή-
σεις σφάλλονται· ἴσως δὲ καὶ αὕτη ἐπιμιξίαν τινὰ ἰδίαν ποιεῖ-
ται πρὸς τὰ ὑπὸ τῶν αἰσθήσεων ἀναγγελλόμενα· περὶ γὰρ ἕκα-
στον τῶν τόπων ἐν οἷς τὸ ἡγεμονικὸν [c]) εἶναι δοκοῦσιν οἱ δογ-

contemplemur. itidem et eadem vox alia apparet cum tenui aëre, alia cum crasso. et aromata in balneo ac sole odore suo vehementius pungunt quam in aëre frigido. et corpus quum ipsum ambit aqua, leve est, quum aër, grave. 126. ut autem etiam externam admistionem omittamus, oculi nostri in se ipsis habent et tunicas et humiditates. visibilia igitur quia absque his cernere non possumus, non percipientur exacte et pure; cum admistione enim percipimus. ac propterea ictericis quidem omnia pallida videntur esse, et cruenta oculorum suffusione laborantibus sanguinea. item quia eadem vox alia apparet in patentibus locis et planis, alia in angustis et tortuosis, et alia in puro aëre, alia in turbido, verisimile est nos pure vocem non percipere. nam aures obliqua habent foramina atque angusta, et vaporosis exhalationibus quae a locis in capite vicinis ferri dicuntur, turbidae sunt et inquinatae. 127. quin etiam in naribus et in locis gustatus quandoquidem materiae praesto sunt, cum illis percipimus gustabilia et odorabilia, non autem pure. itaque propter admistiones, qualia exacte sint externa subjecta, sensus non percipiunt. 128. sed nec ipse intellectus percipit ob hanc potissimum causam, quod sensus duces ipsius errent: fortasse et ipse iis quae a sensibus nuntiantur, proprie quaedam admiscet. in singulis enim locis, ubi mentis sedem esse Dogmatici opinantur, humores quosdam adesse videmus,

z) καὶ τὸ σῶμα ὑπὸ ὕδατος] idem 9 85 καὶ ὁ ἐν ἀέρι ὑπὸ δυοῖν κουφιζόμενος λίθος ἐν ὕδατι ῥαδίως μετατίθεται.

[*) τῆς ἔξωθεν?]

a) ἰκτερικοὶ - - οἱ δὲ ὑπόσφαγμα ἔχοντες] supra sect. 44 et 101.

b) ἀναπεπταμένοις] ms Savil. ἀναπεπτασμένοις.

c) τῶν τόπων ἐν οἷς τὸ ἡγεμονικόν] tangit sententias diversas philosophorum de sede propria animi, de quibus libro 1 adversus Logicos p. 195. in editis legebatur: περὶ γὰρ ἕκαστον ποιεῖται τῶν τόπων ἐν οἷς τὸ ἡγεμονικὸν ἔχει καὶ ὁποῖον εἶναι δοκοῦσιν, sed verbum ποιεῖται in mss abest et sensum impedit. absunt etiam verba ἔχει καὶ ὁποῖον, quae salvo sensu itidem possunt abesse.

ματικοί, χυμοὺς τινας ὑποκειμένους θεωροῦμεν, εἴτε περὶ ἐγκέφαλον εἴτε περὶ καρδίαν εἴτε περὶ ὅ τι δήποτε οὖν μέρος τοῦ ζώου τοῦτο τίθεσθαι βούλοιτό τις. καὶ κατὰ τοῦτον οὖν τὸν τρόπον ὁρῶμεν, ὅτι περὶ τῆς φύσεως τῶν ἐκτὸς ὑποκειμένων οὐδὲν εἰπεῖν ἔχοντες ἐπέχειν ἀναγκαζόμεθα.

## Περὶ τοῦ ἑβδόμου τρόπου.

Ἕβδομον τρόπον ἐλέγομεν εἶναι τὸν παρὰ τὰς ποσότητας 129
καὶ σκευασίας τῶν ὑποκειμένων, σκευασίας λέγοντες κοινῶς τὰς
συνθέσεις. ὅτι δὲ καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπέχειν ἀναγ-
καζόμεθα περὶ τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων, δῆλον. οἷον γοῦν
τὰ ξέσματα τοῦ κέρατος τῆς αἰγὸς φαίνεται μὲν λευκὰ ἁπλῶς P 34
καὶ ἄνευ συνθέσεως θεωρούμενα, συντιθέμενα δὲ ἐν τῇ τοῦ κέ-
ρατος ὑπάρξει μέλανα θεωρεῖται. καὶ τοῦ ἀργύρου τὰ μέρη τὰ
ῥινήματα κατ᾽ ἰδίαν μὲν ὄντα μέλανα φαίνεται, σὺν δὲ τῷ ὅλῳ
ὡς λευκὰ ὑποπίπτει. καὶ τῆς Ταιναρείας λίθου [d]) τὰ μὲν μέρη 130
λευκὰ ὁρᾶται ὅταν λεανθῇ, σὺν δὲ τῇ ὁλοσχερεῖ ξανθὰ φαίνε-
ται. καὶ αἱ ἀπ᾽ ἀλλήλων ἐσκεδασμέναι ψάμμοι τραχεῖαι φαί-
νονται, ὡς σωρὸς δὲ συντεθεῖσαι ἁπαλῶς κινοῦσι τὴν αἴσθη-
σιν. καὶ ὁ ἐλλέβορος λεπτὸς μὲν καὶ χνοώδης προσφερόμενος
πνιγμὸν ἐπιφέρει, κριμνώδης [e]) δὲ ὢν οὐκέτι. καὶ ὁ οἶνος σύμ- 131
μετρος μὲν πινόμενος ῥώννυσιν ἡμᾶς, πλείων δὲ λαμβανόμενος
παραλύει τὸ σῶμα. καὶ ἡ τροφὴ παραπλησίως παρὰ τὴν ποσό-

**sive circa cerebrum sive circa cor sive circa aliquam aliam animalis partem hoc statuere quis velit. itaque ex hoc etiam modo videmus nos de natura externorum subiectorum nihil habentes quod dicamus, assensum retinere cogi.**

## De septimo modo.

**129. Septimum esse dicebamus modum ex quantitatibus et constitutionibus subiectorum, quo nomine generaliter appellamus compositiones. nos autem per hunc quoque modum assensum retinere de natura rerum cogi manifestum est. verbi gratia: ramenta cornu caprini apparent quidem alba simpliciter et sine compositione ea intuentibus, composita autem in ipsius cornu essentia nigra apparent cernentibus. itidem et argenti ramenta si seorsum fuerint, nigri apparent, at cum toto, tanquam alba sub sensum nostrum cadunt. 130. quin et Taenarei lapidis partes quidem albae videntur, quum laevigatae fuerint, at cum toto, flavae. similiter et arenae separatae aliae ab aliis asperae apparent, at in acervum compositae, molles a sensu percipiuntur. praeterea elleborum, si tenue et lanuginosum quis ipsum edat, suffocationem affert, sin autem crassum, non item. 131. insuper et vinum si moderate bibatur, corroborat nos, si largius quam par est sumatur,**

---

*d)* *Ταιναρείας λίθου*] marmor Lacedaemonium celebratissimum, de P 34
quo Io. Meursius Miscellan. Lacon. 2 18 et Ianus Brouckhusius ad Tibullum p. 305. hoc viridis esse coloris testantur Plinius Statius Prudentius Isidorus alii: igitur vocabulum *ξανθὰ* apud Sextum hoc loco ita est accipiendum, ut colorem inter viridem fulvumque denotet medium, unde *marmor herbosum* Sidonio dicitur carm. 5 39 et carm. 22 139.

*Quod viret et molles imitatur rupibus herbas.* Stat. 2 2 silv. vers. 90.

*e)* *κριμνώδης*] ita leg. pro *κριμώδης*, quod erat in editis. quod sequitur de vino iisdem propemodum verbis habet Laërtius 9 86.

τητα διάφορον ἐπιδείκνυται δύναμιν. πολλάκις γοῦν διὰ τὸ
πολλὴ [f]) προσενεχθῆναι καθαιρεῖ τὸ σῶμα διά τε ἀπεψιῶν καὶ
132 χολερικῶν παθῶν. ἕξομεν οὖν κἀνταῦθα λέγειν ὁποῖόν ἐστι τοῦ
κέρατος τὸ λεπτὸν [g]) καὶ ὁποῖον τὸ ἐκ πολλῶν λεπτομερῶν συγ-
κείμενον· καὶ ὁποῖος μέν ἐστι ὁ μικρομερὴς ἄργυρος, ὁποῖος δὲ
ὁ ἐκ πολλῶν μικρομερῶν συγκείμενος· καὶ ὁποῖα μὲν ἡ ἀκαριαία
Ταινάρεια λίθος, ὁποῖα δὲ ἡ ἐκ πολλῶν μικρῶν συγκειμένη·
καὶ ἐπὶ τῶν ψάμμων καὶ τοῦ ἐλλεβόρου καὶ τοῦ οἴνου καὶ τῆς
τροφῆς τὸ πρός τι, τὴν μέντοι φύσιν τῶν πραγμάτων καθ᾽
ἑαυτὴν οὐκέτι, διὰ τὴν παρὰ τὰς συνθέσεις τῶν φαντασιῶν
133 ἀνωμαλίαν. καθόλου γὰρ δοκεῖ καὶ τὰ ὠφέλιμα λυπηρὰ γίνε-
σθαι παρὰ τὴν κατὰ ποσότητα ἄμετρον αὐτῶν χρῆσιν· καὶ τὰ
βλαβερὰ εἶναι δοκοῦντα ἐν τῷ καθ᾽ ὑπερβολήν [h]), ἀκαριαῖα πα-
ραλαμβάνεσθαι μὴ λυπεῖν. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ μάλιστα τὸ
κατὰ τὰς ἰατρικὰς δυνάμεις θεωρούμενον, ἐν αἷς ἡ μὲν πρὸς
ἀκρίβειαν μῖξις τῶν ἁπλῶν φαρμάκων ὠφέλιμον ποιεῖ τὸ συν-
τεθέν, ῥοπῆς δὲ βραχυτάτης ἐνίοτε παροραθείσης οὐ μόνον οὐκ
ὠφέλιμον, ἀλλὰ καὶ βλαβερώτατον καὶ δηλητήριον πολλάκις.
134 οὕτως ὁ κατὰ τὰς ποσότητας καὶ σκευασίας λόγος συγχεῖ τὴν

corpus frangit et dissolvit. sic etiam cibus pro quantitate diversam facultatem prodit: saepe enim largior cibus sumptus corpus perdit per cruditates et cholericas passiones. 132. poterimus igitur in his quoque dicere qualis sit ipsius cornu pars illa tenuis, et quale cornu quod ex multis tenuibus particulis compositum est: quales argenti minutae particulae, et quale argentum ex multis minutis particulis conflatum: qualis item minutissimus Taenarius lapis, rursus qualis qui ex multis minutis conflatus. et in arenis et in elleboro et in vino et in cibo relationem ad aliquid, at vero naturam rerum per se non item, propter visorum discrepantiam, quae ex compositionibus contingit. 133. generaliter enim videntur etiam utilia noxia esse quantitatem mediocrem in earum usu excedentibus, contra quae noxia esse putantur, si perquam exigua mensura sumantur, minime nocere. confirmat autem quod dico illud maxime, quod in medicis facultatibus observatur, in quibus si exacte commisceantur simplicia medicamenta, utilem reddunt compositionem, si tantillo plus vel minus per incuriam positum fuerit, perniciosissima fit et saepe etiam toxicum, nedum sit utilis. 134. sic ergo quantitatum et compositionum ratio facit, ut qualia existant subiecta externa, con-

---

f) διὰ τὸ πολλὴ] ita restitui ex mss pro πολύ, respicitur enim ad τροφή, quod praecesserat. mox pro καθαίρει scripsi καθαιρεῖ. nimio enim cibo sumto non raro perditur corpus. ἐν πολλοῖς γὰρ βρώμασιν, inquit Sirachides, ἔσται νόσος, καὶ ἡ ἀπληστία ἐγγιεῖ ἕως χολέρας 37 35.

g) τοῦ κέρατος τὸ λεπτόν] respicit quod de cornu caprino dixerat paullo ante sect. 129, atque ita percurrit caetera ibidem deinceps memorata concluditque inde quoniam pro diversa divisione vel compositione diversa apparent, iam alba, iam iterum nigra, hinc utrum natura sua alba sint necne, vel alterius coloris aut nullius, certo non posse affirmari.

h) ἐν τῷ καθ᾽ ὑπερβολήν] hic ponendum comma, neque enim coniungenda haec, ut in Genevensi edit. factum, cum sequentibus ἀκαριαῖα παραλαμβάνεσθαι. Salmasius cogitavit traiectione sanandum esse hunc locum sic: ἐν τῷ καθ᾽ ὑπερβολὴν παραλαμβάνεσθαι, ἀκαριαῖα μὴ λυπεῖν. sed sola dispunctio huic loco facile medetur, ut transpositione illa non sit opus.

τῶν ἐκτὸς ὑποκειμένων[i]) ὕπαρξιν. διόπερ εἰκότως ἂν καὶ οὗτος P 35
ὁ τρόπος εἰς ἐποχὴν ἡμᾶς περιάγοι μὴ δυναμένους εἰλικρινῶς ἀποφήνασθαι περὶ τῆς φύσεως τῶν ἐκτὸς ὑποκειμένων.

## Περὶ τοῦ ὀγδόου[k]) τρόπου.

Ὄγδοός ἐστι τρόπος ὁ ἀπὸ τοῦ πρός τι, καθ᾽ ὃν συνάγομεν 135
ὅτι ἐπεὶ πάντα ἐστὶ πρός τι, περὶ τοῦ τίνα ἐστὶν ἁπλῶς[l]) καὶ ὡς πρὸς τὴν φύσιν, ἐφέξομεν. ἐκεῖνο δὲ χρὴ γινώσκειν ὅτι ἐνταῦθα, ὥσπερ καὶ ἐν ἄλλοις, τῷ ἔστι καταχρώμεθα ἀντὶ τοῦ φαίνεται[m]). δυνάμει[n]) τοῦτο λέγοντες, πρός τι πάντα φαίνεται. τοῦτο δὲ διχῶς λέγεται, ἅπαξ μὲν ὡς πρὸς τὸ κρῖνον (τὸ γὰρ ἐκτὸς ὑποκείμενον καὶ κρινόμενον πρὸς τὸ κρῖνον φαίνεται)· καθ᾽ ἕτερον δὲ τρόπον πρὸς τὰ συνθεωρούμενα, ὡς 136
τὸ δεξιὸν πρὸς τὸ ἀριστερόν. ὅτι δὲ πάντα ἐστὶ πρός τι, ἐπελογισάμεθα μὲν καὶ ἔμπροσθεν[o]), οἷον κατὰ τὸ κρῖνον, ὅτι πρὸς τόδε τὸ ζῷον καὶ τόνδε τὸν ἄνθρωπον καὶ τήνδε τὴν αἴσθησιν ἕκαστον φαίνεται καὶ πρὸς τοιάνδε περίστασιν. κατὰ

fuse tantum percipiamus. ideoque non ab re hic etiam modus ad assensionem cohibendam nos redigat, ut qui pure de natura externi cujusque subjecti pronuntiare non valeamus.

## De octavo modo.

135. Octavus est modus Ex relatione ad aliquid, secundum quem colligimus, nos, quum omnia sint ad aliquid, de hoc, quaenam sint per se et secundum naturam suam, assensum retenturos. illud autem sciendum, nos hic sicuti et aliis in locis voce e s t abuti pro eo quod apparet. quum perinde sit ac si diceremus, omnia ad aliquid apparere. hoc autem bifariam dicitur, uno quidem modo, ut ad iudicans. nam externum subiectum et quod diiudicatur, iudicanti apparet: altero autem modo, ad ea quae simul in contemplationem veniunt, ut dextrum ad sinistrum. 136. omnia autem esse ad aliquid, iam in superiobus disputavimus nimirum ad iudicans, quia huic animali et huic homini et huic sensui singula apparent, et pro tali affectione

---

i) *τῶν ἐκτὸς ὑποκειμένων*] *ἐκτὸς* quod in editis exciderat, revocavi ex interprete et mss.

k) *περὶ τοῦ ὀγδόου*] hic Laërtio 9 87 est modorum Scepticorum de- P 35
cimus, Phavorino fuit nonus. sed Aenesidemum in ordine suo secutus Sextus videtur, ut ex eodem Laërtio apparet cujus haec sunt verba: *τὸν ἔνατον (τρόπον) Φαβωρῖνος ὄγδοον. Σέξτος δὲ καὶ Αἰνεσίδημος δέκατον. ἀλλὰ καὶ τὸν δέκατον Σέξτος ὄγδοόν φησι, Φαβωρῖνος δὲ ἔνατον.*

l) *ἁπλῶς*] in ms V et G *ἀπολύτως* sensu eodem. alibi *εἰλικρινῶς, ψιλῶς.*

m) *φαίνεται*] est pro *videtur.* infra sect. 198 et libro contra Ethicos sect. 19.

n) *δυνάμει*] vide ad sect. 10.

o) *καὶ ἔμπροσθεν*] supra sect. 39, ubi ostendit omnes modos scepticos ad unum illum *τῶν πρός τι* referri. atque Gellio etiam teste 11 5 omnes omnino res quae sensus omnium movent *τῶν πρός τι* esse dicunt Sceptici. *id verbum significat, nihil esse quicquam quod ex sese constet, nec quod habeat vim propriam et naturam, sed omnia prorsum ad aliquid referri: taliaque videri esse, qualis sit eorum species dum videntur, qualiaque apud sensus nostros quo pervenerunt creantur: non apud sese, unde profecta sunt.* in eandem sententiam disputat Socrates apud Platonem in Theaeteto.

δὲ τὰ συνθεωρούμενα, ὅτι πρὸς τήνδε τὴν ἐπιμιξίαν καὶ τόνδε τὸν τρόπον καὶ τὴν σύνθεσιν τήνδε καὶ τὴν ποσότητα καὶ τὴν
137 θέσιν ἕκαστον φαίνεται. καὶ ἰδίᾳ δὲ ἐνδέχεται συνάγειν ὅτι πάντα ἐστὶ πρός τι τόνδε τὸν τρόπον· πότερον διαφέρει τῶν πρός τι τὰ κατὰ διαφορὰν [p]) ἢ οὔ; εἰ μὲν οὐ διαφέρει, καὶ αὐτὰ πρός τι ἐστίν· εἰ δὲ διαφέρει, ἐπεὶ πᾶν τὸ διαφέρον πρός τί ἐστιν (λέγεται γὰρ πρὸς ἐκεῖνο οὗ διαφέρει), πρός τί ἐστιν τὰ
138 κατὰ διαφοράν. τῶν δὲ ὄντων τὰ μέν ἐστιν ἀνωτάτω γένη κατὰ τοὺς δογματικούς [q]), τὰ δ' ἔσχατα εἴδη, τὰ δὲ γένη καὶ εἴδη πάντα δὲ ταῦτά ἐστι πρός τι· πάντα ἄρα ἐστὶ πρός τι.
P 36 ἔτι τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστι πρόδηλα τὰ δὲ ἄδηλα, ὥς αὐτοί φασιν [r])· καὶ σημαίνοντα μὲν τὰ φαινόμενα, σημαινόμενα δὲ ὑπὸ τῶν φαινομένων ἄδηλα. ὄψις γὰρ κατ' αὐτοὺς τῶν ἀδήλων τὰ φαινόμενα [s]). τὸ δὲ σημαῖνον καὶ τὸ σημαινόμενόν ἐστι
139 πρός τι· πρός τι ἄρα ἐστὶ πάντα. πρὸς τούτοις τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν ὅμοια, τὰ δὲ ἀνόμοια, καὶ τὰ μὲν ἴσα, τὰ δὲ ἄνισα· ταῦτα δέ ἐστι πρός τι· πάντα ἄρα ἐστὶ πρός τι. καὶ ὁ λέγων

sive habitudine. ad ea autem quae simul in contemplationem veniunt, quia pro hac commistione et pro hoc modo et compositione hac et quantitate et positione unumquodque apparet. 137. sed et propria ratione colligi potest, omnia esse ad aliquid hoc pacto, utrum quae differenter ab aliis et absolute intelliguntur, diversa sunt ab his quae sunt ad aliquid, an non? si diversa non sunt, ergo et ipsa sunt ad aliquid. si autem differunt, quoniam omne quod differt, ad aliquid est (dicitur enim ejus respectu a quo differt) ad aliquid sunt ea quae differenter ab aliis et absolute intelliguntur. 138. iam vero et eorum quae esse habent, alia quidem sunt suprema genera, iuxta Dogmaticos, alia autem infimae species, alia vero et genera et species, omnia autem haec sunt ad aliquid. nihil ergo est quod non sit ad aliquid. praeterea eorum quae existentia sunt, alia sunt manifesta, alia obscura ut ipsi aiunt. et significantia quidem esse ea quae apparent, significari autem ab apparentibus obscura. conspectum enim esse aiunt obscurorum ea quae apparent. quod autem significat et quod significatur, est ad aliquid. omnia igitur sunt ad aliquid. 139. ad haec eorum quae esse habent, alia sunt similia, alia dissimilia: alia rursus aequalia, alia inaequalia. haec autem sunt ad aliquid. omnia igitur sunt ad aliquid. et is quoque qui dicit omnia

---

p) τὰ κατὰ διαφοράν] Dogmatici res omnes dividunt in absolutas et relatas sive relativas, ut in scholis loquimur. relatas vocant τὰ πρός τι, absolutas τὰ κατὰ διαφοράν. Sextus noster libro 2 adversus Logicos sect. 37 et p. 249 ἐπεὶ οὖν δύο εἰσὶ τῶν πραγμάτων διαφοραί, μία μὲν ἡ τῶν κατὰ διαφοράν, δευτέρα δὲ ἡ τῶν πρός τί πως ἐχόντων. videntur autem dici κατὰ διαφοράν, velut quae ita differunt ab aliis rebus ut constent per se, nec ab illis ullo modo dependeant. Sextus itaque ex hoc ipso colligit etiam illas annumerandas esse τοῖς πρός τι sive relatis, quoniam eo ipso quod diversa esse ac differre dicuntur, hoc non absolute de illis affirmatur, sed respectu illarum rerum a quibus ita differunt.

q) κατὰ τοὺς δογματικούς] trita haec in scholis Peripateticorum et tironibus logices notissima.

P 36 r) ὥς αὐτοί φασιν] de eadem distinctione rerum in πρόδηλα et ἄδηλα vide librum 2 adversus Logicos.

s) τὰ φαινόμενα] Salmasius legit κατὰ τὰ φαινόμενα, sed omnes codices cum editis consentiunt, et locum consideranti apparebit nihil esse mutandum.

δὲ μὴ πάντα εἶναι πρός τι βεβαιοῖ τὸ πάντα εἶναι πρός τι. καὶ αὐτὸ γὰρ τὸ εἶναι πάντα πρός τι πρὸς ἡμᾶς εἶναι δείκνυσι, [t]) καὶ οὐ καθόλου, δι' ὧν ἡμῖν ἐναντιοῦται. πλὴν ἀλλ' οὕτω πα- 140
ραστάντων ἡμῶν [u]) ὅτι πάντα ἐστὶ πρός τι, δῆλόν ἐστι τὸ λοιπὸν ὅτι, ὁποῖόν ἐστι ἕκαστον τῶν ὑποκειμένων κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν καὶ εἰλικρινῶς λέγειν οὐ δυνησόμεθα, ἀλλ' ὁποῖον φαίνεται ἐν τῷ πρός τι· ἀκολουθεῖ τὸ περὶ τῆς φύσεως [x]) τῶν πραγμάτων δεῖν ἡμᾶς ἐπέχειν.

## Περὶ τοῦ ἐννάτου τρόπου.

Περὶ δὲ τοῦ κατὰ τὰς συνεχεῖς ἢ σπανίους συγκυρήσεις 141
τρόπου, ὃν ἔννατον εἶναι λέγομεν τῇ τάξει, τοιαῦτά τινα διέξιμεν· ὁ ἥλιος πολλῷ δήπου ἐκπληκτικώτερός ἐστιν ἀστέρος κομήτου. ἀλλ' ἐπεὶ τὸν μὲν ἥλιον συνεχῶς ὁρῶμεν, τὸν δὲ κομήτην ἀστέρα σπανίως, ἐπὶ μὲν τῷ ἀστέρι ἐκπλησσόμεθα, ὥστε καὶ διοσημείαν αὐτὸν εἶναι δοκεῖν [y]), ἐπὶ δὲ τῷ ἡλίῳ [z]) οὐδαμῶς.

**non esse ad aliquid, confirmat omnia esse ad aliquid. nam et hoc ipsum, omnia esse ad aliquid, ad nos esse ostendit, et non generale atque absolutum, siquidem ille nobis adversatur. 140. porro quum ita esse omnia ad aliquid ostendamus, manifestum iam est, nos quale sit unumquodque natura sua et pure, non posse dicere, sed quale appareat in relatione ad aliquid. ideo de rerum natura nos assensum sustinere his consentaneum est.**

## De nono modo.

**141. De modo autem qui est ex crebro aut raro contingentibus (quem ordine nonum esse dicebamus) talia disputamus. sol multo certe maiorem obstupefaciendi vim habet quam stella cometa; sed quoniam solem crebro videmus, raro autem stellam cometam, stella haec ita nos attonitos reddit, ut ea portendi etiam aliquid a diis putemus, at sol non item. quodsi ima-**

---

t) *πρὸς ἡμᾶς εἶναι δείκνυσι*] Sextus ait: quicunque adversus nos contendit, non esse omnia *ἐκ τῶν πρός τι* sive ad aliquid referri sive relationem habere, ille vel invitus confirmat nostram sententiam, dum enim eidem contradicit, docet nobis Scepticis hanc esse, iisque qui nobiscum faciunt peculiarem opinionem, non omnibus communem hominibus, adeoque et ipsam *ἐκ τῶν πρός τι*.

u) *παραστάντων ἡμῶν*] ita pro *περιστάντων* legendum esse, facile mihi Salmasius persuasit.

x) *τὸ περὶ τῆς φύσεως*] idem Salmasius: *ὅτι περὶ τῆς φύσεως*, quod mihi adversus codicum consensum non visum est necessarium: dicitur enim pro *κατὰ τὸ περὶ τῆς φύσεως*, cuius ellipseos exempla passim sunt obvia. [immo constructio est: *ἀκολουθεῖ τὸ δεῖν ἡμᾶς ἐπέχειν περὶ τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων*].

y) *ὥστε καὶ διοσημείαν αὐτὸν εἶναι δοκεῖν*] a cometis significari ventorum intemperantiam atque imbrium Aristoteli visum lib 1 Meteorolog. c. 7, ex quo repetunt idem Seneca 7 28 quaest. Nat. et Plinius lib. 2 hist. c. 25. vide et Arati *διοσημεῖα* v. 360. praeter hanc tempestatis significationem alia longe atrociora mala portendere hominibus cometae iam pridem creduntur, et Claudianum si audimus, *nunquam coelo spectatus impune cometes*, de bello Getico vers. 243. hoc cum multi in dubium vocaverint philosophi prisca recentique aetate, nemo maiore contentione nemo acutius oppugnavit Petro Bailio, cujus cogitata occasione praegrandis cometae qui a. 1680 innumeros suspensos reddidit, Gallice semel iterumque edita leguntur.

z) *ἐπὶ δὲ τῷ ἡλίῳ*] Cicero ad Herennium 3 22 *Solis exortus cursus occasus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt: at eclipses solis mirantur, quia raro accidunt: et solis eclipses magis mirantur, quam lunae, quoniam hae crebriores sunt.*

ἐαν μέντοι γε ἐννοήσωμεν τὸν ἥλιον σπανίως μὲν φαινόμενον,
σπανίως δὲ δυόμενον, καὶ πάντα μὲν ἀθρόως φωτίζοντα, πάντα
δὲ ἐξαίφνης ἐπισκιάζεσθαι ποιοῦντα, πολλὴν ἔκπληξιν ἐν τῷ
142 πράγματι θεωρήσομεν. καὶ ὁ σεισμὸς [a]) δὲ οὐχ ὁμοίως θορυ-
βεῖ τούς τε πρῶτον αὐτοῦ πειρωμένους καὶ τοὺς ἐν ἔθει τούτου
γεγενημένους. πόσην δὲ ἔκπληξιν ἀνθρώπῳ φέρει θάλασσα [b])
πρῶτον ὀφθεῖσα; ἀλλὰ καὶ κάλλος σώματος ἀνθρωπίνου πρῶ-
τον μὲν ἐξαίφνης θεωρούμενον συγκινεῖ μᾶλλον ἡμᾶς ἢ ἐν ἔθει
143 P 37 τοῦ ὁρᾶσθαι *) γένοιτο. καὶ τὰ μὲν σπάνια τίμια εἶναι δοκεῖ,
τὰ δὲ σύντροφα ἡμῖν καὶ ἔυπορα οὐδαμῶς. ἐὰν γοῦν ἐννοήσω-
μεν τὸ ὕδωρ σπανίζον, πόσῳ ἂν τῶν τιμίων εἶναι δοκούντων [c])
ἁπάντων τιμιώτερον ἡμῖν φανείη; ἢ ἐὰν ἐνθυμηθῶμεν τὸν χρυ-
σὸν ἁπλῶς ἐπὶ τῆς γῆς ἐρριμμένον πολὺν παραπλησίως τοῖς
λίθοις [d]), τίνι δόξομεν ἔσεσθαι τοῦτον τίμιον ἢ κατάκλειστον [e])
144 οὕτως; ἐπεὶ οὖν τὰ αὐτὰ πράγματα παρὰ τὰς συνεχεῖς ἢ σπα-
νίους περιπτώσεις ὁτὲ μὲν ἐκπληκτικὰ ἢ τίμια, ὁτὲ δὲ οὐ τοι-
αῦτα εἶναι δοκεῖ, ἐπιλογιζόμεθα ὅτι ὁποῖον μὲν φαίνεται τούτων
ἕκαστον μετὰ συνεχοῦς περιπτώσεως ἢ σπανίας, ἴσως δυνησόμε-
θα λέγειν· ψιλῶς δὲ ὁποῖόν ἐστιν ἕκαστον τῶν ἐκτὸς ὑποκειμέ-

ginemur solem raro apparentem, raro occidentem, et ubi simul omnia illustrarit, deinde repente omnibus rursus tenebras inducentem: reperiemus in hac re unde valde obstupefiamus. 142. sed et terrae motus aliter turbat eos qui tum primum ipsum experiuntur, aliter eos qui illi assuefacti fuerint. quantum vero quis obstupescit ad primum maris conspectum? itidem corporis humani pulchritudo, quae cernitur primum et repente, magis nos commovet, quam quae a nobis cerni solita fuerit. 143. iam et quae rara sunt, habentur in pretio, at ea inter quae vivimus, et ea quae sunt in medio posita, nequaquam. nam si aquam raro reperiri imaginemur, quanto ea pretiosior esse nobis videatur omnibus quae in pretio habemus? aut si imaginemur multum auri temere humi iacere proiectum perinde atque lapides, cui adeo pretiosum ipsum fore existimabimus, aut a quo tam sollicite inclusum et asservatum iri? 144. quum ergo res eaedem ob frequentiam aut raritatem aliquando admiratione dignae aut pretiosae, aliquando vero non tales esse putentur, hinc colligimus, nos, quale appareat horum unumquodque, prout frequenter aut raro contigerit, fortasse dicturos: nude autem et simpli-

---

*a*) *καὶ ὁ σεισμός*] eadem Laërtius 9 87 ex Sexto nostro, ut opinor.
*b*) *φέρει θάλασσα*] malebat Salmasius *ἔφερε* et mox *συνεκίνει*.
[*) *ἂν γένοιτο*?]
P 37 *c*) *τιμίων εἶναι δοκούντων*] sic recte Salmasius, quod codicum mss suffragio video confirmari. male in editis erat *δοκεῖ τῶν*. quae porro de aqua hoc loco Sextus, videntur alludere ad illud Platonis Euthydemo [p. 304 B], laudatum etiam magno Erasmo in adagio *rarum carum: τὸ γὰρ σπάνιον, ὦ Εὐθύδημε, τίμιον, τὸ δὲ ὕδωρ εὐωνότατον ἄριστον ὄν ὡς ἔφη Πίνδαρος.*
*d*) *παραπλησίως τοῖς λίθοις*] de temporibus Salomonis scriptor sacer 3 Reg. 10 27 *καὶ ἔδωκεν ὁ βασιλεὺς τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον ἐν Ἱερουσαλὴμ ὡς λίθους.* eadem leguntur 2 Paralipom. 1 15, 9 27. pro *παραπλησίως* in V et S reperio *παραπλησίῳ.*
*e*) *κατάκλειστον*] Salmasius et Tertullianum de pallio p. 129 observavit non modo Graecis *κατάκλειστον* vocari quicquid ita pretiosum est, ut servari diligenter et haberi sub clave clausumque teneri mereatur sed et latinum scriptorem Appulejum *vestem cataclistam* dixisse pro pretiosa et in arca condi servarique solita. locus est 11 Milesiarum.

νων οὐκ ἴσμεν δυνατοὶ φάσκειν. καὶ διὰ τοῦτον οὖν τὸν τρόπον περὶ αὐτῶν ἐπέχομεν.

### Περὶ δεκάτου τρόπου.

Δέκατός ἐστι τρόπος [f]), ὃς καὶ μάλιστα συνέχει πρὸς τὰ 145
ἠθικά, ὁ παρὰ τὰς ἀγωγὰς καὶ τὰ ἔθη καὶ τοὺς νόμους καὶ τὰς μυθικὰς πίστεις καὶ τὰς δογματικὰς ὑπολήψεις. ἀγωγὴ [g]) μὲν οὖν ἐστιν αἵρεσις βίου ἤ τινος πράγματος περὶ ἕνα ἢ πολλοὺς γινομένη, οἷον περὶ Διογένην ἢ τοὺς Λάκωνας. νόμος δέ 146
ἐστιν ἔγγραφος συνθήκη [h]) παρὰ τοῖς πολιτευομένοις, ἣν ὁ παραβαίνων κολάζεται. ἔθος δὲ ἢ συνήθεια (οὐ διαφέρει γάρ) πολλῶν ἀνθρώπων κοινὴ πράγματός τινος παραδοχή, ἣν ὁ παραβὰς οὐ πάντως κολάζεται· οἷον νόμος ἐστὶ τὸ μὴ μοιχεύειν, ἔθος δὲ ἡμῖν τὸ μὴ δημοσίᾳ γυναικὶ μίγνυσθαι. μυθικὴ δὲ 147
πίστις ἐστὶ πραγμάτων ἀγενήτων τε καὶ πεπλασμένων παραδοχή, οἷά ἐστιν ἄλλα τε καὶ τὰ περὶ τοῦ Κρόνου [i]) μυθευόμενα· ταῦτα γὰρ πολλοὺς εἰς πίστιν ἄγει. δογματικὴ δέ ἐστιν ὑπόληψις παραδοχὴ πράγματος δι' ἀναλογισμοῦ ἤ τινος ἀποδείξεως κρατύνεσθαι δοκοῦσα· οἷον ὅτι ἄτομά ἐστι τῶν ὄντων στοιχεῖα ἢ ὁμοιομερῆ, ἐλάχιστα [k]) ἤ τινα ἄλλα. ἀντιτίθεμεν P 38 148

**citer, quale sit unumquodque externorum subiectorum, minime. itaque propter hunc etiam modum de illis assensum retinemus.**

### De decimo modo.

**145. Decimus vero modus ad moralia maxime spectat, quippe qui sit ex institutis et consuetudinibus et legibus fabulosisque persuasionibus ac dogmaticis opinionibus. institutum igitur est electio vitae aut alicuius rei quae ab uno aut a multis suscipitur, ut a Diogene aut Lacedaemoniis. 146. lex autem est pactum scriptum a rei publicae moderatoribus, quod qui transgreditur, punitur. mos autem vel consuetudo (nihil enim differunt) est communi multorum assensu rei alicuius comprobatio, quam qui transgreditur, non protinus etiam punitur; verbi gratia, lex est, non committendum esse adulterium, consuetudo autem nobis, non congredi cum uxore in propatulo. 147. fabulosa autem persuasio est fictarum rerum et quae numquam fuerunt, approbatio, qualia sunt cum alia tum eae quae de Saturno narrantur fabulae; hae enim apud vulgus fidem impetrant. dogmatica autem opinio est approbatio alicuius rei quae ratiocinatione aut aliqua demonstratione confirmari videtur; verbi gratia, atoma sive individua esse omnium rerum elementa, aut similaribus partibus constantia, minima, aut aliqua alia. 148. opponimus autem horum generum unumquodque, interdum quidem sibi ipsi, interdum cuivis alio-**

---

*f*) Δέκατός ἐστι τρόπος] Laërtio quintus, quem si placet vide 9 83.

*g*) ἀγωγὴ] duo genera ἀγωγῆς hoc loco Sextus facit, unum περὶ ἕνα, uno magistro, v. g. si quis Diogenis Cynici institutum sequatur, cui infra opponit institutum Aristippi. aliud περὶ πολλούς, ut si quis austeram Laconum disciplinam, qua iuvenes illi instituebant, colat. de hac Spartanorum ἀγωγῇ (cui mollior Italorum infra opponitur) videndus Io. Meursius in Miscellaneis Laconicis, et Ez. Spanhemius ad orat. 1 Iuliani p. 98.

*h*) νόμος ἔγγραφος συνθήκη] sic et Aristoteles 3. Politic. confer Laërtium 3 86.

*i*) τὰ περὶ τοῦ Κρόνου] infra sect. 154 et lib. 3 c. 24. mox γὰρ post ταῦτα reposui ex mss.

*k*) ὅτι ἄτομα - - ἢ ὁμοιομερῆ, ἐλάχιστα] prima Democriti et Epicuri,

δὲ τούτων ἕκαστον ὁτὲ μὲν ἑαυτῷ ὁτὲ δὲ τῶν ἄλλων ἑκάστῳ, οἷον ἔθος μὲν ἔθει οὕτως· τινὲς τῶν Αἰθιόπων στίζουσι τὰ βρέφη [l]), ἡμεῖς δ' οὔ· καὶ Πέρσαι μὲν ἀνθοβαφεῖ ἐσθῆτι καὶ ποδήρει [m]) χρῆσθαι νομίζουσιν εὐπρεπὲς εἶναι, ἡμεῖς δὲ ἀπρεπές· καὶ οἱ μὲν Ἰνδοὶ [n]) ταῖς γυναιξὶ δημοσίᾳ μίγνυνται, οἱ δὲ
149 πλεῖστοι τῶν ἄλλων αἰσχρὸν τοῦτο εἶναι ἡγοῦνται. νόμον δὲ νόμῳ οὕτως ἀντιτίθεμεν· παρὰ μὲν τοῖς Ῥωμαίοις [o]) ὁ τῆς πατρῴας ἀποστὰς οὐσίας οὐκ ἀποδίδωσι τὰ τοῦ πατρὸς χρέα, παρὰ δὲ τοῖς Ῥοδίοις [p]) πάντως ἀποδίδωσι· καὶ ἐν μὲν Ταύροις τῆς Σκυθίας [q]) νόμος ἦν τοὺς ξένους τῇ Ἀρτέμιδι καλλιερεῖσθαι, παρὰ
150 δὲ ἡμῖν ἄνθρωπον ἀπείρηται πρὸς ἱερῷ φονεύεσθαι· ἀγωγὴν δὲ ἀγωγῇ, ὅταν τὴν Διογένους ἀγωγὴν ἀντιτιθῶμεν τῇ τοῦ Ἀριστίππου, ἢ τὴν τῶν Λακώνων τῇ τῶν Ἰταλῶν. μυθικὴν δὲ πί-

rum, exempli gratia consuetudinem quidem consuetudini sic: aliqui Aethiopum notis quibusdam infantes compungunt, nos autem minime. et Persae veste variis coloribus picta et talari uti decorum esse existimant, nos autem indecorum. item Indi quidem cum uxoribus in propatulo congrediuntur, alii autem plurimi hoc turpe existimant. 149. legem autem legi sic opponimus: apud Romanos quidem qui paternis bonis renunciat non persolvit patris nomina, apud Rhodios autem persolvere cogitur. et in Tauris Scythiae lex erat peregrinos Dianae immolari, apud nos autem hominem in templo interfici vetitum est. 150. institutum autem instituto, quum Diogenis institutum opponimus Aristippi instituto, aut Lacedaemoniorum institutum Italorum instituto. fabulosam autem persuasionem persuasioni fabulosae, quum

---

altera Anaxagorae, tertia Diodori Croni fuit sententia, ut noster infra lib. 3 cap. 4.

P 38 *l*) στίζουσι τὰ βρέφη] de hoc more Aethiopum infantes suos cauterio inurentium, qui etiamnum apud eos vigere traditur, videndus Iosephus Scaliger 7 de emendatione temporum p. 682. vide etiam si lubet quae dixi lib. 1 Bibliothecae Graecae cap. 32 p. 211. caeterum quae hoc loco et infra lib. 3 sect. 199 seq. de variis et pugnantibus populorum consuetudinibus noster colligit, illa plurimum haud dubie augeri possent, si exstarent Chrysippi in omni memoria (ut ait Cicero lib. 1 c. 45 Tusc.) curiosi viri, sex libri κατὰ συνηθείας, in quibus Stoici iactabant plura esse in medium allata quam omnes usquam Academici adversus consuetudinem et sensuum iudicium disputassent. aitque Plutarchus p. 1036 de Stoicorum repugnantiis, Chrysippum se ipso fuisse inferiorem cum aliud opus pro afferenda consuetudine recepta vindicandoque sensuum iudicio edidisset.

*m*) ἀνθοβαφεῖ ἐσθῆτι καὶ ποδήρει] vide quae infra ad lib. 3 sect. 204 tum viri docti ad Iustinum 12, 3 8 et Curtium 6 6 4 et illustris Ezech. Spanhemius ad Aristophanis Plutum v. 530.

*n*) οἱ μὲν Ἰνδοὶ] infra lib. 3 cap. 34.

*o*) παρὰ μὲν τοῖς Ῥωμαίοις] lege 20 Digestis de acquirenda et omittenda hereditate (lib. 29 tit. 2.).

*p*) παρὰ δὲ τοῖς Ῥοδίοις] notat hanc inter alias complures Rhodiorum leges Iohannes Meursius lib. 1 de Rhodo cap. 21.

*q*) ἐν μὲν Ταύροις τῆς Σκυθίας] Ammianus Marcellinus 22 8 de Tauricae insulae incolis: *diis hostiis litantes humanis et immolantes advenas Dianae quae apud eos dicitur Oreiloche* (Ὀρειλοχία apud Antoninum Liberalem c. 27.) *caesorum capita fani parietibus praefigebant, velut fortium perpetua monumenta facinorum.* confer nostrum infra 3 24.

στιν πίστει μυθικῇ, ὅταν ὅπου μὲν τὸν Δία μυθεύεσθαι [r]) πα-
τέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε, ὅπου δὲ τὸν Ὠκεανὸν λέγοντες [*]),

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν [s]) καὶ μητέρα Τηθύν.

δογματικὰς δὲ ὑπολήψεις ἀλλήλαις ἀντιτίθεμεν, ὅταν λέγωμεν 151
τοὺς μὲν ἓν εἶναι στοιχεῖον [t]) ἀποφαίνεσθαι, τοὺς δὲ ἄπειρα,
καὶ τοὺς μὲν θνητὴν τὴν ψυχήν, τοὺς δὲ ἀθάνατον, καὶ τοὺς
μὲν προνοίᾳ θεῶν διοικεῖσθαι τὰ καθ' ἡμᾶς, τοὺς δὲ ἀπρο-
νοήτως. τὸ ἔθος δὲ τοῖς ἄλλοις ἀντιτίθεμεν οἷον νόμῳ μέν, 152
ὅταν λέγωμεν παρὰ μὲν Πέρσαις [u]) ἔθος εἶναι ἀρρενομιξίαις χρῆ-
σθαι, παρὰ δὲ Ῥωμαίοις ἀπαγορεύεσθαι νόμῳ τοῦτο πράττειν·
καὶ παρ' ἡμῖν μὲν τὸ μοιχεύειν ἀπειρῆσθαι, παρὰ δὲ Μασσα- P 39
γέταις [x]) ἀδιαφορίας ἔθει παραδεδόσθαι, ὡς Εὔδοξος ὁ Κνίδιος
ἱστορεῖ ἐν τῷ πρώτῳ τῆς περιόδου. καὶ παρ' ἡμῖν μὲν ἀπη-
γορεῦσθαι μητράσι μίγνυσθαι, παρὰ δὲ τοῖς Πέρσαις ἔθος εἶ-
ναι μάλιστα οὕτως γαμεῖν [y]). καὶ παρ' Αἰγυπτίοις [z]) δὲ τὰς

**dicimus interdum Iovem in fabulis appellari patrem hominumque deumque, interdum vero Oceanum ut**

***Oceanum divum patrem matrem quoque Tethyn.***

**151. dogmaticas autem opiniones inter se opponimus, quum dicimus alios unum esse elementum pronunciare, alios infinita, et alios mortalem esse animam, alios immortalem, et alios quidem providentia deorum gubernari quae apud nos sunt, alios autem providentia nulla regi affirmare. 152. consuetudinem autem aliis generibus opponimus ut legi, quum dicimus apud Persas quidem consuetudinem esse uti venere mascula, apud Romanos autem lege prohibitum esse eius usum. item apud nos adulterium vetitum esse, apud Massagetas autem consuetudine illud receptum esse, tamquam rem indifferentem, ut Eudoxus Cnidius in primo libro circuitionis sive descriptionis terrae commemorat. et apud nos vetitum esse cum matre concumbere, Persarum autem moribus vel maxime permitti hoc coniugium. et apud Aegyptios cum**

r) *τὸν Δία μυθεύεσθαι*] male editum erat *διαμυθεύεσθαι*. notum Homero et Orpheo Iovem dici *πατέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε*, quod imitatus Ennius et ex Ennio Virgilius

*divum pater atque hominum rex.*

[*) immo: *λέγωμεν*.]

s) *Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν*] Iliad ξ 201, ex quo loco Virgilius 4 Georgic. 382 *Oceanum patrem rerum* dixit. per matrem Thetyn terram intelligi notat ad Homeri locum Eustathius. *γένεσις* causam materialem denotat, ut Barnesius docet ex illo: *ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσέων.*

t) *τοὺς μὲν ἓν εἶναι στοιχεῖον*] de his qui unum vel plura vel etiam innumerabilia dixere elementa, noster infra lib. 3 sect. 30 seq. et lib. 2 contra Physicos.

u) *παρὰ μὲν Πέρσαις*] non Persis sed confinibus *Καρμανοῖς* hoc tribuit noster infra 3 sect. 199. atque diserte Curtius 10 3 *non moris esse Persis mares ducere qui stupro effeminarentur.* et Ammianus 23 ult. *puerilium stuprorum expertes* esse Persas testatur.

x) *παρὰ δὲ Μασσαγέταις*] idem de Massagetis atque eodem Eudoxi P 39
libro laudato tradit Laërtius 9 83. Eudoxi *περίοδος τῆς γῆς* pluribus constabat libris, nam sextum Athenaeus, septimum Porphyrius laudat.

y) *μάλιστα οὕτως γαμεῖν*] multa de hoc Persarum incesto more viri docti ad Curtium 8 2 19. Menagius ad prooemium Laërtii c. 7 et Iohannes Seldenus 7 12 de iure Naturae secundum mores Hebraeorum.

z) *καὶ παρ' Αἰγυπτίοις*] vide quae viri docti ad haec Minucii Felicis in Octavio c. 31 *ius est apud Persas misceri cum matribus: Aegyptiis et Athenis cum sororibus legitima connubia.* vide etiam Desiderium Heral-

153 ἀδελφὰς γαμοῦσιν, ὃ παρ' ἡμῖν ἀπείρηται νόμῳ. ἀγωγῇ δὲ
ἔθος ἀντιτίθεται, ὅταν οἱ μὲν πολλοὶ ἄνθρωποι ἀναχωροῦντες
μιγνύωνται ταῖς ἑαυτῶν γυναιξί, ὁ δὲ Κράτης τῇ Ἱππαρχίᾳ [a])
δημοσίᾳ. καὶ ὁ μὲν Διογένης ἄπο ἐξωμίδος [b]) περιῄει, ἡμεῖς δὲ
154 ὡς εἰώθαμεν. μυθικῇ δὲ πίστει, ὡς ὅταν λέγωσιν οἱ μῦθοι ὅτι
ὁ Κρόνος κατήσθιεν αὑτοῦ τὰ τέκνα, ἔθους ὄντος ἡμῖν προ-
νοεῖσθαι παίδων. καὶ παρ' ἡμῖν μὲν συνήθεια ὡς ἀγαθοὺς καὶ
ἀπαθεῖς κακῶν σέβειν τοὺς θεούς, τιτρωσκόμενοι [c]) δὲ καὶ φθο-
155 νοῦντες ἀλλήλοις [d]) ὑπὸ τῶν ποιητῶν εἰσάγονται. δογματικῇ
δὲ ὑπολήψει, ὅταν ἡμῖν μὲν ἔθος ᾖ παρὰ θεῶν αἰτεῖν τὰ
ἀγαθά, ὁ δὲ Ἐπίκουρος λέγει μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἡμῶν τὸ θεῖον.
P 40 καὶ ὅταν ὁ μὲν Ἀρίστιππος [e]) ἀδιάφορον ἡγῆται τὸ γυναικείαν
ἀμφιέννυσθαι στολήν, ἡμεῖς δὲ αἰσχρὸν [f]) τοῦτο ἡγώμεθα εἶναι.

**sororibus contrahunt nuptias, quod apud nos lege interdictum est. 15'. instituto autem consuetudo opponitur, ut quum vix quisquam reperiatur qui non secedat congressurus cum uxore, Crates tamen cum Hipparchia in publico congrediatur. et Diogenes quidem brachio extra pallium exserto tunica nulla indutus obambulabat, nos autem consueto more utimur. 154. fabulosae autem persuasioni, ut quod dicunt fabulae comedisse Saturnum suos liberos, quum mos sit apud nos liberorum curam gerere. et nos quidem consuevimus venerari deos ut bonos nullisque malis obnoxios, at vulnerari et invidere alium alii inducuntur a poëtis. 155. dogmaticae autem opinioni, quum nobis quidem mos sit a diis bona petere, Epicurus autem deum curam nostri gerere neget. item quum Aristippus rem indifferentem esse existimet vestem muliebrem gestare, nos autem illud turpe esse existimemus. 156 in-**

---

dum lib. 1 Adversariorum capite 12, Henr. Valesium ad Excerpta Peiresciana p. 12.

*a*) *ὁ δὲ Κράτης τῇ Ἱππαρχίᾳ*] idem de Cratete Cynico repetit noster infra 3 24 et testantur Laërtius 6 97, Lactantius, Theodoritus aliique.

*b*) *ἄπο ἐξωμίδος*] pallio solo, tunica nulla utebatur Diogenes Cynicus, illudque pallium ita humero dextro subiiciebat, ut ipse humerus exsertus ac nudus exstaret, quemadmodum docet Salmasius ad Tertulliani de pallio librum p. 213, 372 et 395. atque luculentius patet ex Diogenis Cynici imagine apud Fulvium Ursinum. dicitur autem *ἐξωμίς* vestimentum quod *ὦμον* sive humerum relinquit exsertum sive *ἐξέχοντα*. Gellius 7 12 exomidas vocat *citra humerum desinentes*, Festus: *exsertis humeris*. speciatim de philosophis Cynicis Diogenis habitum imitantibus Chrysostomus homil. 2 in epist. ad Romanos: *οἱ τοὺς βαθεῖς πώγωνας ἕλκοντες καὶ τὰς ἐξωμίδας ἀναβεβλημένοι*.

*c*) *τιτρωσκόμενοι*] ita apud Homerum de vulnerata Venere Iliad. *ε*. 339 *ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο Ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι*.

*d*) *φθονοῦντες ἀλλήλοις*] huius quoque rei frequentia apud Homerum exstant exempla. ac notum sane non poëtas modo sed et alios scriptores diis invidiam tribuisse, neque adversus se invicem tantum, sed etiam erga res humanas, qua permoti sublimem fortunam deiicerent summaque imis mutarent. vide Xerxis orationem apud Herodotum 4
10 p. 388. huius opinionis etiam in Christianis scriptoribus vestigia no-
P 40 tant Casaubonus ad Epistolam Gregorii Nysseni p. 70 seq. et Lud. An-
tonius Muratorius in Anecdotis Graecis p. 23.

*e*) *Ἀρίστιππος*] vide infra 3 24.

*f*) *ἡμεῖς δὲ αἰσχρόν*] apud Graecos Romanosque et plerasque omnes gentes cultiores turpe habitum promiscuas viris et feminis gestari vestes, ut notant viri docti ad Deuteronom. 22 5 et ad Tacitum 3 Annal. 53 6, videndus etiam Berneggerus quaest. 89 ad verba Taciti de

*ἀγωγὴν δὲ ἀντιτίθεμεν νόμῳ μὲν οὕτως· νόμου ὄντος μὴ ἐξεῖ-* 156
*ναι τύπτειν* [g]) *ἄνδρα ἐλεύθερον καὶ εὐγενῆ, οἱ παγκρατιασταὶ* [h])
*τύπτουσιν ἀλλήλους διὰ τὴν ἀγωγὴν τοῦ κατ' αὐτοὺς βίου· καὶ*
*ὅταν ἀπειρημένου τοῦ ἀνδροφονεῖν οἱ μονομάχαι ἀναιρῶσιν ἀλ-*
*λήλους διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. μυθικὴν δὲ πίστιν ἀγωγῇ ἀντι-* 157
*τίθεμεν, ἐπειδὰν λέγωμεν ὅτι οἱ μὲν μῦθοι παρὰ τῇ Ὀμφάλῃ*
*τὸν Ἡρακλέα λέγουσιν*

*εἴριά τε ξαίνειν* [i]) *καὶ δουλοσύνης ἀνέχεσθαι,*

*καὶ ταῦτα ποιῆσαι ἅπερ οὐδ' ἂν μετρίως προῃρημένος ἐποίησεν*
*ἄν τις. ἡ δὲ ἀγωγὴ τοῦ βίου τοῦ Ἡρακλέος ἦν γενναία. δο-* 158
*γματικῇ δὲ ὑπολήψει, ὅταν οἱ μὲν ἀθληταὶ ὡς ἀγαθοῦ τῆς*
*δόξης ἀντιποιούμενοι ἐπίπονον ἀγωγὴν βίου δι' αὐτὴν ἐπαναι-*
*ρῶνται, πολλοὶ δὲ τῶν φιλοσόφων φαῦλον εἶναι τὴν δόξαν* [k])
*δογματίζωσι. τὸν νόμον ἀντιτίθεμεν μυθικῇ μὲν πίστει, ὅταν* 159
*οἱ μὲν ποιηταὶ εἰσάγωσι τοὺς θεοὺς καὶ μοιχεύοντας καὶ ἀρρε-*
*νομιξίαις* [l]) *χρωμένους, νόμος δὲ παρ' ἡμῖν κωλύει ταῦτα πράτ-*

**stitutum autem opponimus legi quidem sic, quum lex sit non licere pulsare hominem liberum et nobilem, bonis parentibus prognatum, pancratiastae alii alios pulsant propter vitae suae institutum. item quum vetitum sit homicidium, gladiatores alii alios interficiunt ob eandem causam. 157 fabulosam autem persuasionem instituto opponimus, quum dicimus fabulis quidem proditum esse Herculem apud Omphalen *lanas carpsisse atque iugum servile tulisse* et prorsus effeminati hominis opera egisse at institutum vitae Herculis generosum fuisse. 158. dogmaticae autem opinioni, quum athletae quidem gloriae ut rei bonae studio adducti propterea laboriosum vitae institutum deligant, multorum autem philosophorum dogma sit in rebus contemnendis habendam esse gloriam. 159. legem vero fabulosae persuasioni opponimus, quum poëtae inducant deos adulteria committentes et praeposteram venerem exercentes, lex autem apud nos haec facere prohibeat. 160. do-**

---

Germanis 17 2 *nec alius feminis quam viris habitus.* Guil. Beveregius ad canonem Gangrensem 13. Laërtius in Platone 3 86 pariter *ἀγράφῳ νόμῳ* vetari scribit nudum procedere in publicum et virum muliebri veste uti.

*g*) *μὴ ἐξεῖναι τύπτειν*] notum illud Ciceronis quinto in Verrem c. 66 *facinus est vinciri civem Romanum, scelus verberari, prope parricidium necari.*

*h*) *παγκρατιασταὶ*] non quinquertiones hoc loco intelliguntur sed certatores pugno ferientes et calce atque erecto corpore invicem percutientes sive pellentes plaga ac *πυκτομαχοῦντες*, ut ex Aristotele Quintiliano Luciano ac Suida hoc vocabulum interpretantur viri docti. vide ne alios iam tibi laudem, Samuelis Pitisci Lexicon Antiquitatum Romanarum. vide et infra lib. 3 sect. 212.

*i*) *εἴριά τε ξαίνειν*] versus Homeri Odyss. X 423.

*k*) *φαῦλον εἶναι τὴν δόξαν*] vanum et volatile quiddam auraque mobilius, ut verbis dicam Senecae epist. 113.

*l*) *ἀρρενομιξίαις*] Theophilus Antiochenus: *ἔτι μὲν καὶ τὰς στυγητὰς ἀρρενοκοιτίας εἰσηγήσαντο. καὶ πρώτους γε τοὺς θεοὺς κηρύσσουσιν ἐν ἀρρήτοις μίξεσιν συγγίνεσθαι.* Paulinus poëmate ultimo adversus gentes vers. 62 de Iove: *puerique nefandos venit in amplexus.* Augustinus 4 25 de C. D. *iste* (Iupiter) *alienarum dicitur adulterator uxorum. iste pueri pulchri* (Ganymedis) *impudicus amator et raptor.*

160 τειν. δογματικῇ δὲ ὑπολήψει, ὅταν οἱ μὲν περὶ Χρύσιππον[m])
ἀδιάφορον εἶναι λέγωσι τὸ μητράσιν ἢ ἀδελφαῖς μίγνυσθαι, ὁ
161 δὲ νόμος ταῦτα κωλύει. μυθικὴν δὲ πίστιν δογματικῇ ὑπολή-
ψει ἀντιτίθεμεν, ὅταν οἱ μὲν ποιηταὶ λέγωσι τὸν Δία[n]) κατελ-
θόντα θνηταῖς γυναιξὶ μίγνυσθαι, παρὰ δὲ τοῖς Δογματικοῖς
162 ἀδύνατον τοῦτο εἶναι νομίζηται, καὶ ὁ μὲν ποιητὴς[o]) λέγῃ ὅτι
Ζεὺς διὰ τὸ πένθος τὸ ἐπὶ Σαρπηδόνι αἱματοέσσας ψεκάδας
κατέχευεν ἔραζε, δόγμα μέντοι φιλοσόφων ἀπαθὲς εἶναι τὸ θεῖον.
καὶ ὅταν τὸν τῶν Ἱπποκενταύρων μῦθον ἀναιρῶσιν ἀνυπαρξίας
P 41 παράδειγμα[p]) τὸν Ἱπποκένταυρον ἡμῖν φέροντες. πολλὰ μὲν
163 οὖν καὶ ἄλλα ἐνῆν καθ' ἑκάστην τῶν προειρημένων ἀντιθέσεων
λαμβάνειν παραδείγματα, ὡς ἐν συντόμῳ δὲ λόγῳ ταῦτα ἀρκέ-
σει. πλὴν τοσαύτης ἀνωμαλίας πραγμάτων καὶ διὰ τούτου τοῦ
τρόπου[q]) δεικνυμένης, ὁποῖον μέν ἐστι τὸ ὑποκείμενον κατὰ
τὴν φύσιν οὐχ ἕξομεν λέγειν, ὁποῖον δὲ φαίνεται πρὸς τήνδε τὴν
ἀγωγὴν ἢ πρὸς τόνδε τὸν νόμον ἢ πρὸς τόδε τὸ ἔθος καὶ
τῶν ἄλλων ἕκαστον. καὶ διὰ τοῦτον οὖν[r]) περὶ τῆς φύσεως
τῶν ἐκτὸς ὑποκειμένων πραγμάτων ἐπέχειν ἡμᾶς ἀνάγκη. οὕτω
μὲν οὖν διὰ τῶν δέκα τρόπων καταλήγομεν εἰς τὴν ἐποχήν.

gmaticae autem opinioni, quum Chrysippus indifferens esse dicat cum matre aut sorore congredi, lex autem haec vetet. 161. fabulosam vero persuasionem dogmaticae opinioni opponimus, quum dicunt poëtae Iovem descendere et cum mortalibus mulieribus congredi, apud Dogmaticos autem hoc esse impossibile existimetur 162. item cum dicat poëta Iovem prae luctu et maerore quem ob Sarpedonem conceperat sanguineas in terram guttas fudisse, at dogma philosophorum sit nullis passionibus obnoxium esse deum. item quum fabulam de Hippocentauris tollunt Hippocentaurum afferentes in exemplum rei haud existentis. 163. multa quidem certe alia in unaquaque supra dictarum oppositionum poterant exempla sumi, sed ut in compendiaria tractatione haec satis esse poterunt. porro quum tanta rerum discrepantia etiam per hunc modum ostendatur, quale quidem natura sit subiectum dicere non poterimus, sed duntaxat quale videatur ad hoc institutum aut ad hanc legem aut ad hunc morem et aliorum unumquodque. itaque propter hunc quoque modum de natura externorum subiectorum retinere nos assensum necesse fuerit. sic ergo per decem hos modos ad assensus retentionem redigimur.

---

m) οἱ μὲν περὶ Χρύσιππον] Chrysippus in opere de republica. vide infra lib. 3 sect. 205.

n) τὸν Δία] epigramma vetus:

*Ζεὺς κύκνος ταῦρος σάτυρος χρυσὸς δι' ἔρωτα*
*Λήδης Εὐρώπης Ἀντιόπης Δανάης.*

nota haec e Clemente Alex. Tertulliano, Commodiano, Arnobio et aliis adversus gentes scriptoribus Christianis, nec minus ex poëtis ipsis et mythographis ethnicorum.

o) ὁ μὲν ποιητής] Homerus Iliad. π. 459.

p) ἀνυπαρξίας παράδειγμα] philosophi frequenter in exemplum rei fictae ac commentitiae afferre solent tragelaphos chimaeras hippocentauros.

P 41 q) καὶ διὰ τούτου τοῦ τρόπου] τούτου restitui ex mss.

r) καὶ διὰ τοῦτον οὖν] intellige τρόπον. licet V habet διὰ τούτων, ut ad proxima referatur, ἀγωγήν, νόμον, ἔθος. sed familiare nostro est ut ad τρόπον unumquemque ita concludat. sic sect. 128 καὶ κατὰ τοῦτον οὖν τὸν τρόπον ὁρῶμεν. sect. 117 καὶ ὡς ἐπὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ.

## ΚΕΦ. ιε'.

### Περὶ τῶν πέντε τρόπων.

Οἱ δὲ νεώτεροι Σκεπτικοὶ [s]) παραδιδόασι τρόπους τῆς ἐπο- 164
χῆς πέντε τούσδε· πρῶτον τὸν ἀπὸ τῆς διαφωνίας, δεύτερον
δὲ εἰς ἄπειρον ἐκβάλλοντα, τρίτον τὸν ἀπὸ τοῦ πρός τι, τέταρ-
τον τὸν ὑποθετικόν, πέμπτον τὸν διάλληλον. καὶ ὁ μὲν ἀπὸ 165
τῆς διαφωνίας [t]) ἐστὶ καθ' ὃν περὶ τοῦ προτεθέντος πράγματος
ἀνεπίκριτον στάσιν παρά τε τῷ βίῳ καὶ παρὰ τοῖς φιλοσόφοις
εὑρίσκομεν γεγενημένην, δι' ἣν οὐ δυνάμενοι αἱρεῖσθαί τι ἢ
ἀποδοκιμάζειν καταλήγομεν εἰς ἐποχήν. ὁ δὲ ἀπὸ τῆς εἰς ἄπει- 166
ρον ἐκπτώσεώς [u]) ἐστιν, ἐν ᾧ τὸ φερόμενον εἰς πίστιν τοῦ προτε-
θέντος πράγματος πίστεως ἑτέρας χρῄζειν λέγομεν, κἀκεῖνο ἄλλης καὶ

## CAP. XV.

### De quinque modis.

**164.** Sceptici autem aetate posteriores hos quinque modos suadendae assensus retentionis tradunt: primum, qui est a dissidentia; secundum, qui in infinitum reiicit; tertium, qui est a relatione ad aliquid; quartum, hypotheticum sive ex suppositione aliqua; quintum diallelum, sive unum mutuo ex altero vitiose adstrui observantem. **165.** et modus quidem a dissidentia est, per quem de re proposita comperimus discrepantiam indiiudicatam et in vita et apud philosophos fuisse, propter quam quum nihil aut probare aut improbare possimus, ad assensum cohibendum devenimus. **166.** is autem qui in infinitum delabitur est, in quo id quod in confirmationem rei propositae affertur altera confirmatione egere dicimus, et illud alia et usque in infinitum,

---

s) *οἱ δὲ νεώτεροι Σκεπτικοί*] uti antiquiores Sceptici Sexto sunt *Pyrrho*, qui trecentis et quinquaginta annis Christum hominem natum antecessit, Pyrrhonisque discipuli *Timon Hecataeus Eurylochus Nausiphanes*: Timonis *Dioscorides* Cyprius, *Nicolochus* Rhodius, *Praylus* e Troade et *Euphranor* Seleucius, et Euphranoris *Eubulus* Alexandrinus, tum *Ptolemaeus* Cyrenaeus qui audivit Eubulum, *Heraclidesque* et *Sarpedo* discipuli Ptolemaei, et *Aenesidemus* Gnosius Heraclidis auditor, quem Aristocles apud Eusebium 14 18 praeparat. evangelicae ait *ἐχθὲς καὶ πρῴην* philosophiam Scepticam Alexandriae *ἀναζωπυρῆσαι*. sic recentiores Sceptici nostro appellantur qui post Aenesidemum disciplinam Scepticam locupletarunt, uti hoc loco speciatim innuitur *Agrippa* qui non modo post *Zeuxippum* Aenesidemi, *Zeuxin* Zeuxippi, sed et *Antiochum* Laodicenum Zeuxidis discipulum et *Apellam* scripsit. laudat enim Laërtius 9 106 Antiochum et Apellam *ἐν τῷ Ἀγρίππᾳ*, hoc est in Agrippae scriptis allegatos. caeterum Agrippam peculiariter hoc loco a Sexto respici constat ex eodem Laërtio sect. 88, qui cum decem *τρόπους* Scepticos paucis explicasset, subiungit: *οἱ δὲ περὶ Ἀγρίππαν τούτοις ἄλλους πέντε προσεισάγουσι, τόν τε ἀπὸ τῆς διαφωνίας καὶ τὸν εἰς ἄπειρον ἐκβάλλοντα καὶ τὸν πρός τι καὶ τὸν ἐξ ὑποθέσεως καὶ τὸν δι' ἀλλήλων.* Antiochum illum ab Agrippa laudatum audivere *Menodotus* Nicomediensis, medicus empiricus, et *Theodas* Laodicenus: Menodotum *Herodotus* Tarsensis, Herodotum Sextus noster, Sextum *Saturninus* Cythenas, medicus empiricus.

t) *ὁ μὲν ἀπὸ τῆς διαφωνίας*] hoc modo a diversa hominum etiam sapientum inter se dissidentium opinione petito frequentissime noster utitur, addens hinc non posse dogmaticum sibi de sententiis aut rebus controversis iudicium arrogare, cum sit ipse *τῆς διαφωνίας* sive controversiae portio, atque una ex partibus litigantibus. vide supra sect. 59. 90.

u) *ἀπὸ τῆς εἰς ἄπειρον ἐκπτώσεως*] etiam hac libenter uti nostrum apparet ex sect. 122 lib. 2 c. 13 et aliis locis quam pluribus.

μέχρις ἀπείρου, ὡς μὴ ἐχόντων ἡμῶν πόθεν ἀρξόμεθα τῆς
167 κατασκευῆς τὴν ἐποχὴν ἀκολουθεῖν. ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ πρός τι κα-
θὼς προειρήκαμεν x)), ἐν ᾧ πρὸς μὲν τὸ κρῖνον καὶ τὰ συν-
P 42 θεωρούμενα, y) τοῖον ἢ τοῖον φαίνεται τὸ ὑποκείμενον, ὁποῖον
168 δέ ἐστι πρὸς τὴν φύσιν, ἐπέχομεν. ὁ δὲ ἐξ ὑποθέσεώς z) ἐστιν,
ὅταν εἰς ἄπειρον ἐκβαλλόμενοι οἱ Δογματικοὶ ἀπό τινος ἄρξων-
ται ὃ οὐ κατασκευάζουσι, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ ἀναποδείκτως κατὰ
169 συγχώρησιν λαμβάνειν ἀξιοῦσιν· ὁ δὲ διάλληλος a) τρόπος συνίστα-
ται, ὅταν τὸ ὀφεῖλον τοῦ ζητουμένου πράγματος εἶναι βεβαιωτι-
κὸν χρείαν ἔχῃ τῆς ἐκ τοῦ ζητουμένου πίστεως, ἔνθα μηδέτε-
ρον δυνάμενοι λαβεῖν πρὸς κατασκευὴν θατέρου περὶ ἀμφοτέρων
ἐπέχομεν. ὅτι δὲ πᾶν τὸ ζητούμενον εἰς τούτους ἀνάγειν τοὺς
170 τρόπους ἐνδέχεται διὰ βραχέων ὑποδείξομεν οὕτως· τὸ προτε-
θὲν ἤτοι αἰσθητόν ἐστιν ἢ νοητόν, ὁποῖον δ' ἂν ᾖ διαπε-
φώνηται. οἱ μὲν γὰρ τὰ αἰσθητὰ μόνα b) φασὶν εἶναι ἀληθῆ,

adeo ut cum non habeamus unde adstruere aliquid incipiamus, sequatur assensionis retentio. 167. a relatione ad aliquid, est huiusmodi qualem antea descripsimus, in quo ad ipsum quidem diiudicans atque ad ea quae simul in contemplationem veniunt, tale aut tale apparet subiectum, quale autem sit natura, de eo assensum retinemus. 168. hypotheticus autem sive ex suppositione aliqua, quum Dogmatici videntes se in infinitum reiici, principii loco ponunt aliquid quod non astruunt, sed nude et sine demonstratione per concessionem sibi sumere volunt. 169. diallelus denique sive alternatorius modus fit, quum id quo rem de qua quaeritur, confirmare debemus, ipsum ab ea ut mutuo confirmetur, indiget, et tum, quod neutrum ad alterum astruendum possimus accipere, de utroque assensum retinemus. omnem autem quaestionem ad hos reduci modos posse, ita paucis ostendemus. 170. quod propositum est, aut sensile est aut intelligibile: utrumvis sit autem, de eo dissidentia est. alii enim sola sensibilia dicunt esse vera, alii sola intelligibilia, alii

---

x) *καθὼς προειρήκαμεν*] remittit lectorem ad ea quae dixit de modo octavo inter iam explicatos priores decem supra sect. 135 seq.

P 42 y) *πρὸς μὲν τὸ κρῖνον καὶ τὰ συνθεωρούμενα*] duplici potissimum ratione res ad alia referri dicuntur, vel enim relationem habent ad *τὸ κρῖνον*, hoc est ad hominem qui de illis iudicat, eiusve sensum aut rationem, vel ad *συνθεωρούμενα*, hoc est ad alias res quae cum aliis conferuntur. supra sect. 136.

z) *ὁ δὲ ἐξ ὑποθέσεως*] Laërtius 9 89 ex Agrippa: *ὁ δ' ἐξ ὑποθέσεως τρόπος συνίσταται οἰομένων τινῶν τὰ πρῶτα τῶν πραγμάτων αὐτόθεν δεῖν λαμβάνειν ὡς πιστὰ καὶ μὴ αἰτεῖσθαι, ὅ ἐστι μάταιον. τὸ ἐναντίον γάρ τις ὑποθήσεται.* constat igitur hic modus Sceptica suppositione suppositioni Dogmaticorum contraria. nimirum Dogmatici supponunt dari aliquod principium demonstrationis *ἀναπόδεικτον*, quod demonstratione ipsum non indigeat, et *κριτήριον ἄκριτον* sive regulam iudicandi, ipsam alii non obnoxiam iudicio. huic hypothesi opponit Scepticus aliam hypothesin sive suppositionem non dari. vide infra, et contra Geometras p. 85, contra Logicos lib. 2 p. 289.

a) *ὁ δὲ διάλληλος*] ita saepe noster, ut sect. 117. quod Laërtio est *δι' ἀλλήλων*, eodem sensu, ut innuatur petitio eius quod erat in principio.

b) *οἱ μὲν γὰρ τὰ αἰσθητὰ μόνα*] sensibus fidem omnem habebat Epicurus, detrahebat omnem Democritus et Plato, quaedam sensibus vera, quaedam falsa apparere docuere Stoici, qua de re plura infra ad lib. 7 contra Mathematicos. hinc Sextus controversiam notat deduci ad primum modum ex illis quinque, qui est *ἀπὸ τῆς διαφωνίας*.

οἱ δὲ μόνα τὰ νοητά, οἱ δὲ τινὰ μὲν αἰσθητά, τινὰ δὲ νοητά.
πότερον οὖν ἐπικριτὴν[c]) εἶναι φήσουσι τὴν διαφωνίαν ἢ ἀν-
επίκριτον; εἰ μὲν ἀνεπίκριτον, ἔχομεν ὅτι δεῖ ἐπέχειν, περὶ γὰρ
τῶν ἀνεπικρίτως διαφωνουμένων οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἀποφαίνε-
σθαι· εἰ δὲ ἐπικριτήν, πόθεν ἐπικριθήσεται πυνθανόμεθα· οἷον 171
τὸ αἰσθητόν — ἐπὶ τούτου γὰρ προτέρου στήσομεν τὸν λόγον —
πότερον ὑπὸ αἰσθητοῦ ἢ ὑπὸ νοητοῦ; εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ αἰσθητοῦ,
ἐπεὶ περὶ τῶν αἰσθητῶν ζητοῦμεν, καὶ ἐκεῖνο ἄλλου δεήσεται
πρὸς πίστιν. εἰ δὲ κἀκεῖνο αἰσθητὸν ἔσται, πάλιν καὶ αὐτὸ
ἄλλου δεήσεται τοῦ πιστώσοντος· καὶ τοῦτο μέχρις ἀπείρου.[d])
εἰ δὲ ὑπὸ νοητοῦ ἐπικρίνεσθαι δεήσει τὸ αἰσθητόν, ἐπεὶ καὶ τὰ 172
νοητὰ διαπεφώνηται, δεήσεται καὶ τοῦτο νοητὸν ὂν κρίσεώς τε
καὶ πίστεως. πόθεν οὖν πιστωθήσεται; εἰ μὲν ὑπὸ νοητοῦ, εἰς
ἄπειρον ἐκπεσεῖται ὁμοίως· εἰ δ' ὑπὸ αἰσθητοῦ, ἐπεὶ πρὸς μὲν
τὴν πίστιν τοῦ αἰσθητοῦ παρελήφθη νοητόν, πρὸς δὲ τὴν τοῦ
νοητοῦ πίστιν, αἰσθητόν, ὁ διάλληλος εἰσάγεται τρόπος.[e]) εἰ 173
δὲ ταῦτα φεύγων ὁ προσδιαλεγόμενος ἡμῖν κατὰ συγχώρησιν καὶ
ἀναποδείκτως ἀξιώσειε λαμβάνειν τι πρὸς ἀπόδειξιν τῶν ἑξῆς, P 43
ὁ ὑποθετικὸς[f]) εἰς ἀπόδειξιν τρόπος, ἄπορος ὑπάρχων. εἰ μὲν
γὰρ ὁ ὑποτιθέμενος πιστός ἐστιν, ἡμεῖς ἀεὶ τὸ ἀντικείμενον
ὑποτιθέμενοι οὐκ ἐσόμεθα ἀπιστότεροι. καὶ εἰ μὲν ἀληθές τι
ὑποτίθεται, ὁ ὑποτιθέμενος ὕποπτον αὐτὸ ποιεῖ, καθ' ὑπόθε-
σιν αὐτὸ λαμβάνων, ἀλλὰ μὴ μετὰ κατασκευῆς· εἰ δὲ ψεῦδος,

quaedam sensibilia, quaedam intelligibilia. utrum igitur diiudicabilem esse dicent dissidentiam an indiiudicabilem? si indiiudicabilem, nobis conceditur esse retinendum assensum: sin diiudicabilem, unde diiudicabitur, quaerimus. verbi gratia, 171. quod est sensile (nam ab hoc incipiet nostra disputatio) utrum a sensili an ab intelligibili diiudicabitur? si enim a sensili, quoniam de sensilibus quaeritur, ipsum quoque altero ad confirmationem indigebit; quod quidem si etiam fuerit sensile, rursus et ipsum alio confirmari oportebit: et hoc usque in infinitum. 172. quodsi ab intelligibili sensile diiudicari oportebit, quoniam et de intelligibilibus controversia est, hoc quoque quum intelligibile sit, diiudicatione et confirmatione opus habebit. unde ergo confirmabitur? si quidem ab intelligibili, in infinitum incidet eodem pacto; sin a sensili, quoniam ad confirmationem quidem sensilis assumptum est intelligibile, ad intelligibilis autem confirmationem sensile, inducitur modus alternatorius, qui unum mutuo per alterum vitiose probare aggreditur. 173. si vero haec vitans is qui nobiscum disputat, per concessionem et citra demonstrationem aliquid voluerit sumere ad demonstrationem sequentium, hypotheticum modum incurret suppositione ad demonstrationem utendo. nam si quis in iis quae per concessionem sumit et supponit fidem meretur, nos quoque semper illis contraria per suppositionem sumentes fidem obtinebimus. et si quidem aliquid verum supponitur, is qui supponit ipsum suspectum reddit, quippe qui illud supponendo sumat, non autem astruendo, sin falsum, ruino-

---

c) ἐπικριτὴν] Salmasius malebat ἐπίκριτον. sed ἐπικριτὴν tum hoc loco tum mox infra bis habent editi codices et mss.

d) μέχρις ἀπείρου] en secundum modum.

e) ὁ διάλληλος εἰσάγεται τρόπος] en modum quintum.

f) ὁ ὑποθετικὸς] modus quartus, quo frequenter noster utitur, ut P 43
lib. adversus Geometras sect. 8 seq. et lib. 2 contra Log. mox pro ὑπάρχων Salmasius legebat ὑπάρχει. sed praestat edita lectio cui mss assentiuntur.

174 σαθρὰ ἔσται ἡ ὑποβάθρα τῶν κατασκευαζομένων. καὶ εἰ μὲν
ἀνύει τι τὸ ὑποτίθεσθαι πρὸς πίστιν, αὐτὸ τὸ ζητούμενον ὑπο-
τιθέσθω καὶ μὴ ἕτερόν τι, δι' οὗ δὴ κατασκευάσει τὸ πρᾶγμα
περὶ οὗ ὁ λόγος. εἰ δὲ ἄτοπόν ἐστι τὸ ὑποτίθεσθαι τὸ ζητού-
μενον, ἄτοπον ἔσται καὶ τὸ ὑποτίθεσθαι τὸ ἐπαναβεβηκός g).
175 ὅτι δὲ καὶ πρός τι h) ἐστὶ πάντα τὰ αἰσθητά, δῆλον· ἔστι γὰρ
πρὸς τοὺς αἰσθανομένους. φανερὸν οὖν ὅτι ὅπερ ἂν ἡμῖν προ-
τεθῇ πρᾶγμα αἰσθητὸν εἰς τοὺς πέντε τρόπους ἀνάγειν, τοῦτο
εὐμαρές ἐστιν. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ νοητοῦ ἐπιλογιζόμεθα.
εἰ μὲν γὰρ ἀνεπικρίτως διαπεφωνῆσθαι i) λέγοιτο, δοθήσεται
176 ἡμῖν τὸ δεῖν ἐπέχειν περὶ αὐτοῦ· εἰ δὲ ἐπικριθήσεται ἡ διαφω-
νία, εἰ μὲν διὰ νοητοῦ, εἰς ἄπειρον k) ἐκβαλοῦμεν· εἰ δὲ ἀπὸ
αἰσθητοῦ, εἰς τὸν διάλληλον l)· τὸ γὰρ αἰσθητὸν πάλιν δια-
φωνούμενον καὶ μὴ δυνάμενον δι' αὑτοῦ *) ἐπικρίνεσθαι διὰ
τὴν εἰς ἄπειρον ἔκπτωσιν τοῦ νοητοῦ δεήσεται, ὥσπερ καὶ τὸ
177 νοητὸν τοῦ αἰσθητοῦ. διὰ ταῦτα δὲ ἐξ ὑποθέσεως m) ὁ λαμβά-
νων τι πάλιν ἄτοπος ἔσται. ἀλλὰ καὶ πρός τι n) ἐστὶ τὰ νοητά,
πρὸς γὰρ τὸν νοοῦντα λέγεται· καὶ εἰ ἦν τῇ φύσει τοιοῦτον
ὁποῖον λέγεται, οὐκ ἂν διεφωνήθη. ἀνήχθη οὖν καὶ τὸ νοητὸν
εἰς τοὺς πέντε τρόπους. διόπερ ἀνάγκη περὶ τοῦ προτεθέντος
πράγματος πάντως ἡμᾶς ἐπέχειν o). τοιοῦτοι μὲν καὶ οἱ παρὰ

sum erit eorum quae astruuntur fundamentum. 174. praeterea si huiusmodi suppositio ad confirmationem aliquid valet, id ipsum de quo quaeritur supponat, non aliud per quod astruat rem, de qua quaeritur. quodsi absurdum est supponere id de quo quaeritur, absurdum itidem erit supponere id quod etiam generalius est. 175. omnia autem sensilia referri ad aliquid patet; referuntur enim ad eos, qui sentiunt. manifestum est igitur, quaecunque proposita nobis fuerit res sensilis, ad hos quinque modos ipsam reducere facile fore. itidem et de intelligibili ratiocinamur. si enim indiiudicabilis de eo dissidentia esse dicatur, concedetur nobis esse de eo retinendum assensum. 176. sin diiudicabitur dissidentia, si quidem per intelligibile, reiiciemur in infinitum; sin per sensile, in modum qui dicitur alternatorius; nam sensile rursus controversum et quod per se diiudicari nequit, eo quod in infinitum progrediatur, intelligibili egebit, ut etiam intelligibile sensili. 177. et qui idcirco volet ex suppositione aliquid sumere, rursus ineptus erit. quin etiam intelligibile ad aliquid refertur; dicitur enim respectu ad intelligentem. atque si natura tale esset quale dicitur, non fuisset controversum. reduximus igitur etiam intelligibile ad hos quinque modos. quare omnino de

g) ἐπαναβεβηκός] transcendens ac generalius quoddam illa quae in quaestione sunt, velut specialiora sub se comprehendens. sic ὑποβεβηκότα et ἐπαναβεβηκός sibi invicem opponuntur supra sect. 38, 39. ὑπερεπαναβεβηκὸς κριτήρ v 1 adversus Log. sect. 443, ἐπαναβεβηκὸς γένος lib. 2 adversus Log. sect. 32.

h) ὅτι δὲ καὶ πρός τι] en modum ex illis quinque tertium.

i) διαπεφωνῆσθαι] hinc assensus etiam circa intelligibilia retinendus per primum modum.

k) εἰς ἄπειρον] per modum secundum.

l) εἰς τὸν διάλληλον] per modum quintum.

[*) legebatur αὐτοῦ.]

m) ἐξ ὑποθέσεως] per modum tertium.

n) πρός τι] per modum tertium.

o) ἐπέχειν] editi et mss habent ἐπελθεῖν. sed non dubitavi Salmasio

τοῖς νεωτέροις παραδιδόμενοι πέντε τρόποι, οὓς ἐκτίθενται οὐκ ἐκβάλλοντες [p]) τοὺς δέκα τρόπους, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ ποικιλώτερον καὶ διὰ τοῦτο [q]) σὺν ἐκείνοις ἐλέγχειν τὴν τῶν Δογματικῶν προπέτειαν.

## ΚΕΦ. ιϛ'. P 44

## Τίνες οἱ δύο τρόποι.

Παραδιδόασι δὲ καὶ δύο τρόπους [r]) ἐποχῆς ἑτέρους. ἐπεὶ 178
γὰρ πᾶν τὸ καταλαμβανόμενον ἤτοι ἐξ ἑαυτοῦ καταλαμβάνεσθαι
δοκεῖ ἢ ἐξ ἑτέρου καταλαμβάνεται, τὴν περὶ πάντων ἀπορίαν
εἰσάγειν δοκοῦσι. καὶ ὅτι μὲν οὐδὲν ἐξ ἑαυτοῦ καταλαμβάνεται,
φασὶ δῆλον ἐκ τῆς γεγενημένης παρὰ τοῖς φυσικοῖς [s]) περί τε
τῶν αἰσθητῶν καὶ τῶν νοητῶν ἁπάντων, οἶμαι, διαφωνίας, ἣ
δὴ ἀνεπίκριτός ἐστιν, μὴ δυναμένων ἡμῶν μήτε αἰσθητῷ μήτε
νοητῷ κριτηρίῳ χρῆσθαι, διὰ τὸ πᾶν ὅπερ ἂν λάβωμεν, ἄπι-
στον εἶναι διαπεφωνημένον. διὰ δὲ τοῦτο οὐδ' ἐξ ἑτέρου τὶ 179
καταλαμβάνεσθαι συγχωροῦσιν. εἰ μὲν γὰρ τὸ ἐξ οὗ τι κατα-

re proposita nos assensum retinere necesse est. et hi quidem sunt quinque modi, quos posterior aetas tradidit, non quod decem modos iam explicatos excluderet, sed ut magis varie una cum illis temeritatem Dogmaticorum refelleret.

## CAP. XVI.

## De duobus aliis modis.

178. Tradunt praeterea duos alios quibus assensionis retentionem suadeant modos; quoniam enim quicquid comprehenditur aut ex se ipso aut ex alio comprehenditur, dubitationem de rebus omnibus inducere videntur. ac primum quidem nihil ex se ipso comprehendi probat ea quae inter Physicos fuit de sensilibus omnibus et intelligibilibus controversia, quae certe indiiudicabilis est, quum nec sensili nec intelligibili iudicandi instrumento uti possimus, quia quicquid sumpserimus fide carebit, utpote controversum. 179. propterea autem ne ex alio quidem quicquam comprehendi fatentur. si enim

---

assentiri, qui in margine codicis sui ἐπέχειν reposuit. certe hoc postulat sensus atque ita interpres legisse videtur.

p) ἐκβάλλοντες] ita mss recte. nam editi male ἐμβάλλοντες.

q) καὶ διὰ τοῦτο] Salmas. διὰ τούτων, non male.

r) καὶ δύο τρόπους] horum a Laërtio non fit mentio, ac revera ut P 44 concludant, a superioribus quinque vim omnem et robur mutuantur. tota enim in hoc versantur ut hominem nihil certo comprehendere neque per se neque per aliud, disputent. nihil autem comprehendere per se, hoc est sensu aut intellectu suo, inde probant quia adhuc sit controversum inter Dogmaticos, utrum sensus aut intellectus sit fide dignum res diiudicandi instrumentum, qui est modus ex illis quinque primus quem vocavit ἀπὸ τῆς διαφωνίας. ut autem probent nihil comprehendere hominem per aliud, aiunt ita fieri ut illud aliud iterum per aliud comprehendi sit necesse, atque ita in infinitum, qui erat modus secundus, aut vero incurri vitium probandi mutuo unum per alterum, qui erat modus argumentandi quintus.

s) παρὰ τοῖς φυσικοῖς] Epicuro, qui sensus nunquam, intellectum saepe falli, Democrito et Platoni, qui sensum semper, Stoicis denique, qui sensus et intellectum quandoque decipi, quandoque verum videre statuebant. confer supra.

λαμβάνεται[t]), ἀεὶ ἐξ ἑτέρου καταλαμβάνεσθαι δεήσει, εἰς τὸν διάλληλον ἢ τὸν ἄπειρον ἐμβάλλουσι τρόπον. εἰ δὲ βούλοιτό τις λαβεῖν[u]) ὡς ἐξ ἑαυτοῦ καταλαμβανόμενόν τι, ἐξ οὗ τι καταλαμβάνειν ἕτερον, ἀντιπίπτει τὸ μηδὲν ἐξ ἑαυτοῦ καταλαμβάνεσθαι διὰ τὰ προειρημένα. τὸ δὲ μαχόμενον πῶς ἂν δύναται καταληφθῆναι ἀφ' ἑαυτοῦ ἢ ἀφ' ἑτέρου ἀποροῦμεν, τοῦ κριτηρίου τῆς ἀληθείας ἢ τῆς καταλήψεως μὴ φαινομένου, σημείων δὲ καὶ δίχα ἀποδείξεως[x]) διατρεπομένων, καθάπερ ἐν τοῖς ἑξῆς εἰσόμεθα. τοσαῦτα μὲν οὖν καὶ περὶ τῶν τρόπων τῆς ἐποχῆς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκέσει λελέχθαι.

## ΚΕΦ. ιζ'.

### Τίνες τρόποι τῆς τῶν αἰτιολογικῶν ἀνατροπῆς.

180 Ὥσπερ δὲ τοὺς τρόπους ἐποχῆς παραδίδομεν, οὕτω καὶ τρόπους ἐκτίθενταί τινες, καθ' οὓς ἐν ταῖς κατὰ μέρος αἰτιολογίαις[y]) διαποροῦντες ἐφιστῶμεν τοὺς Δογματικούς, διὰ τὸ μά-

**id ex quo aliquid comprehenditur, semper ex alio comprehendi oportebit, in modum alternatorium aut eum qui est ad infinitum se coniiciunt. sin voluerit quispiam aliquid sumere quasi ex se ipso comprehensum, ex quo aliquid aliud comprehendat, huic repugnat illud, nihil ex se ipso comprehendi, propter ea quae dicta sunt. quod autem repugnans est, quomodo possit ex se ipso aut ex alio comprehendi, dubitamus, quum iudicandae veritatis aut comprehensionis nusquam appareat instrumentum; signa etiam nec minus demonstratio evertantur, ut ex sequentibus intelligimus. haec sunt quae de modis epoches in praesentia nobis dicenda putavimus.**

## CAP. XVII.

### Quibus modis evertantur illi qui causas rerum vel opinionum reddere se profitentur.

**180. Sicut autem suadendae assensus retentionis modos tradimus, sic etiam modos exponunt quidam, secundum quos in particularibus circa caussas reddendas dubitationem moventes silentium imponimus Dogmaticis, quod**

---

t) *καταλαμβάνεσθαι*] Salmasius legit *καταλαμβάνεται*, quod est magis expeditum. sed certum quoque est Graecos infinitivo aliquando sic uti, et mox infra noster, *ὡς ἐξ ἑαυτοῦ καταλαμβανόμενόν τι ἐξ οὗ τι καταλαμβάνειν ἕτερον*, pro *καταλαμβάνει*.

u) *εἰ δὲ βούλοιτό τις λαβεῖν*] si quis hoc sibi velit sumere sine demonstratione ac tanquam verum supponere, Scepticus contrarium statim supponet, qui erit ex superioribus quinque modis quartus, quem dicebat *ὑποθετικόν*.

x) *σημείων δὲ καὶ δίχα ἀποδείξεως*] non modo criterium nullum, sed ne signum certum dari nec demonstrationem, multis disputat infra libro secundo et adversus Logicos. verba itaque *δίχα ἀποδείξεως* nolui cum HStephano reddere *sine demonstratione*, sed *praeter demonstrationem*, ut Sextus dicat non illius modo, sed etiam signi et criterii *ὕπαρξιν* a Scepticis oppugnari.

y) *ἐν ταῖς κατὰ μέρος αἰτιολογίαις*] quae hoc capite tradit Sextus, repetisse videtur ex Aenesidemi libro quinto *Πυρρωνείων*; in hoc enim, ut notavit Photius cod. 212 tradiderat *τὰς κατὰ τῶν αἰτίων ἀπορητικὰς λαβάς, μηδὲν μὲν μηδενὸς αἴτιον ἐνδιδοὺς εἶναι, ἠπατῆσθαι δὲ καὶ τοὺς αἰτιολογοῦντας φάσκων, καὶ τρόπους ἀριθμῶν καθ' οὓς οἴεται αὐτοὺς αἰτιολογεῖν ὑπαχθέντας εἰς τὴν τοιαύτην ἐνεχθῆναι πλάνην.*

λιστα ἐπὶ ταύταις αὐτοὺς μέγα φρονεῖν. καὶ δὴ Αἰνησίδημος z) P 45
ὀκτὼ τρόπους παραδίδωσι, καθ' οὓς οἴεται πᾶσαν δογματικὴν
αἰτιολογίαν ὡς μοχθηρὰν ἐλέγχων ἀποφήνασθαι. ὧν πρῶτον 181
μὲν εἶναί φησι, καθ' ὃν τρόπον τὸ τῆς αἰτιολογίας γένος ἐν
ἀφανέσιν ἀναστρεφόμενον οὐχ ὁμολογουμένην ἔχει τὴν ἐκ τῶν
φαινομένων ἐπιμαρτύρησιν. δεύτερον δέ, καθ' ὃν πολλάκις εὐ-
επιφορίας οὔσης δαψιλοῦς, ὥστε πολυτρόπως αἰτιολογῆσαι τὸ
ζητούμενον, καθ' ἕνα μόνον τρόπον τοῦτό τινες αἰτιολογοῦσι.
τρίτον, καθ' ὃν τῶν τεταγμένως γινομένων αἰτίας ἀποδιδόασιν 182
οὐδεμίαν τάξιν ἐπιφαινούσας. τέταρτον, καθ' ὃν τὰ φαινόμενα
λαβόντες ὡς γίνεται καὶ τὰ μὴ φαινόμενα νομίζουσιν ὡς γίνε-
ται κατειληφέναι, τάχα μὲν ὁμοίως τοῖς φαινομένοις τῶν ἀφα-
νῶν ἐπιτελουμένων, τάχα δ' οὐχ ὁμοίως, ἀλλ' ἰδιαζόντως.
πέμπτον, καθ' ὃν πάντες ὡς ἔπος εἰπεῖν κατὰ τὰς ἰδίας τῶν 183

**in his potissimum valde sibi placeant. Aenesidemus ergo modos octo tradit, quibus existimat se omnem dogmaticam caussae redditionem ut vitiosam refellere. 181. horum primum esse dicit, quando caussae assignatae genus in rebus non evidentibus versatur, nec habet confessam ex evidentibus approbationem. secundum, quo saepe fit, ut quum magna sit in varias partes inclinandi occasio, adeo ut multis modis possit ratio rei de qua quaeritur afferri, uno tantum modo nonnulli rationem afferunt. 182. tertium, quum eorum quae ordinate fiunt rationes reddunt, quae nullum ordinem ostendunt. quartum, quando accipiunt apparentia ut fiunt, putantque se etiam non apparentia qua ratione fiant comprehendisse, quum ea quae non apparent eodem fortasse modo efficiantur quo apparentia, fortasse vero non eodem, sed peculiari quodammodo. 183. quintum, quatenus universi propemodum prout ipsi**

---

z) *Αἰνησίδημος*] ita legendum pulchre vidit Henricus Stephanus, licet P 45 edit. tam in Graecis quam in Latinis male habeat *Onesidemus* *Ὀνησίδημος*. quoniam autem nulla exempla modorum causas solitas evertentium a Dogmaticis reddi ex Aenesidemo noster adposuit, age illa maioris perspicuitatis causa supplere tentemus. *primus* igitur modus est ut si quis rationem distantiae planetarum redditurus cum Pythagoraeis afferat causae loco neutiquam apparentem aliis proportionem musicam corporum coelestium. *alter*, si quis explicaturus causam exundantis se quotannis Nili dicat illam esse liquefactas nives, cum possint esse imbres vel venti vel sol, ut Herodoto visum, vel peculiaris natura, ut Aristides sibi persuasit. *tertius*, si quis motus orbium coelestium suspendat a pressione mutua, cum illi ordine ac stato tempore fiant atque pressio illa nihil potuerit ordinare. *quartus*, si quis videns in cameram obscuram rerum imagines intromissas concludat ita etiam rerum species immitti oculis, vel si quis oculis usurpet pulverem nitratum aurumve fulminans colligat non aliter contingere fulgura fulminaque. *quintus*, si Epicurus ex atomis, Anaxagoras ex homoeomeriis, Aristoteles e materia et forma, Epicurus temere coaluisse, Anaxagoras a mente digestum, Aristoteles ab omni aeternitate constitisse mundum statuat. *sextus*, ut quando Aristoteles causam reddit cometarum, collectos e terris vapores, quoniam hoc nimirum non abludit ab eius sententia, qua terrae vicinos et infra lunam generatos existimat. *septimus*, ut cum Epicurus causam libertatis arbitrii assignat declinationem atomorum, cum illa declinatio esse non possit, si atomi ὑλικῇ ἀνάγκῃ necessario, quae eiusdem Epicuri sententia est, ferantur. *octavus* denique modus, ut si quis causam succi in plantas ascendentis dictitet esse attractionem, quia videt a spongia aquam attrahi, cum tamen hoc ipsum dubium sit ex aliorum sententia.

στοιχείων ὑποθέσεις, ἀλλ' οὐ κατά τινας κοινὰς καὶ ὁμολογου-
μένας ἐφόδους αἰτιολογοῦσιν. ἕκτον, καθ' ὃν πολλάκις τὰ μὲν
φωρατὰ ταῖς ἰδίαις ὑποθέσεσι παραλαμβάνουσι, τὰ δὲ ἀντι-
184 πίπτοντα καὶ τὴν ἴσην ἔχοντα πιθανότητα παραπέμπουσιν. ἕβδο-
μον, καθ' ὃν πολλάκις ἀποδιδόασιν αἰτίας οὐ μόνον τοῖς φαι-
νομένοις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἰδίαις ὑποθέσεσι μαχομένας. ὄγδοον,
καθ' ὃν πολλάκις ὄντων ἀπόρων ὁμοίως τῶν τε φαίνεσθαι
δοκούντων καὶ τῶν ἐπιζητουμένων ἐκ τῶν ὁμοίως ἀπόρων περὶ
185 τῶν ὁμοίως ἀπόρων ποιοῦνται τὰς διδασκαλίας. οὐκ ἀδύνατον
δέ φησι[a]) καὶ κατά τινας ἐπιμίκτους τρόπους ἠρτημένους καὶ
ἐκ τῶν προειρημένων διαπίπτειν ἐνίους ἐν ταῖς αἰτιολογίαις. τάχα
δ' ἂν καὶ οἱ πέντε τρόποι[b]) τῆς ἐποχῆς ἀπαρκοῦσι*) πρὸς τὰς
P 46 αἰτιολογίας· ἤτοι γὰρ σύμφωνον πάσαις ταῖς κατὰ φιλοσοφίαν
αἱρέσεσι καὶ τῇ σκέψει καὶ τοῖς φαινομένοις αἰτίαν ἐρεῖ τις, ἢ
οὔ. καὶ σύμφωνον μὲν ἴσως οὐκ ἐνδέχεται. τά τε γὰρ φαινό-
186 μενα καὶ τὰ ἄδηλα πάντα διαπεφώνηται. εἰ δὲ διαφωνεῖ,[c])
ἀπαιτηθήσεται καὶ ταύτης τὴν αἰτίαν· καὶ φαινομένην μὲν φαι-
νομένης ἢ ἄδηλον ἀδήλου λαμβάνων εἰς ἄπειρον[d]) ἐκπεσεῖται,
ἐναλλὰξ δὲ αἰτιολογῶν εἰς τὸν διάλληλον[e]). ἱστάμενος δέ που,

elementa supponunt, non autem secundum communes et confessas rationes caussam reddunt. sextum, quatenus saepenumero quae suis suppositionibus expediri possunt arripiunt, at quae illis repugnant, quamvis aeque sint probabilia, praetermittunt. 184. septimum, quum saepe reddunt rationes quae non modo rebus apparentibus, sed etiam propriis ipsorum suppositionibus repugnent. octavum, quo saepe contingit, ut quum aeque dubia sint quae apparere videntur atque ea de quibus quaestio est, sententiam suam de dubiis ex aeque dubiis astruunt. 185. ait autem Aenesidemus fieri posse, ut nonnulli in caussis reddendis secundum alios quospiam modos mixtos et ex his iam dictis pendentes, aberrent. sed enim ipsi etiam quinque assensus suspensionem suadentes modi ad caussarum redditiones evertendas fortasse sufficiant. nam aut afferet aliquis rationem quae consentiat cum omnibus philosophiae sectis, et cum consideratione rei atque sensui apparentibus, aut non. verum ita consentientem afferre forte haud possit. nam et sensui apparentia et obscura omnia controversa sunt. 186. at si minime consentiat, postulabitur ab eo huius rationis ratio: et si quidem sensui apparentem apparentis aut obscuram obscurae afferat, in infinitum delabetur; sin per vices caussam caussae et ordine aetiologias hanc vicissim illius caussam esse dixerit, incidet in vi-

a) *οὐκ ἀδύνατον δέ φησι*] ait nempe Aenesidemus libro laudato accidere quibusdam, qui caussas rerum laborant reddere, ut in duos vel plures etiam simul ex his octo modos impingant peccentque, v. g. si quis caussam reciprocationis marinorum aestuum dictitet esse lunam, non modo incurret in modum *primum*, quia obscurum est pressione lunae adeo vehementer commoveri tantas moles aquarum et nos ab eo non affici: sed in *secundum* quoque, quia aliae caussae esse possunt, ut sol vel spiritus aliquis peculiaris natura, vel terrae circumrotatio.

b) *καὶ οἱ πέντε τρόποι*] de quibus dictum sect. 164 seq.

[*) *ἀπαρκοῦσι*] *ἀπαρκοῖεν*?]

P 46 c) *εἰ δὲ διαφωνεῖ*] hic est primus ex illis quinque modis *ἀπὸ τῆς διαφωνίας*.

d) *λαμβάνων εἰς ἄπειρον*] en modum secundum. pro *λαμβάνων*, quod ex mss et Salmasii emendatione reposui, in editis erat *λαμβάνειν*.

e) *εἰς τὸν διάλληλον*] en quintum modum.

ἢ ὅσον ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις λέξει τὴν αἰτίαν συνεστάναι, καὶ εἰσάγει τὸ πρός τι[f]) ἀναιρῶν τὸ πρὸς τὴν φύσιν· ἢ ἐξ ὑποθέσεώς τι[g]) λαμβάνων ἐπισχεθήσεται. ἔστιν οὖν καὶ διὰ τούτων ἐλέγχειν ἴσως τὴν τῶν Δογματικῶν ἐν ταῖς αἰτιολογίαις προπέτειαν.

## ΚΕΦ. ιη'.

### Περὶ τῶν Σκεπτικῶν φωνῶν.

Ἐπεὶ δὲ ἑκάστῳ χρώμενοι τούτων τε καὶ τῶν τῆς ἐποχῆς 187
τρόπων ἐπιφθεγγόμεθα φωνάς τινας τῆς Σκεπτικῆς διαθέσεως καὶ τοῦ περὶ ἡμᾶς πάθους μηνυτικάς, οἷον λέγοντες οὐ μᾶλλον, οὐδὲν ὁριστέον, καὶ ἄλλας τινάς, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ περὶ τούτων ἑξῆς διαλαβεῖν. ἀρξώμεθα δὲ ἀπὸ τῆς οὐ μᾶλλον.

## ΚΕΦ. ιθ'.

### Περὶ τῆς*) οὐ μᾶλλον φωνῆς.

Ταύτην τοίνυν ὁτὲ μὲν ὡς ἔφην προφερόμεθα, ὁτὲ δὲ 188
οὕτως, οὐδὲν μᾶλλον[h]). οὐ γάρ, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσι, τὴν

tiosum modum mutuo unum per alterum probandi. quodsi alicubi subsistat, aut quantum ad eo usque dicta, aiet rationem consistere, attamen inducet relationem ad aliquid, illud vero quod secundum naturam est, tollet: aut si per suppositionem sumat aliquid, nos ei obstabimus. potest igitur etiam per haec Dogmaticorum in caussis reddendis temeritas referri.

## CAP. XVIII.

### De Scepticorum vocibus.

**187.** Quoniam autem unoquoque horum et suadendae assensus retentionis modorum utentes voces quasdam Scepticae affectionis et passionis nostrae indices pronuntiamus, ut quum dicimus *non magis*, *nihil definiendum* et aliquot alias, consentaneum de iis deinceps disputare fuerit. incipiamus autem ab hac: *non magis.*

## CAP. XIX.

### De voce *non magis.*

**188.** Hanc ergo interdum quidem ita ut dixi pronuntiamus, interdum autem sic *nihilo magis.* non enim, ut quidam existimant, hanc vocem *non*

---

f) συνεστάναι, καὶ εἰσάγει τὸ πρός τι] hic est modus ex illis quinque quartus. pro συνεστάναι καὶ εἰσάγει Salmasius legebat τοῦ ἑστάναι εἰσάγων, quod mihi non videtur necessarium.

g) ἐξ ὑποθέσεως] modus quartus ὑποθετικός.

[*) τῆς] legebatur τοῦ.]

h) οὐδὲν μᾶλλον] Seneca Epist. 88 *Nausiphanes* (Pyrrhonis discipulus) *ait ex his quae videntur esse, nihil magis esse quam non esse.* confer Gellium 11 5 atque Suidam in μᾶλλον et οὐδὲν μᾶλλον e Laërtii Pyrrhone lib. 9 sect. 74 seq. e quo apparet Scepticos de qualibet re ita dicere id *non magis hoc esse quam illud*, ut etiam hoc ipsum non magis verum quam falsum forte esse statuant, ἀναιροῦσι δὲ οἱ Σκεπτικοὶ καὶ αὐτὴν τὴν οὐδὲν μᾶλλον φωνήν, inquit Laërtius sect. 76. Democritus autem Dogmaticus alio sensu hac voce usus est, illi enim *non magis hoc quam illud* idem fuit quod *neutrum*, ut noster docet infra capite 30 vide et lib. 1 adversus Grammaticos sect. 315, Plutarchum contra Colotem p. 1108 seq.

μὲν οὐ μᾶλλον ἐν ταῖς εἰδικαῖς ζητήσεσι παραλαμβάνομεν, τὴν δὲ οὐδὲν μᾶλλον ἐν ταῖς γενικαῖς· ἀλλ' ἀδιαφόρως τήν τε οὐ μᾶλλον καὶ τὴν οὐδὲν μᾶλλον προφερόμεθα. καὶ νῦν ὡς περὶ μιᾶς διαλεξόμεθα. ἔστι μὲν οὖν αὕτη ἡ φωνὴ ἐλλιπής. ὡς γὰρ ὅταν λέγωμεν διπλῆ, δυνάμει φαμὲν ἑστία διπλῆ[i]), καὶ ὅταν
P 47 λέγωμεν πλατεῖαν, δυνάμει λέγομεν πλατεῖαν ὁδόν[k]), οὕτως ὅταν εἴπωμεν οὐ μᾶλλον, δυνάμει φαμὲν οὐ μᾶλλον τόδε ἢ τόδε,
189 ἄνω ἢ κάτω. τινὲς μέντοι τῶν Σκεπτικῶν παραλαμβάνουσιν ἀντὶ τοῦ πύσματος τοῦ οὐ τὸ τί μᾶλλον τόδε ἢ τόδε; τὸ τί παραλαμβάνοντες νῦν ἀντὶ αἰτίας, ἵν' ᾖ τὸ λεγόμενον, διὰ τί μᾶλλον τόδε ἢ τόδε; σύνηθές δέ ἐστιν καὶ πύσμασιν ἀντὶ ἀξιωμάτων[l]) χρῆσθαι; οἷον

τίς τὸν Διὸς[m]) σύλλεκτρον οὐκ οἶδε βροτῶν;

καὶ ἀξιώμασιν ἀντὶ πυσμάτων, οἷον ζητῶ ποῦ οἰκεῖ Δίων[n]).

*magis* in specialibus sumimus quaestionibus, illam autem *nihilo magis* in generalibus, sed indifferenter utramvis pronuntiamus: et nunc quoque ut de una disputabimus. est igitur vox haec imperfecta. ut enim quum dicimus διπλῆ (*duplex*), id perinde est ac si diceremus ἑστία διπλῆ (*duplex vestimentum*), et quum dicimus πλατεῖαν (*plateam*) id tantundem valet ac si diceremus πλατεῖαν ὁδόν (*viam plateam latamque*), sic quum dicimus, *non magis*, perinde id valet ac si diceremus, Non magis hoc quam illud, sursum aut deorsum. 189. sunt vero nonnulli etiam Sceptici qui pro vocula *non* dicunt *quid magis hoc quam illud?* accipientes tum vocem *quid* pro *quare*, ut quod dicunt tale sit, *quare magis hoc quam illud?* usitatum est autem etiam interrogationibus pro enuntiationibus uti, ut in hoc versu

*quis est tonantis quem socius tori latet?*

et vicissim enuntiationibus loco interrogationum, ut *quaero ubi habitet Dion.*

---

*i*) ἑστία διπλῆ] pro ἑστία videtur legendum ἐσθής, quod in versione etiam secutus sum. nam διπλῆν χλαῖναν dixit Homerus, et apud Pollucem 4 119 est διπλῆ, ἄγναπτος ἡ ἐσθής. et quanquam ἑστία διπλῆ etiam de domo ara foco duplici dici possit, frequentiorem tamen illam esse in Graecis scriptoribus ellipsin nemo dixerit, alioqui possit etiam διπλοῦν poni pro duplici spelunca, quoniam διπλοῦν σπήλαιον occurrit Genes. 23 9.

P 47 *k*) δυνάμει λέγομεν πλατεῖαν ὁδόν] eadem vocula ὁδός omittitur quando Graeci dicunt τὴν λεωφόρον, τὴν ὄρθιον et similia, de quibus Lambertus Bos in aureolo et tironibus Graecae linguae ediscendo libello de ellipsibus. de voce δυνάμει dixi ad sect. 15.

*l*) πύσμασιν ἀντὶ ἀξιωμάτων] commune hoc omnibus linguis, ut interrogantes non raro tanquam enunciatis velint aliquid affirmare vel negare. πύσματα autem nonnulli ab ἐρωτήμασι paulo subtilius distinguunt, ut docet Aquila Romanus de figuris sententiarum p. 15. erotemata enim sive interrogata vocant ad quae una voce responderi potest vel a negante vel a confitente, v. g. verumne illud tibi videtur magis quam hoc? pysmata autem, ad quae alia responsione et prolixiore est opus, v. g. et quare hoc tibi quam illud videtur verius? ita autem quando quaerit Scepticus, idem valere Sextus id hoc loco posse innuit, ac si enunciato uteretur diceretque, nescio cur hoc tibi quam alterum verius videatur.

*m*) τίς τὸν Διὸς] versus Euripidis initio Herculis Furentis, ubi Amphitruo de se ipso: τίς τὸν Διὸς σύλλεκτρον οὐκ οἶδε βροτῶν Ἀργεῖον Ἀμφιτρύων', ὅν κτέ.

*n*) ποῦ οἰκεῖ Δίων] solenne est scriptoribus Graecis nomina Dionis Theonis Socratis Calliae Cleonis usurpare pro alio nomine quocunque, ut Latini similiter utuntur nominibus Lucii Caii Caiae Titii Mevii Seii Augerii Numerii Sempronii, aut si de servis sermo sit, Stichi

καὶ πυνθάνομαι τίνος ἕνεκα χρὴ θαυμάζειν ἄνδρα ποιη-
τήν; ἀλλὰ καὶ τὸ τί ἀντὶ τοῦ διὰ τί[o]) παραλαμβάνεται παρὰ Μενάν-
δρῳ τί γὰρ ἐγὼ κατελειπόμην; δηλοῖ δὲ τὸ οὐ μᾶλλον τόδε ἢ 190
τόδε καὶ πάθος ἡμέτερον, καθ᾽ ὃ διὰ τὴν ἰσοσθένειαν τῶν ἀν-
τικειμένων πραγμάτων εἰς ἀρρεψίαν καταλήγομεν· ἰσότητα μὲν
λεγόντων ἡμῶν τὴν κατὰ τὸ φαινόμενον ἡμῖν πιθανόν, ἀντικεί-
μενα δὲ κοινῶς τὰ μαχόμενα, ἀρρεψίαν δὲ τὴν πρὸς μηδέτερον
συγκατάθεσιν. ἡ γοῦν οὐδὲν μᾶλλον φωνὴ κἂν ἐμφαίνῃ χαρα- 191
κτῆρα συγκαταθέσεως ἢ ἀρνήσεως, ἡμεῖς οὐχ οὕτως αὐτῇ χρώ-
μεθα, ἀλλ᾽ ἀδιαφόρως[p]) αὐτὴν παραλαμβάνομεν καὶ κατα-
χρηστικῶς, ἤτοι ἀντὶ πύσματος ἢ ἀντὶ τοῦ λέγειν, ἀγνοῶ τίνι
μὲν τούτων χρὴ συγκατατίθεσθαι, τίνι δὲ μὴ συγκατατίθεσθαι·
πρόκειται ἡμῖν δηλῶσαι τὸ φαινόμενον ἡμῖν· κατὰ δὲ τὴν φω-
νὴν δι᾽ ἧς αὐτὸ δηλοῦμεν, ἀδιαφοροῦμεν. κἀκεῖνο δὲ χρὴ γινώ-
σκειν ὅτι προφερόμεθα τὴν οὐδὲν μᾶλλον φωνὴν οὐ διαβεβαιού-
μενοι περὶ τοῦ πάντως ὑπάρχειν αὐτὴν ἀληθῆ καὶ βεβαίαν, ἀλλὰ
κατὰ τὸ φαινόμενον ἡμῖν καὶ περὶ αὐτῆς λέγοντες.

## ΚΕΦ. κ'. P 48

### Περὶ ἀφασίας.

*Περὶ δὲ τῆς ἀφασίας λέγομεν τάδε· φάσις καλεῖται διχῶς,* 192

item, *rogo quamobrem hominem poëtam admirari oporteat.* sed et apud Menandrum *quid* pro *quare* usurpatur, ut quum dicit *quid enim relinquebar miser?* 190. indicant autem hae voces *non magis hoc quam illud* etiam affectum nostrum, secundum quem propter aequalia momenta rationum quae sibi invicem opponuntur ad assensionis suspensionem delabimur. intelligimus autem paria momenta quae sunt in eo quod nobis apparet probabile, opposita autem generaliter quae inter se pugnant, suspensionem vero ad neutram partem assensum. 191. caeterum haec vox *nihilo magis* etiamsi prae se ferat formam assensionis aut negationis, nos non ita ea utimur, sed indifferenter et abutendo, aut pro interrogatione aut pro eo quod est *ignoro cui horum assentiri oporteat, cui minime.* nobis enim propositum est, quod nobis apparet declarare, vocem autem qua id declaramus, indifferenter usurpamus. illud praeterea sciendum, nos proferre hanc vocem *nihilo magis* non affirmantes ipsam omnino veram esse et indubitatam, sed secundum id quod nobis apparet de ea quoque dicentes.

## CAP. XX.

### De aphasia sive abstinentia a pronuntiando.

191. De aphasia autem haec dicimus. phasis sive pronuntiatum duobus

---

Erotis Davi Damae. sequens exemplum proponitur verbis Aristophanis ex Ranis v. 1008, ubi Aeschylus cum Euripide disputans quaerit ex eo de virtutibus et dotibus poëtae boni *ἀπόκριναί μοι· τίνος οὕνεκα χρὴ θαυμάζειν ἄνδρα ποιητήν;*

o) *τὸ τί ἀντὶ τοῦ διὰ τί*] sic Latini quoque, ut Ovidius 3 Trist. 12 32 *quid veniat quaeram, quisque quibusve locis.* [in seqq. *ἐμφαίνῃ* scriptum pro vulg. *ἐμφαίνει.*]

p) *ἀδιαφόρως*] confer supra sect. 13 et quod mox ait *ἀδιαφοροῦμεν,* et cap. 21 *οὐ φωνομαχοῦμεν, οὐδὲ εἰ φύσει ταῦτα δηλοῦσιν αἱ φωναὶ ζητοῦμεν, ἀλλ᾽ ἀδιαφόρως αὐτὰς παραλαμβάνομεν.* cap. 28 *ἀδιαφόρως καὶ εἰ βούλονται καταχρηστικῶς, οὔτε γὰρ πρέπει τῷ Σκεπτικῷ φωνομαχεῖν.* est itaque *ἀδιάφορος* acceptio vocis, ubi differentia et proprietas vocabulorum affinis significationis non ita accurate distinguitur, sed illa promiscue et libere ponuntur.

*κοινῶς τε καὶ ἰδίως, κοινῶς μέν, ἡ δηλοῦσα θέσιν ἢ ἄρσιν φωνή, οἷον ἡμέρα ἐστίν, οὐχ ἡμέρα ἐστίν· ἰδίως δέ, ἡ δηλοῦσα θέσιν μόνον, καθ' ὃ σημαινόμενον τὰ ἀποφατικὰ οὐ καλοῦσι φάσεις. ἡ οὖν ἀφασία ἀπόστασίς ἐστι τῆς κοινῶς λεγομένης φάσεως, ᾗ ὑποτάσσεσθαι λέγομεν τήν τε κατάφασιν καὶ τὴν ἀπόφασιν, ὡς εἶναι ἀφασίαν πάθος ἡμέτερον* q), *δι' ὃ οὔτε**) *τιθέναι*
193 *τὶ οὔτε ἀναιρεῖν φαμεν. ὅθεν δῆλόν ἐστιν ὅτι καὶ τὴν ἀφασίαν παραλαμβάνομεν οὐχ ὡς πρὸς τὴν φύσιν τοιούτων ὄντων τῶν πραγμάτων, ὥστε πάντως ἀφασίαν κινεῖν, ἀλλὰ δηλοῦντες ὅτι ἡμεῖς νῦν ὅτε προφερόμεθα αὐτήν, ἐπὶ τῶνδε τῶν ζητουμένων τοῦτο πεπόνθαμεν. κἀκεῖνο χρὴ μνημονεύειν, ὅτι μηδὲν τιθέναι μηδὲ ἀναιρεῖν φαμεν τῶν κατὰ τὸ ἄδηλον δογματικῶς λεγομένων· τοῖς γὰρ κινοῦσιν ἡμᾶς παθητικῶς* r) *καὶ ἀναγκαστικῶς ἄγουσιν εἰς συγκατάθεσιν εἴκομεν.*

### ΚΕΦ. κα'.

### Περὶ τοῦ τάχα καὶ τοῦ**) ἔξεστι καὶ τοῦ ἐνδέχεται.

194 *Τὸ δὲ τάχα καὶ οὐ τάχα, καὶ ἔξεστι καὶ οὐκ ἔξεστι, καὶ*

**modis dicitur, generaliter et specialiter. generaliter ita appellatur vox quae poni aut tolli quidpiam significat, ut dies est, non dies est; specialiter autem, quae aliquid poni tantum significat. in qua significatione propositiones negativae non appellantur phases sive pronunciata. aphasia igitur est abstinentia a phasi, accepta generaliter, sub qua comprehendi dicimus et cataphasin sive affirmationem et apophasin sive negationem, adeo ut aphasia sit affectio nostra, per quam nos nec ponere quicquam nec tollere dicimus. 193. unde patet nos aphasiam etiam assumere, non quasi natura tales sint res ut abstinentiam a pronunciando necessario moveant, sed ut quando illa utimur, declaremus nos super his vel illis quaestionibus ita nunc affici. illud quoque memoria tenendum est dicere nos, nihil poni aut tolli a nobis, eorum quidem certe quae dogmatice de dubiis afferuntur; iis enim, a quibus moventibus nos patimur et a quibus ita coacti ad assensum adducimur, cedimus et acquiescimus.**

### CAP. XXI.

### De vocibus: fortasse licet fieri potest.

**194. Has autem voces, *fortasse* et *non fortasse, licet* et *non licet, fieri***

P 48 q) *πάθος ἡμέτερον*] non *δόγμα* sed tantum *πάθος* hoc esse ait Scepticus, quod *οὐδὲν μᾶλλον τῇ καταφάσει ἢ τῇ ἀποφάσει συγκατατίθεται,* ut verbis utar Photii cod. 212 hoc est nec affirmat aliquid de rebus controversis nec negat: ita enim se affici momentorum utriusque partis consideratione, ut neque in hanc neque in illam partem magis moveatur, et de hoc ipso licet dubius haereat utrum assensus sustinendus perpetuo sit, interim ita se iam nunc affici. hoc *ἀρρεψίας πάθος* dicitur etiam apud Laërtium 9 74, ut nulla sit motio aut devergium in hanc illamve partem, quemadmodum vocem illam nostro etiam usurpatam 2 contra Log. sect. 159 332 interpretatur Lipsius 2 3 manuduct. ad philosophiam Stoicam. *ἀφασίας* vocabulo utitur noster lib. 2 sect. 211, quod HStephani exemplo in versione retinui, quia nullum illi apud Latinos simile repperi. dicitur autem *ἀφασία* a *φημί*, perinde ut *φάσις*, *ἀπόφασις* et *κατάφασις*. utitur Herodianus lib. 1 c. 26 pro suspensione sermonis, quae ex admiratione fit, ut stupens rem, quid de ea dicat vel non dicat, nesciat: *ἀφασία τὸν Κόμμοδον καταλαμβάνει.* de *φάσει* vide Simplicium ad 3 de anima p. 72 b.

[*) *οὔτε*] legebatur *οὐδὲ*]

r) *τοῖς γὰρ κινοῦσιν ἡμᾶς παθητικῶς*] supra sect. 12.

[**) *τοῦ*] legebatur *τῶν*]

ἐνδέχεται καὶ οὐκ ἐνδέχεται, παραλαμβάνομεν ἀντὶ τοῦ τάχα μέν
ἐστιν τάχα δ' οὐκ ἔστιν, καὶ ἔξεστι μὲν εἶναι ἔξεστι δὲ μὴ εἶ-
ναι, καὶ ἐνδέχεται μὲν εἶναι ἐνδέχεται δὲ μὴ εἶναι· ὡς παρα-
λαμβάνειν ἡμᾶς συντομίας χάριν τὸ μὴ ἐξεῖναι ἀντὶ τοῦ ἐξεῖναι
μὴ εἶναι, καὶ τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι ἀντὶ τοῦ ἐνδέχεσθαι μὴ εἶναι,
καὶ τὸ οὐ τάχα ἀντὶ τοῦ τάχα μὴ εἶναι. πάλιν δὲ ἐνταῦθα οὐ 195
φωνομαχοῦμεν, οὐδὲ εἰ φύσει ταῦτα δηλοῦσιν αἱ φωναὶ ζητοῦ-
μεν, ἀλλ' ἀδιαφόρως αὐτὰς, ὡς εἶπον[s]), παραλαμβάνομεν. ὅτι
μέντοι αὗται αἱ φωναὶ ἀφασίας εἰσὶ δηλωτικαί, πρόδηλον οἶμαι·
ὁ γοῦν λέγων τάχα ἔστιν δυνάμει τίθησι καὶ τὸ μάχεσθαι δοκοῦν
αὐτῷ, τὸ τάχα μὴ εἶναι, τῷ διαβεβαιοῦσθαι περὶ τοῦ εἶναι αὐτό. P 49
ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἔχει.

## ΚΕΦ. κβʹ.

## Περὶ τοῦ ἐπέχω.

Τὸ δὲ ἐπέχω παραλαμβάνομεν ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἔχω εἰπεῖν 196
τίνι χρὴ τῶν προκειμένων πιστεῦσαι, ἢ τίνι[*]) ἀπιστῆσαι, δη-
λοῦντες ὅτι ἴσα ἡμῖν φαίνεται τὰ πράγματα πρὸς πίστιν καὶ
ἀπιστίαν. καὶ εἰ μὲν ἴσα ἐστίν, οὐ διαβεβαιούμεθα, τὸ δὲ φαι-
νόμενον ἡμῖν περὶ αὐτῶν, ὅτε ἡμῖν ὑποπίπτει, λέγομεν. καὶ ἡ
ἐποχὴ[t]) δὲ εἴρηται ἀπὸ τοῦ ἐπέχεσθαι τὴν διάνοιαν, ὡς μήτε

*potest* et *non fieri potest*, sumimus pro fortasse est fortasse non est, et licet esse licet etiam non esse, et fieri potest ut sit fieri potest ut non sit; adeo ut brevitatis gratia sumamus non licere pro licere non esse, et non fieri posse pro fieri posse ut non sit, et non fortasse pro fortasse non esse. 195. rursus autem hic non contendimus de vocibus, neque an haec natura talia significent quaerimus, sed ipsas indifferenter, ut dixi, sumimus. has autem voces abstinentiae a pronunciando esse indices, manifestum esse arbitror: nam qui dicit fortasse est, perinde est ac si poneret etiam alterum quod ipsi repugnare videtur, videlicet fortasse non esse, quia non affirmat hoc esse. eadem est et in caeteris ratio.

## CAP. XXII.

## De voce assensum cohibeo.

196. Caeterum vocem *assensum cohibeo* sumimus pro eo quod est, non possum dicere, cui ex iis quae proposita sunt fidem habere, cui fidem derogare oporteat, ostendentes videri nobis res ad promerendam vel ad non promerendam fidem aequales. ita tamen ut aequales esse non affirmemus, sed quod nobis apparet de ipsis, quando sub sensum nostrum cadunt, dicamus. dicta est autem *epoche* h. e. *cohibitio*, quia cohibetur mens a ponenda aut a tollenda re aliqua propter paria in utramque partem eorum,

---

s) ὡς εἶπον] supra sect. 13 et 191.

[*) legebatur ἤ τινι]

t) ἡ ἐποχή] ab hac notum est τοὺς ἀπὸ Σκέψεως sive Scepticos dictos *Ephecticos* philosophos, nostro contra Ethicos sect. 152, Gellio 11 5, Laërtio in prooemio et 9 69 aliisque. etiam Sextus disciplinam Scepticam ἐφεκτικὴν ἀγωγὴν appellat c. 18 etc. sic ab ἀπορίᾳ sive dubitatione dicti ἀπορητικοί lib. 2 contra Logicos sect. 76, 78, 80, 99, 160, 278 et 1 contra Phys. sect. 207, 303, lib. 2 sect. 106, 246, 339. P 49

τιθέναι τι μήτε ἀναιρεῖν διὰ τὴν ἰσοσθένειαν τῶν ζητουμένων. περὶ δὲ τοῦ οὐδὲν ὁρίζω, ταῦτα φαμέν·

## ΚΕΦ. κγ'.

## Περὶ τοῦ οὐδὲν ὁρίζω.

197 Ὁρίζειν εἶναι νομίζομεν οὐχὶ τὸ ἁπλῶς λέγειν τι, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα ἄδηλον προφέρεσθαι μετὰ συγκαταθέσεως· οὕτω γὰρ οὐδὲν ὁρίζων[u]) ὁ Σκεπτικὸς τάχα εὑρεθήσεται, οὐδὲ αὐτὸ τὸ οὐδὲν ὁρίζω. οὐ γάρ ἐστι δογματικὴ ὑπόληψις, τουτέστιν ἀδήλῳ συγκατάθεσις, ἀλλὰ φωνὴ πάθους ἡμετέρου δηλωτική. ὅταν οὖν εἴπῃ ὁ Σκεπτικὸς οὐδὲν ὁρίζω, τοῦτό φησιν, ἐγὼ οὕτω πέπονθα νῦν, ὡς μηδὲν τῶν ὑπὸ τὴν ζήτησιν τήνδε πεπτωκότων τιθέναι δογματικῶς ἢ ἀναιρεῖν. τοῦτο δέ φησιν λέγων τὸ ἑαυτῷ φαινόμενον περὶ τῶν προκειμένων οὐκ ἀπαγγελτικῶς μετὰ πεποιθήσεως ἀποφαινόμενος, ἀλλ' ὃ πάσχει διηγούμενος.

## ΚΕΦ. κδ'.

## Περὶ τοῦ πάντα ἐστὶν ἀόριστα.

198 Καὶ ἡ ἀοριστία δὲ πάθος διανοίας ἐστί, καθ' ὃ οὔτε αἴρομέν τι οὔτε τίθεμέν τῶν δογματικῶς ζητουμένων, τουτέστι τῶν ἀδήλων. ὅταν οὖν λέγῃ ὁ Σκεπτικός, πάντα ἐστὶν ἀόριστα, τὸ μὲν ἔστι λαμβάνει ἀντὶ τοῦ φαίνεσθαι αὐτῷ[x]), πάντα δὲ λέ-

de quibus quaeritur, momenta. de hac autem voce *nihil definio* dicimus huiusmodi.

## CAP. XXIII.

## De voce nihil definio.

197. Definire esse putamus non simpliciter dicere aliquid, sed rem incertam pronuntiare cum assensu. ita enim nihil definire Scepticus forsitan reperietur ne hoc quidem *nihil definio*. non enim haec est dogmatica opinio, id est, qua incertae rei assentiamur, sed vox nostrae affectionis index. quum ergo dicit Scepticus *nihil definio*, hoc dicit, ego ita nunc affectus sum, ut nihil eorum quae sub hanc quaestionem cadunt, ponam dogmatice aut tollam. hoc autem ait dicens quid sibi appareat de rebus propositis, non enunciative cum persuasione pronuncians, sed affectionem suam exprimens.

## CAP. XXIV.

## De eo quod dicunt omnia ita sunt comparata ut definiri nequeant.

198. Abstinentia a definiendo quoque passio est intellectus, secundum quam nec ponimus quicquam, nec tollimus eorum quae dogmatice quaeruntur, id est incertorum. quum igitur dicit Scepticus, omnia ita esse comparata ut definiri nequeant, tunc esse accipit pro eo quod est, videri sibi,

---

u) *οὐδὲν ὁρίζων*] Laërtius 9 74 *μηδὲν ὁρίζοντες, μηδ' αὐτὸ τοῦτο, ὥστε καὶ τὸ μὴ ὁρίζειν ἀνῄρουν*, et 104 *ἐν ᾧ λέγομεν οὐδὲν ὁρίζειν, οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ὁριζόμεθα.*

x) *τὸ μὲν ἔστι ἀντὶ τοῦ φαίνεσθαι αὐτῷ*] supra sect. 135. contra Dogmatici illa voce utuntur pro iis quae vera sunt et explorata, ut apud Ciceronem Laelio: *sunt ista, Laeli.* similiter Plato: *ἔστι ταῦτα.*

γει οὐ τὰ ὄντα, ἀλλὰ ἅπερ διεξῆλθε τῶν παρὰ τοῖς δογματι-
κοῖς ζητουμένων ἀδήλων· ἀόριστα δέ, μὴ προὔπάρχοντα τῶν P 50
ἀντικειμένων ἢ κοινῶς μαχομένων κατὰ πίστιν ἢ ἀπιστίαν. καὶ 199
ὥσπερ ὁ λέγων περιπατῶ, δυνάμει φησὶν ἐγὼ περιπατῶ, οὕ-
τως ὁ λέγων πάντα ἐστὶν ἀόριστα, συσσημαίνει καθ' ἡμᾶς τὸ
ὡς πρὸς ἐμὲ ἢ ὡς ἐμοὶ φαίνεται, ὡς εἶναι τὸ λεγόμενον τοιοῦ-
τον· ὅσα ἐπῆλθον τῶν δογματικοῖς ζητουμένων, τοιαῦτά μοι
φαίνεται, ὡς μηδὲν αὐτῶν τοῦ μαχομένου προὔχειν μοι δοκεῖν
κατὰ πίστιν ἢ ἀπιστίαν.

## ΚΕΦ. κε'.

## Περὶ τοῦ πάντα ἐστὶν ἀκατάληπτα.

Οὕτω δὲ φερόμεθα καὶ ὅταν λέγωμεν, πάντα ἐστὶν ἀκατά- 200
ληπτα y)· καὶ γὰρ τὸ πάντα ὁμοίως ἐξηγούμεθα καὶ τὸ ἐμοὶ συνεκδεχόμεθα, ὡς εἶναι τὸ λεγόμενον τοιοῦτον, πάντα ὅσα ἐφώδευσα τῶν δογματικῶς ζητουμένων ἀδήλων φαίνεταί μοι ἀκατάληπτα. τοῦτο δέ ἐστιν οὐ διαβεβαιουμένου περὶ τοῦ τὰ παρὰ τοῖς δογματικοῖς ζητούμενα φύσεως εἶναι τοιαύτης ὡς εἶναι ἀκατάληπτα, ἀλλὰ τὸ ἑαυτοῦ πάθος ἀπαγγέλλοντος, καθὸ φησιν, ὑπολαμβάνω ὅτι ἄχρι νῦν οὐδὲν κατέλαβον ἐκείνων ἐγὼ διὰ τὴν τῶν ἀντικειμένων ἰσοσθένειαν. ὅθεν καὶ τὰ εἰς περιτροπὴν φε-

omnia autem dicit, non omnia entia, sed quaecumque persequitur ex iis incertis quae apud Dogmaticos quaeruntur; talia autem quae definiri nequeant, id est, non praeferenda aliis contrariis aut generaliter adversantibus ad fidem promerendam aut non promerendam. 199. et quemadmodum qui dicit, ambulo, perinde est ac si diceret, ego ambulo, ita qui dicit, *omnia ita sunt comparata ut definiri nequeant*, una significat, secundum nos, quantum ad me attinet, aut, ut mihi videtur: adeo ut quod dicimus sit huiusmodi: quaecumque examinavi ex illis quae Dogmaticorum quaestionibus agitantur, talia mihi esse videntur, ut nihil eorum magis aut minus fide dignum existimem quam contrarium.

## CAP. XXV.

## De eo quod dicunt, omnia sunt incomprehensibilia.

200. Eandem rationem sequimur et quum dicimus, omnia sunt incomprehensibilia; nam hoc verbum omnia eodem pacto explicamus, et una etiam intelligimus mihi. adeo ut idem hoc valeat ac si ita loqueremur, omnia quaecunque percurri ex iis incertis quae Dogmaticorum quaestionibus agitantur, mihi videntur incomprehensibilia. non sunt autem verba hominis affirmantis, ea de quibus inquirunt Dogmatici naturam hanc habere ut sint incomprehensibilia, sed suam affectionem enuntiantis, quatenus videlicet dicit, existimo me nihil illorum adhuc percepisse propter contrariorum

y) ἀκατάληπτα] κατάληψις infra lib. 2 sect. 3 et lib. 3 c. 25 definitur P 59
καταληπτικῇ φαντασίᾳ κατάθεσις. negant itaque Sceptici assentire se iis quae a comprehensiva phantasia sibi offeruntur: a phantasia ipsa autem res quales illi offeruntur comprehendi sive percipi non negant. neque alterum illud ita negant ut negent vel dogma hoc statuant nihil esse quod comprehendi percipique possit, quemadmodum Arcesilas Carneades aliique Academici apud Ciceronem in Lucullo c. 6 et 18 etc. sed tantum ut ita sibi videri testentur in utramque partem hactenus ambiguis.

*ρόμενα πάντα ἀπᾴδοντα* [z]) *εἶναι δοκεῖ μοι τῶν ὑφ' ἡμῶν ἀπαγγελλομένων.*

### ΚΕΦ. κϛ'.

### Περὶ τοῦ ἀκαταληπτῶ καὶ οὐ καταλαμβάνω.

201 *Καὶ ἡ ἀκαταληπτῶ δὲ καὶ ἡ οὐ καταλαμβάνω φωνὴ πάθους οἰκείου ἐστὶ δηλωτική, καθὸ ἀφίσταται ὁ σκεπτικὸς ὡς πρὸς τὸ παρὸν τοῦ τιθέναι τὶ τῶν ζητουμένων ἀδήλων ἢ ἀναιρεῖν, ὡς ἔστιν δῆλον ἐκ τῶν προειρημένων ἡμῖν περὶ τῶν ἄλλων φωνῶν.*

P 51

### ΚΕΦ. κζ'.

### Περὶ τοῦ παντὶ λόγῳ ἴσον ἀντικεῖσθαι.

202 *Ὅταν δὲ λέγωμεν, παντὶ λόγῳ λόγος ἴσος* [a]) *ἀντίκειται, παντὶ μὲν λέγομεν τῷ ὑφ' ἡμῶν διεξωδευμένῳ, λόγον δέ φαμεν οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸν κατασκευάζοντά τι δογματικῶς, τουτέστι περὶ ἀδήλου, καὶ οὐ πάντως τὸν ἐκ λημμάτων καὶ ἐπιφορᾶς* [b]), *ἀλλὰ τὸν ὁπωσοῦν* [c]) *κατασκευάζοντα· ἴσον δέ φαμεν κατὰ πί-*

aequipollentiam. unde mihi videntur etiam omnia quae ad eversionem dubitationis nostrae afferuntur, iis quae nos enuntiamus, suffragari.

### CAP. XXVI.

### De vocibus, non concipio non comprehendo.

201. Hae quoque voces, *non concipio* et *non comprehendo*, propriae passionis sunt indices, quatenus ad praesens supersedet Scepticus ponere aut tollere aliquid ex illis incertis de quibus quaeritur, ut ex iis patet quae a nobis de caeteris vocibus antea dicta sunt.

### CAP. XXVII.

### De eo quod dicunt, omni rationi parem rationem dari oppositam.

202. Cum autem dicimus, *omni rationi ratio paris momenti opponitur*, omni dicimus, quam quidem nos examinaverimus. rationem autem dicimus non simpliciter, sed quae aliquid dogmatice astruit, id est de incerto, nec eam tantummodo quae ex sumptionibus et illatione, sed quae quovis modo astruit quidpiam. paris item momenti dicimus, non simpliciter, sed ad fidem

---

z) *ἀπᾴδοντα*] puto legendum esse *ἐπᾴδοντα*, atque hoc in versione sum secutus. sensus enim est ea quoque quae Sceptico opponuntur, eius tamen dubitationi suffragari. nam quibus argumentis probavero non esse dubitandum, haec illi videbuntur par momentum afferre ad sustinenda contraria argumenta, quibus ad assensum suspendendum moveri sibi Scepticus videtur: itaque de eo ipso, utrum assensus cohibendus sit, dubitandum sibi esse non diffitebitur. [immo scribendum *οὐχ ἀπᾴδοντα*]

P 51 a) *παντὶ λόγῳ λόγος ἴσος*] neque hoc Scepticus statuit pro dogmate, ut fecit Protagoras teste Laërtio 9 51 atque Academici apud Ciceronem in Lucullo, sed ut testetur sibi hactenus ita videri, quod in rebus inter Dogmaticos controversis paria ex utravis parte exstent rationum momenta, et a se possint invicem opponi.

b) *ἐκ λημμάτων καὶ ἐπιφορᾶς*] perfectum syllogismum ex praemissis et conclusione constantem. in editis male erat *λειμμάτων*.

c) *ὁπωσοῦν*] ms. V *ὁποσοῦν*. mox in editis erat: *ἴσον δέ φαμεν οὐχ ἁπλῶς κατὰ πίστιν ἢ ἀπιστίαν.* HStephanus recte supplet: *οὐχ ἁπλῶς ἀλλὰ κατὰ πίστιν ἢ ἀπιστίαν.* sed verba *οὐχ ἁπλῶς* plane desunt in

στιν ἢ ἀπιστίαν, τό τε ἀντίκειται λαμβάνομεν ἀντὶ τοῦ μάχε-
ται κοινῶς, καὶ τὸ ὡς ἐμοὶ φαίνεται συνεκδεχόμεθα. ὅταν οὖν 203
εἴπω, παντὶ λόγῳ λόγος ἴσος ἀντίκειται, δυνάμει τοῦτό φημι,
παντὶ τῷ ὑπ᾽ ἐμοῦ ζητουμένῳ λόγῳ, ὡς κατασκευάζει τι δογμα-
τικῶς, ἕτερος λόγος κατασκευάζων τι δογματικῶς, ἴσος αὐτῷ
κατὰ πίστιν καὶ ἀπιστίαν ἀντικεῖσθαι φαίνεταί μοι, ὡς εἶναι τὴν
τοῦ λόγου προφορὰν οὐ δογματικήν, ἀλλ᾽ ἀνθρωπείου πάθους
ἀπαγγελίαν, ὅ ἐστι φαινόμενον τῷ πάσχοντι. προφέρονται δέ 204
τινες καὶ οὕτω τὴν φωνήν, παντὶ λόγῳ λόγον ἀντικεῖσθαι τὸν
ἴσον, ἀξιοῦντες παραγγελματικῶς τοῦτο, παντὶ λόγῳ δογματικῶς
τι κατασκευάζοντι λόγον δογματικῶς ζητοῦντα ἴσον κατὰ πίστιν
καὶ ἀπιστίαν μαχόμενον αὐτῷ ἀντιτιθῶμεν, ἵνα ὁ μὲν λόγος
αὐτοῦ ᾖ πρὸς τὸν σκεπτικόν, χρῶνται δὲ ἀπαρεμφάτῳ ἀντὶ
προστακτικοῦ, τῷ ἀντικεῖσθαι ἀντὶ τοῦ ἀντιτιθῶμεν. παραγ- 205
γέλλουσιν δὲ τοῦτο τῷ σκεπτικῷ, μή πως ὑπὸ τοῦ δογματικοῦ
παρακρουσθεὶς ἀπείπῃ τὴν περὶ αὐτοῦ ζήτησιν, καὶ τῆς φαινο-
μένης αὐτοῖς ἀταραξίας [d]), ἣν νομίζουσι παρυφίστασθαι τῇ περὶ
πάντων ἐποχῇ, καθὼς ἔμπροσθεν ὑπεμνήσαμεν, σφαλῇ προπε-
τευσάμενος.

## ΚΕΦ. κη'.

### Παραπήγματα ὑπὲρ τῶν σκεπτικῶν φωνῶν.

Περὶ τοσούτων ἀρκέσει τῶν φωνῶν ὡς ἐν ὑποτυπώσει διεξελ- 206
θεῖν, ἄλλως τε καὶ ἐπεὶ ἐκ τῶν νῦν ἡμῖν εἰρημένων δυνατὸν P 52

obtinendam aut non obtinendam. et opponitur accipimus generaliter pro adversatur. subaudimus etiam, ut mihi videtur. 203. cum igitur dico, omni rationi paris opposita est momenti ratio, perinde est ac si dicerem, omni rationi a me examinatae, quae aliquid dogmatice astruit, mihi opponi videtur alia dogmatice aliquid astruens, aequalis ipsi ad fidem obtinendam vel non obtinendam. adeo ut huiusmodi vocis enuntiatio non sit dogmatica, sed passionis humanae significatio, quae est id quod apparet patienti. 204. sunt autem et qui hanc vocem ita proferant, *omni rationi debere rationem paris momenti opponi*, hoc velut imperative enuntiantes, omni rationi dogmatice quidpiam astruenti rationem dogmatice inquirentem paris momenti ad fidem obtinendam vel non obtinendam ipsi adversantem opponamus: ut sermonem suum ad Scepticum dirigant utanturque infinitivo pro imperativo, videlicet opponi pro eo quod est opponamus. 205. praecipiunt autem Sceptico, ne a Dogmatico deceptus animum despondeat ac omittat illius perquisitionem, et ita per temeritatem suam frustretur eo quem videntur obtinere imperturbato mentis statu, quemque comitari existimant eos qui de omnibus assensum retinent, quemadmodum docuimus.

## CAP. XXVIII.

### Appendix ad tractationem de scepticis vocibus.

206. De hisce itaque vocibus pro ratione huius operis quo singula breviter persequimur, dixisse sufficiat, praesertim quum vel ex iis quae modo

---

mss. V et S atque salva sententia possunt abesse, itaque et illa omisi; videntur enim repetita ex superioribus *λόγον δέ φαμεν οὐχ ἁπλῶς ἀλλὰ τὸν κατασκευάζοντά τι δογματικῶς.*

*d*) ἀταραξίας] supra sect. 25 seq.

ἐστιν λέγειν καὶ περὶ τῶν παραλελειμμένων [e])· περὶ πασῶν γὰρ
τῶν σκεπτικῶν φωνῶν ἐκεῖνο χρὴ προειληφέναι, ὅτι περὶ τοῦ
ἀληθεῖς αὐτὰς εἶναι πάντως οὐ διαβεβαιούμεθα, ὅπου γε καὶ
ὑφ᾽ ἑαυτῶν αὐτὰς ἀναιρεῖσθαι λέγομεν δύνασθαι ἐμπεριγραφο-
μένας [f]) ἐκείνοις περὶ ὧν λέγονται, καθάπερ τὰ καθαρτικὰ τῶν
φαρμάκων οὐ μόνον τοὺς χυμοὺς ὑπεξαιρεῖ τοῦ σώματος, ἀλλὰ
207 καὶ ἑαυτὰ τοῖς χυμοῖς συνεξάγει. φαμὲν δὲ καὶ ὡς οὐ κυρίως
δηλοῦντες τὰ πράγματα, ἐφ᾽ ὧν παραλαμβάνονται, τίθεμεν αὐ-
τάς, ἀλλ᾽ ἀδιαφόρως [g]) καὶ εἰ βούλονται καταχρηστικῶς — οὔτε
γὰρ πρέπει τῷ σκεπτικῷ φωνομαχεῖν — ἀλλ᾽ [*]) ὡς ἡμῖν συνεργεῖ
τὸ μηδὲ ταύτας τὰς φωνὰς εἰλικρινῶς σημαίνειν λέγεσθαι, ἀλλὰ
208 πρός τι [h]), καλῶς πρὸς τοὺς σκεπτικούς. πρὸς τούτοις κἀκείνου
δεῖ μεμνῆσθαι, ὅτι οὐ περὶ πάντων τῶν πραγμάτων καθόλου
φαμὲν αὐτάς, ἀλλὰ περὶ τῶν ἀδήλων καὶ τῶν δογματικῶς ζη-
τουμένων [i]), καὶ ὅτι τὸ φαινόμενον ἡμῖν φαμέν, καὶ οὐχὶ δια-
βεβαιωτικῶς περὶ τῆς φύσεως τῶν ἐκτὸς ὑποκειμένων ἀποφαι-
νόμεθα· ἐκ γὰρ τούτων πᾶν σόφισμα [k]) πρὸς φωνὴν ἐνεχθὲν

**a nobis disputata fuerunt, etiam de praetermissis dici possit. de omnibus enim Scepticis vocibus illud oportet cognitum habere, nos non affirmare veras illas omnino esse, utpote quum eas fateamur a se ipsis everti posse, circumscriptas in illis de quibus dicuntur; sicuti purgantia medicamenta non solum humores corpore extrahunt, sed etiam semetipsa una cum humoribus expellunt. 207. dicimus praeterea nos non ut proprie significantes res quibus adhibentur ponere eas, sed indifferenter, aut si malunt abusive: (neque enim Scepticum de vocibus altercari decet) praesertim quum nobis commodum sit ne simpliciter quidem et per se significare, dici has voces, sed ad aliquid, videlicet ad Scepticos. 208. illud praeterea meminisse oportet, nos non de omnibus rebus generaliter proferre ipsas, sed de incertis et iis quae dogmatice quaeruntur, idque quod apparet nobis dicere, non autem affirmationem de natura externorum subiectorum adhibere. ex his**

---

P 52 e) *περὶ τῶν παραλελειμμένων*] ut sunt *ἀσυγκαταθετεῖν*, *ἴσως*, *ἔοικε*, *τἀναντία περὶ τὸ αὐτὸ ὑπόκειται*, et similia.

f) *ἐμπεριγραφομένας*] vide quae ad sect. 14.

g) *ἀδιαφόρως*] supra sect. 195 *οὐ φωνομαχοῦμεν, οὐδὲ εἰ φύσει ταῦτα δηλοῦσιν αἱ φωναὶ ζητοῦμεν, ἀλλ᾽ ἀδιαφόρως αὐτὰς ὡς εἶπον παραλαμβάνομεν.* pulchrum est quod negat Scepticum *φωνομαχεῖν* sive de verbis litigare. sed profecto omnes philosophos et omnes in re quacumque veritatem quaerentes huiusmodi logomachiae ac vocilitigia dedecent, licet maxime decet, quo sophistis praecludatur calumniae occasio, dare operam, ut quod Sextus etiam facit quae sentimus et intelligi volumus et proprie, accurate nec ambigue eloquamur. vocabulum *ἀδιαφόρως* illustrat Athanasii dictum laudatum Ioanni Becco in Graecia Allatii Orthodoxa t. 2 p. 219 *ἄριστον καὶ πάνυ θεοφιλὲς τὰς ἐν λέξεσι παρορᾶσθαι διαφοράς, ὁπηνίκα εἴη κατὰ τὴν ἐπὶ τῇ ἐννοίᾳ ὁμοφροσύνην συμβαίνειν τοὺς ἀδελφούς.*

[*) *ἀλλ᾽ ὡς*] *ἄλλως*? pro *οὔτε* scr. *οὐδὲ*]

h) *ἀλλὰ πρός τι*] ut de Scepticis modo intelligantur, non de aliis hominibus. nam v. g. *οὐδὲν μᾶλλον* non magis hoc quam illud verum videtur Sceptico, at haud Dogmatico, nec e vulgo cuilibet. *οὐ καταλαμβάνω* non comprehendo, hoc Scepticus de se narrat, non affirmat idem a Dogmatico non percipi.

i) *περὶ τῶν ἀδήλων καὶ τῶν δογματικῶς ζητουμένων*] hoc saepius inculcat noster. vide supra sect. 12, 200 etc.]

k) *πᾶν σόφισμα*] innuit meram fore elenchi ignorationem, quaecum-

σκεπτικὴν οἴομαι δύνασθαι διατρέπεσθαι. ἐπεὶ δὲ τὴν ἔννοιαν 209
καὶ τὰ μέρη καὶ τὸ κριτήριον καὶ τὸ τέλος, ἔτι δὲ τοὺς τρόπους τῆς ἐποχῆς ἐφοδεύσαντες καὶ περὶ τῶν σκεπτικῶν φωνῶν εἰπόντες τὸν χαρακτῆρα τῆς Σκέψεως ἐμπεφανίκαμεν, ἀκόλουθον ἡγούμεθα εἶναι καὶ τῶν παρακειμένων αὐτῇ φιλοσοφιῶν [l]) τὴν πρὸς αὐτὴν διάκρισιν συντόμως ἐπελθεῖν, ἵνα σαφέστερον τὴν ἐφεκτικὴν ἀγωγὴν κατανοήσωμεν. ἀρξώμεθα δὲ ἀπὸ τῆς Ἡρακλειτείου [m]) φιλοσοφίας.

## ΚΕΦ. κθʹ.

### Ὅτι διαφέρει ἡ σκεπτικὴ ἀγωγὴ τῆς Ἡρακλείτου φιλοσοφίας.

Ὅτι μὲν οὖν αὕτη διαφέρει τῆς ἡμετέρας ἀγωγῆς πρόδη- 210
λον. ὁ μὲν γὰρ Ἡράκλειτος περὶ πολλῶν ἀδήλων ἀποφαίνεται
δογματικῶς, ἡμεῖς δ' οὐχί, καθάπερ εἴρηται. ἐπεὶ δὲ οἱ περὶ P 53
τὸν Αἰνησίδημον [n]) ἔλεγον ὁδὸν εἶναι τὴν σκεπτικὴν ἀγωγὴν ἐπὶ τὴν Ἡρακλείτειον φιλοσοφίαν, διότι προηγεῖται τοῦ τἀναν-

enim omne sophisma adversus vocem Scepticam allatum everti posse arbitror. 209. quum autem epoches notionem partesque, criterium et modos percucurrerimus et de Scepticis vocibus loquuti characterem ipsius Scepticae disciplinae declaraverimus, consentaneum esse putamus, in quibus a finitimis ipsi philosophiis distinguatur, paucis explicare, ut ita manifestius ephecticam disciplinam perspiciamus. ordiemur autem ab Heracliti philosophia.

## CAP. XXIX.

### Differre Scepticam disciplinam ab Heracliti philosophia.

210. Hanc igitur a nostra disciplina differre clarum est. Heraclitus enim de multis obscuris dogmatice pronuntiat, nos autem minime, quemadmodum dictum est. quoniam autem Aenesidemus aiebat Scepticam disciplinam viam esse ad Heracliti philosophiam, siquidem antequam contraria circa

---

que Dogmaticus adversus Scepticos ex vocibus illis obiecturus sit, ut sibi ipsis adversari Scepticos exinde evincat.

*l*) *τῶν παρακειμένων αὐτῇ φιλοσοφιῶν*] ex Ciceronis Lucullo c. 5 patet Academicos provocasse ad consensum plurium notissimorum philosophorum: *vos cum perturbare ut Gracchi remp. sic vos philosophiam bene iam constitutam velitis, Empedoclem Anaxagoram Democritum Parmenidem Xenophanem Platonem etiam et Socratem profertis.* at Sextus tam hosce philosophos, quam Academicos ipsos Dogmaticis adscribendos esse non Scepticis disputat.

*m*) *Ἡρακλειτείου*] ita reposui e mss pro *Ἡρακλείτου* quod erat in editis. etiam sectatores Heracliti dictos *Ἡρακλειτείους* constat e Platonis Theaeteto, Diogene Laërtio et aliis. atque ita infra plus simplici vice noster eos nominat, ut 2 contra Physicos sect. 230, 231. et similiter *Δημοκρίτειον φιλοσοφίαν.* Laërtius in Pyrrhone lib. 9 sect. 73 laudat hoc Heracliti dictum: *μὴ εἰκῆ περὶ τῶν μεγίστων συμβαλώμεθα.*

*n*) *οἱ περὶ τὸν Αἰνησίδημον*] male et hic in editis erat *Ὀνησίδημον.* P 53
constat autem Aenesidemum libenter Heracliti institisse vestigiis, ut docent exempla notata a Sexto lib. 1 contra Logicos sect. 349 et 1 contra Physicos sect. 337 lib. 2 sect. 216.

τία περὶ τὸ αὐτὸ ὑπάρχειν [o]) τὸ τἀναντία περὶ τὸ αὐτὸ φαίνεσθαι, καὶ οἱ μὲν Σκεπτικοὶ φαίνεσθαι λέγουσι τὰ ἐναντία περὶ τὸ αὐτό, οἱ δὲ Ἡρακλείτειοι ἀπὸ τούτου καὶ ἐπὶ τὸ ὑπάρχειν [p]) αὐτὰ μετέρχονται, φαμὲν πρὸς τούτους ὅτι τὸ τὰ ἐναντία περὶ τὸ αὐτὸ φαίνεσθαι οὐ δόγμα ἐστὶ τῶν Σκεπτικῶν, ἀλλὰ πρᾶγμα οὐ μόνον τοῖς Σκεπτικοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις φιλοσόφοις καὶ
211 πᾶσιν ἀνθρώποις ὑποπῖπτον. οὐδεὶς γοῦν τολμήσαι ἂν εἰπεῖν, ὅτι τὸ μέλι [q]) οὐ γλυκάζει τοὺς ὑγιαίνοντας, ἢ ὅτι τοὺς ἰκτερικοὺς οὐ πικράζει. ὥστε ἀπὸ κοινῆς τῶν ἀνθρώπων προλήψεως ἄρχονται οἱ Ἡρακλείτειοι, καθάπερ καὶ ἡμεῖς, ἴσως δὲ καὶ αἱ ἄλλαι φιλοσοφίαι. διόπερ εἰ μὲν ἀπό τινος τῶν σκεπτικῶς λεγομένων ἐλαμβάνετο τὸ τἀναντία περὶ τὸ αὐτὸ ὑποκεῖσθαι, οἷον τοῦ πάντα ἐστὶν ἀκατάληπτα, ἢ τοῦ οὐδὲν ὁρίζω, ἤ τινος τῶν παραπλησίων, ἴσως ἂν συνῆγον [r]) ὃ λέγουσι. ἐπεὶ δὲ ἀρχὰς

idem sint, oportet contraria circa idem apparere, et Sceptici quidem contraria circa idem apparere dicunt, Heraclitei autem hinc etiam illuc progrediuntur, ut dicant esse; illis respondemus hoc quod dicitur, contraria circa idem apparere non esse Scepticorum dogma, sed rem non Scepticis solum, verum etiam aliis philosophis et omnibus hominibus sub sensus cadentem. 211. verbi gratia nemo negare audeat quin ex melle sani dulcedinem, icterici amarorem percipiant. hinc fit ut a communi hominum praenotione incipiant Heraclitei, uti et nos, fortasse autem et caeterae philosophiae. quare si ab aliquo eorum quae sceptice dicuntur acciperent hoc, videlicet contraria circa idem versari, nimirum aut ab hac voce omnia sunt incomprehensibilia, aut illa nihil definio, aut alia simili; fortasse collige-

---

o) *τοῦ τἀναντία περὶ τὸ αὐτὸ ὑπάρχειν*] inter Heracliti dogmata erat *γίνεσθαι πάντα κατ' ἐναντιότητα* ut est apud Laërtium 9 8 sive ut idem 7 *διὰ τῆς ἐναντιοτροπῆς ἡρμόσθαι τὰ ὄντα*, quorum verborum sententia est, rerum naturam in omnibus contraria *ἄνω κάτω* suscipere, ita ut idem iam sit ignis, iam sit aër, iam aqua iam terra, iam ignis iterum: idemque modo calidum modo frigidum, modo durum modo molle ac vicissim. eamque repugnantiam diversarum ex uno communi principio rerum igne quatenus ad generationem rerum facit, vocabat *bellum et contentionem*, quatenus autem regreditur ad dissolvenda iterum omnia in commune principium atque ignem, *pacem et concordiam* appellabat, contrario prorsus quam vocabulis illis Empedocles usus est sensu: *τῶν δὲ ἐναντίων τὸ μὲν ἐπὶ τὴν γένεσιν ἄγον καλεῖσθαι πόλεμον καὶ ἔριν· τὸ δ' ἐπὶ τὴν ἐκπύρωσιν, ὁμολογίαν καὶ εἰρήνην, καὶ τὴν μεταβολὴν ὁδὸν ἄνω κάτω.* Aristoteles Nicomacheor. 8 2 *καὶ Ἡράκλειτος τὸ ἀντίξουν συμφέρον καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν, καὶ πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι. ἐξ ἐναντίας δὲ τούτοις ἄλλοι καὶ Ἐμπεδοκλῆς.* Proclus 1 in Timaeum Platonis p. 24 *πόλεμος γάρ ἐστι πάντων πατὴρ κατὰ τὸν Ἡράκλειτον.* sed de tota hac Heracliti physiologia exstat praeclara eruditissimi D. Godfridi Olearii *τοῦ μακαρίτου* exercitatio.

p) *καὶ ἐπὶ τὸ ὑπάρχειν*] Scepticis satis est ut dicant haec vel illa sic videri sibi, at Heraclitus non modo videri sed vere ita esse etiam contraria de uno eodemque subiecto qualia apparerent docebat et statuebat. noster infra lib. 2 sect. 59 *ἑτέρα μέν ἐστιν ἡ Γοργίου διάνοια, καθ' ἥν φησι μηδὲν εἶναι· ἑτέρα δὲ ἡ Ἡρακλείτου, καθ' ἣν λέγει πάντα εἶναι.* et paucis interiectis sect. 64 *ὁ μὲν Δημόκριτος ἔφη μήτε γλυκὺ τὸ μέλι εἶναι μήτε πικρόν, ὁ δὲ Ἡράκλειτος ἀμφότερα.* adde lib. 1 adversus Logicos.

q) *τὸ μέλι*] supra sect. 101 et alibi passim hoc exemplo noster utitur.

r) *συνῆγον*] Salmasius legebat *συνάγειν.* sed lectio codicum praestat.

ἔχουσι οὐ μόνον ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις φιλοσόφοις καὶ τῷ βίῳ ὑποπιπτούσας, τί μᾶλλον τὴν ἡμετέραν ἀγωγήν, ἢ ἑκάστην τῶν ἄλλων φιλοσοφιῶν ἢ καὶ τὸν βίον ὁδὸν ἐπὶ τὴν Ἡρακλείτειον φιλοσοφίαν εἶναι λέγοι τις ἄν, ἐπειδὴ πάντες κοιναῖς ὕλαις[s])
κεχρήμεθα; μήποτε δὲ οὐ μόνον οὐ συνεργεῖ πρὸς τὴν γνῶσιν 212
τῆς Ἡρακλειτείου φιλοσοφίας ἡ σκεπτικὴ ἀγωγή, ἀλλὰ καὶ ἀποσυνεργεῖ[t]), εἴ γε ὁ Σκεπτικὸς πάντα τὰ ὑπὸ τοῦ Ἡρακλείτου δογματιζόμενα ὡς προπετῶς λεγόμενα διαβάλλει, ἐναντιούμενος
μὲν τῇ ἐκπυρώσει[u]), ἐναντιούμενος δὲ τῷ τὰ ἐναντία περὶ τὸ P 54
αὐτὸ[x]) ὑπάρχειν, καὶ ἐπὶ παντὸς δόγματος τοῦ Ἡρακλείτου τὴν μὲν δογματικὴν προπέτειαν διασύρων, τὸ δὲ οὐχ ὑπολαμβάνω καὶ τὸ οὐδὲν ὁρίζω ἐπιφθεγγόμενος, ὡς ἔφην ἔμπροσθεν, ὅπερ μάχεται τοῖς Ἡρακλειτείοις. ἄτοπον δέ ἐστιν τὸ τὴν μαχομένην ἀγωγὴν ὁδὸν εἶναι λέγειν τῆς αἱρέσεως ἐκείνης ᾗ μάχεται[y]).

**rent verum esse quod dicunt, sed quum principia habeant non solum nobis, sed aliis etiam philosophis et vitae sub sensus cadentia, curnam potius dicat aliquis disciplinam nostram viam sternere ad Heracliti philosophiam, quam aliarum philosophiarum quamlibet, aut etiam vitam, quum omnes communibus materiis usi simus? 212. atque haud scio an potius incommoda sit ad Heracliti philosophiam cognoscendam sceptica disciplina, quam commoda, quum Scepticus omnia quae ab Heraclito dogmatice dicuntur, tamquam temeraria reprehendat, repugnans illius conflagrationi mundi, repugnans etiam huic quod dicit, contraria circa idem existere, et ad unumquodque Heracliti dogma dogmaticam temeritatem irrideat atque subiungat, non comprehendo, et nihil definio, quemadmodum antea dixi, quod Heracliteis adversatur. absurdum autem est, adversantem disciplinam viam esse dicere**

ex iisdem paullo ante scripsi *τῶν σκεπτικῶς λεγομένων* pro eo quod in editis erat *τῶν σκεπτικῶν λεγομένων*, manifesto vitio.

*s*) *κοιναῖς ὕλαις*] infra de Democrito c. 30 *λέγεται κοινωνίαν ἔχειν πρὸς τὴν σκέψιν, ἐπεὶ δοκεῖ τῇ αὐτῇ ὕλῃ ἡμῖν κεχρῆσθαι.* intelligit igitur per *ὕλην* sive *κοινὰς ὕλας* argumenta rerum et observationes communes Dogmaticis Scepticisque, quae illis materiem praebent ad diversa dogmata statuenda, his ad assensionem cohibendam. v g. ex eo quod mel sanis dulce sapit, ictericis amarum, Heraclitus colligebat et dulce et amarum in melle esse, Democritus neutrum, Sceptici non magis hoc forte quam illud. observatum itaque in melle *φαινόμενον* est *κοινὴ ὕλη*, qua pariter utuntur Dogmatici Scepticique.

*t*) *ἀποσυνεργεῖ*] contrarium *τῷ συνεργεῖ*, et plus quam *οὐ συνεργεῖ*, componitur autem ut *ἀποσύνακτος ἀποσυσσιτέω ἀποσύστασις ἀποσυνάγω ἀποσυνάγωγος ἀποσυσκευάζω ἀποσυμβολάω ἀποσυμβουλεύω.*

*u*) *τῇ ἐκπυρώσει*] notissimum dogma Heracliti, deflagrationibus coeli P 54
et terrarum per certas temporum periodos omnia in ignem (ex quo constent omnia) iterum resolvi, sive ut Laërtius 9 9 *πάλιν ἐκπυροῦσθαι κατά τινας περιόδους ἐναλλὰξ τὸν σύμπαντα αἰῶνα.* Eusebius 14 3 Praeparat. *ὁ Ἡράκλειτος ἀρχὴν τῶν πάντων ἔφη τὸ πῦρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα γίνεται καὶ εἰς ὃ ἀναλύεται· ἀμοιβὴν γὰρ εἶναι τὰ πάντα, χρόνον τε ὡρίσθαι τῆς τῶν πάντων εἰς τὸ πῦρ ἀναλύσεως καὶ τῆς ἐκ τούτου γενέσεως.* apud Marcianum Capellam p. 21 *Vulcanus licet diceretur Iunonius, totius mundi dictus ab Heraclito est demorator.* Hugo Grotius legit *devorator*, sed malim *democrator*; nam et Varro Heraclitum secutus ignem *mundi animum dixit, proinde quod in mundo ignis omnia gubernet.* vide Isidorum 8 6 Originum.

*x*) *τῷ τὰ ἐναντία περὶ τὸ αὐτὸ*] dogma alterum Heracliti, de quo paullo ante sect. 210.

*y*) *ᾗ μάχεται*] ita ex mss legendum, ut statim praecessit *μάχεται τοῖς Ἡρακλειτείοις.* minus bene editi habebant *ἧς μάχεται.*

ἄτοπον ἄρα τὸ τὴν σκεπτικὴν ἀγωγὴν ἐπὶ τὴν Ἡρακλείτειον φιλοσοφίαν ὁδὸν εἶναι λέγειν.

## ΚΕΦ. λ.

### Τίνι διαφέρει ἡ Σκεπτικὴ ἀγωγὴ τῆς Δημοκριτείου φιλοσοφίας.

213 Ἀλλὰ καὶ ἡ Δημοκρίτειος φιλοσοφία λέγεται κοινωνίαν ἔχειν πρὸς τὴν σκέψιν, ἐπεὶ δοκεῖ τῇ αὐτῇ ὕλῃ [z]) ἡμῖν κεχρῆσθαι. ἀπὸ γὰρ τοῦ τοῖς μὲν γλυκὺ φαίνεσθαι τὸ μέλι, τοῖς δὲ πικρόν, τὸν Δημόκριτον ἐπιλογίζεσθαί φασι τὸ μήτε γλυκὺ αὐτὸ εἶναι μήτε πικρόν, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιφθέγγεσθαι τὴν "οὐ μᾶλλον" φωνὴν σκεπτικὴν οὖσαν. διαφόρως μέντοι χρῶνται τῇ οὐ μᾶλλον [a]) φωνῇ οἵ τε Σκεπτικοὶ καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Δημοκρίτου· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ μηδέτερον εἶναι τάττουσι τὴν φωνήν, ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τοῦ ἀγνοεῖν πότερον ἀμφότερα ἢ οὐδέτερόν *) τί ἐστι τῶν
214 φαινομένων. ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο μὲν διαφέρομεν. προδηλοτάτη δὲ γίνεται ἡ διάκρισις, ὅταν ὁ Δημόκριτος λέγῃ, ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν [b])· ἐτεῇ μὲν γὰρ λέγει ἀντὶ τοῦ ἀληθείᾳ. κατ' ἀλή-

ad sectam illam cui adversatur. absurdum ergo est scepticam disciplinam ad Heracliti philosophiam viam esse dicere.

## CAP. XXX.

### In quo differat Sceptica disciplina a Democriti philosophia.

213. Democriti quoque philosophia communionem habere cum Sceptica disciplina fertur, quia videtur eadem qua nos usa esse materia. nam ex eo quod mel aliis dulce aliis amarum videatur, Democritum ratiocinari dicunt neque dulce ipsum esse neque amarum, et propterea pronuntiare vocem non magis, quae Sceptica est. verum aliter utuntur hac voce Sceptici quam Democritici philosophi: illi enim vocem hanc usurpant significare volentes neutrum esse, nos autem significantes nos ignorare an utrumque an neutrum sit eorum quae apparent. 214. itaque in hoc quoque ab illis differimus. sed longe manifestissima differentia est quum dicit Democritus, *ἐτεῇ atoma* et *vacuum; ἐτεῇ* enim dicit pro *veritate.* in eo autem quod ait, vere

---

z) τῇ αὐτῇ ὕλῃ] sic superiore capite sect. 211 in Heraclito: *ἐπειδὴ πάντες κοιναῖς ὕλαις κεχρήμεθα*, ubi vide si placet quae annotavi.

a) οὐ μᾶλλον] Diogenes Laërtius 9 75 docet quadruplici sensu hanc vocem accipi posse: 1 θετικῶς, ut si dicam *non magis sceleratum esse piratam mendace.* 2 ἀναιρετικῶς, quo modo Democritus accipiebat, ut si dicam *non magis pirata quam mendax est laudandus*, id est neuter horum. 3 θετικῶς καὶ ἀναιρετικῶς, ut si dicam *non magis laudem pirata meretur quam vituperationem mendax*, ex quo plane non sequitur laudem mereri. 4 ἀναιρετικῶς καὶ θετικῶς, ut Sceptici: *non magis est quam non est piratae crimen mendacis crimine gravius.* Democritum porro formula hac secundo sensu usum esse testatur Sextus etiam infra 2 6 *ἐκ τοῦ τὸ μέλι τοῖς μὲν πικρὸν τοῖς δὲ γλυκὺ φαίνεσθαι, ὁ μὲν Δημόκριτος ἔφη μήτε γλυκὺ αὐτὸ εἶναι μήτε πικρόν*, quoniam aliis dulce, aliis (ut ictericis) mel videtur amarum, hinc non magis dulce quam amarum, hoc est, nec dulce nec amarum re et natura sua esse. confer de Democrito *πᾶν αἰσθητὸν* tollente lib. adversus Musicos sect. 53 et lib. 1 adversus Logicos sect. 135 et 368 et lib. 2 sect. 6 et 184.

[*) scribebatur οὐθ' ἕτερον]

b) *ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν*] inter familiares haec Democriti voces fuit ἐτεῇ pro veritate, ac propterea a librariis non raro corrupta, quia pa-

θειαν δὲ ὑφεστάναι λέγων τάς τε ἀτόμους καὶ τὸ κενόν, ὅτι διενήνοχεν ἡμῶν (εἰ καὶ ἀπὸ τῆς ἀνωμαλίας τῶν φαινομένων ἄρχεται) περιττὸν οἶμαι λέγειν.

## ΚΕΦ. λα΄. P 55

### Τίνι διαφέρει τῆς Κυρηναϊκῆς ἡ Σκέψις.

Φασὶ δέ τινες ὅτι ἡ Κυρηναϊκὴ ἀγωγὴ ἡ αὐτή ἐστι τῇ Σκέψει, ἐπειδὴ κἀκείνη τὰ πάθη μόνα φησὶ καταλαμβάνειν. διαφέρει δὲ αὐτῆς· ἐπειδὴ ἐκείνη μὲν τὴν ἡδονὴν καὶ τὴν λείαν τῆς σαρκὸς κίνησιν [c]) τέλος εἶναι λέγει, ἡμεῖς δὲ τὴν ἀταραξίαν [d]), ᾗ ἐναντιοῦται τὸ κατ᾽ ἐκείνους τέλος· καὶ γὰρ παρούσης τῆς ἡδονῆς καὶ μὴ παρούσης [e]), ταραχὰς ὑπομένει ὁ διαβεβαιούμενος τέλος εἶναι τὴν ἡδονήν, ὡς ἐν τῷ περὶ τοῦ τέλους ἐπελογισάμην. εἶτα ἡμεῖς μὲν ἐπέχομεν ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ περὶ τῶν 215

existere atomos et vacuum, eum a nobis differre (quamvis ab eorum quae sensibus apparent inaequalitate et discrepantia incipiat) supervacaneum arbitror dicere.

## CAP. XXXI.

### Quo differat Sceptica a Cyrenaica disciplina.

215. Dicunt praeterea nonnulli Cyrenaicam disciplinam eandem esse cum Sceptica, quoniam illa quoque se solas passiones comprehendere dicit. differt tamen ab ea, quod illa quidem voluptatem et laevem corporis motum finem esse dicat, nos autem imperturbatum mentis statum, cui contrarius est finis quem illi statuunt. nam et quum adest voluptas et quum abest, perturbationes patitur is qui finem esse voluptatem affirmat, ut de fine tractans argumentatus sum. deinde nos assensum retinemus quantum ad ratio-

---

rum intellecta, ut infra 1 adversus Logicos sect. 135 et apud Laërtium 9 72, ubi *αἰτίῃ* pro *ἐτεῇ* legitur. opponitur autem *ἐτεὸν* vel *ἐτεῇ* esse ei quod *νόμῳ* sive opinione existit, unde Theodorus Prodromus in Amaranto quem doctissimus Gaulminus illustravit: *καὶ τί τοῦτο καινὸν ὦ φιλόλεως, εἰ μὴν ὢν Ἑρμοκλῆς γε δοκεῖ νόμῳ πάντων, καὶ ἐτεὸν μηδενός, εἴ τι μὴ τοῦ διδασκάλου ἐπιλελήσμεθα Δημοκρίτου.* Democriti verba sunt Sexto in memorato adversus Logicos libro laudata: *νόμῳ γλυκύ, νόμῳ πικρόν, νόμῳ θερμόν, νόμῳ ψυχρόν, νόμῳ χροίη· ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν, ἅπερ νομίζεται μὲν εἶναι, καὶ δοξάζεται τὰ ἀγαθά· οὐκ ἔστι δὲ κατ᾽ ἀλήθειαν ταῦτα, ἀλλὰ τὰ ἄτομα μόνον.* nota in his verbis Democriti *τὰ ἀγαθὰ* pro veris bonis. ita et Hesychius: *ἐτεά, ἀγαθά, ἀληθῆ.* idem *ἐτεόν, ἀληθές, ἐπέτειον.* et *ἐτῆς ἀληθὴς φίλος,* unde *ὦ τᾶν*, pro *ὦ ἐτᾶν*, ut Helladio apud Photium annotatum.

c) *τὴν ἡδονὴν καὶ τὴν λείαν τῆς σαρκὸς κίνησιν*] Laërtius lib. 2 sect. 85 et ex eo Hesychius illustris de Aristippo Cyrenaicae sectae conditore: *τέλος δ᾽ ἀπέφαινε τὴν λείαν κίνησιν εἰς αἴσθησιν ἀναδιδομένην.* hinc Epicuri doctrinam de voluptate cum Cyrenaicorum disciplina consentire negat Cicero 4 de Finibus c. 42. Epicurus enim voluptatem stantem et a dolore vacuam probabat et *τὸ τῆς σαρκὸς ἄοχλητον*, Cyrenaici voluptatem in motu positam. vide de Epicuri sententia notas Stephani Bergleri ad Alciphronem p. 411. P 55

d) *τὴν ἀταραξίαν*] supra sect. 25 seq. 205 etc.

e) *καὶ παρούσης καὶ μὴ παρούσης*] praesente voluptate turbabitur per metum ne illam iterum amittat, absente per desiderium. supra sect. 27.

ἐκτὸς ὑποκειμένων, οἱ δὲ Κυρηναϊκοὶ ἀποφαίνονται[f]) φύσιν αὐτὰ ἔχειν ἀκατάληπτον.

## ΚΕΦ. λβ'.

## Τίνι διαφέρει τῆς Πρωταγορείου ἀγωγῆς ἡ Σκέψις.

216 Καὶ ὁ Πρωταγόρας δὲ βούλεται πάντων χρημάτων εἶναι μέτρον τὸν ἄνθρωπον[g]), τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστιν, τῶν δὲ οὐκ ὄντων ὡς οὐκ ἔστι, μέτρον μὲν λέγων τὸ κριτήριον, χρημάτων δὲ τῶν πραγμάτων, ὡς δυνάμει[h]) φάσκειν πάντων πραγμάτων κριτήριον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τῶν μὲν ὄντων ὡς ἔστι, τῶν δὲ οὐκ ὄντων ὡς οὐκ ἔστι. καὶ διὰ τοῦτο τίθησι τὰ φαινόμενα
217 ἑκάστῳ μόνα, καὶ οὕτως εἰσάγει τὸ πρός τι. διὸ καὶ δοκεῖ κοι-

nem reddendam de externis subiectis, at Cyrenaici pronuntiant naturam illa habere incomprehensibilem.

## CAP. XXXII.

## Quo differat Sceptica a disciplina Protagorae.

216. Protagoras quoque vult omnium *χρημάτων* mensuram esse hominem, entium, ut sunt, non entium, ut non sunt, mensuram quidem appellans criterium, *χρημάτων* autem dicens pro *πραγμάτων* sive rerum. adeo ut hoc valeant eius verba, rerum omnium criterium sive veri falsique regulam esse hominem; entium quidem, ut sunt, non entium autem, ut non sunt. ideoque ponit sola illa quae cuiusque sensibus apparent, et ita inducit relationem ad aliquid. 217. hinc fit ut videatur communionem cum Pyrrho-

---

*f*) *οἱ δὲ Κυρηναϊκοὶ ἀποφαίνονται*] haec est causa quare nonnulli Cyrenaicos Scepticis affines esse dicerent, et unde Sextus eos tamen a Scepticis distinctos esse colligit, quod de eis quae extrinsecus nobis se offerunt non assensum modo ut Sceptici suspenderent, sed plane statuerent et tanquam dogma ponerent illa percipi non posse. Laërtius 2 92 *τὰ πάθη καταληπτὰ ἔλεγον, οὐκ ἀφ᾽ ὧν γίνεται. ἀφίσταντο δὲ καὶ τῶν φυσικῶν διὰ τὴν ἐμφαινομένην ἀκαταληψίαν.* Cicero Lucullo c. 7 *in solo sensu doloris aut voluptatis putant veri esse iudicium, quia sentitur.* hoc est *μόνα τὰ πάθη εἶναι καταληπτά, τὰ δὲ λοιπὰ ἀκατάληπτα*, ut est apud Eusebium 14 19 Praeparat., ubi Aristoclis adversus hanc Cyrenaicorum doctrinam disputatio. et plura de hoc illorum dogmate infra adversus Musicos sect. 53 et 1 adversus Logicos sect. 190 seq. atque in Plutarchi libro adversus Colotem pag. 1120 seq.

*g*) *πάντων χρημάτων εἶναι μέτρον τὸν ἄνθρωπον*] hoc est, res quasque tales esse quales sensibus hominis apparerent. meminit huius dicti Protagorae Plato in Cratylo p. 258, Laërtius 9 50, Aristocles apud Eusebium 14 20 Praeparat. noster infra 1 adversus Logicos sect. 60, Hermias in irrisione Gentilium §. 9 *ἀλλ᾽ ἐπὶ θάτερα Πρωταγόρας ἑστηκὼς ἀνθέλκει με φάσκων ὅρος καὶ κρίσις τῶν πραγμάτων ὁ ἄνθρωπος, καὶ τὰ μὲν ὑποπίπτοντα ταῖς αἰσθήσεσιν ἐστὶ πράγματα, τὰ δὲ μὴ ὑποπίπτοντα οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς εἴδεσι τῆς οὐσίας.* refellunt praeter Aristoclem Plato in Theaeteto atque alibi et Aristoteles 3 5 Metaphysicorum. cum Protagora facit Euryphamus Pythagoreus (apud Stobaeum) hominem aiens a deo conditum *ἀντίτιμον τᾶς ἰδίας φύσιος, ὀφθαλμὸν δὲ τᾶς τῶν ὄντων διακοσμάσιος, διὸ καὶ ὀνόματα ἔθηκε τοῖς πράγμασι, χαρακτὴρ αὐτῶν γενόμενος.* eiusdem Protagorae fuit mos discipulos suos edocere *τὸν ἥσσω λόγον κρείσσω ποιεῖν*, peiorem causam dicendo facere meliorem, eandemque rem et vituperare et laudibus extollere. vide Ludov. Cresollii theatrum Rhetorum lib. 1 cap. 10.

*h*) *δυνάμει*] hac voce frequenter isto modo utitur Sextus, ut dixi sect. 10.

νωνίαν ἔχειν πρὸς τοὺς Πυῤῥωνείους· διαφέρει δὲ αὐτῶν. καὶ εἰσόμεθα τὴν διαφορὰν ἐξαπλώσαντες συμμέτρως τὸ δοκοῦν τῷ Πρωταγόρᾳ. φησὶν οὖν ὁ ἀνὴρ τὴν ὕλην ῥευστὴν[i]) εἶναι, ῥεού- P 56
σης δὲ αὐτῆς συνεχῶς προσθέσεις ἀντὶ τῶν ἀποφορήσεων γίγνεσθαι καὶ τὰς αἰσθήσεις μετακοσμεῖσθαί τε καὶ ἀλλοιοῦσθαι παρά τε ἡλικίας καὶ παρὰ τὰς ἄλλας κατασκευὰς τῶν σωμάτων.
λέγει δὲ καὶ τοὺς λόγους πάντων τῶν φαινομένων ὑποκεῖσθαι ἐν 218
τῇ ὕλῃ, ὡς δύνασθαι τὴν ὕλην, ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ, πάντα εἶναι ὅσα πᾶσι φαίνεται, τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἄλλοτε ἄλλων ἀντιλαμβάνεσθαι παρὰ τὰς διαφόρους αὐτῶν διαθέσεις· τὸν μὲν γὰρ κατὰ φύσιν ἔχοντα ἐκεῖνα τῶν ἐν τῇ ὕλῃ καταλαμβάνειν, ἃ τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι φαίνεσθαι δύναται, τοὺς δὲ παρὰ φύσιν, ἃ τοῖς παρὰ φύσιν. καὶ ἤδη παρὰ τὰς ἡλικίας καὶ κατὰ τὸ ὑπνοῦν 219
ἢ ἐγρηγορέναι, καὶ καθ' ἕκαστον εἶδος τῶν διαθέσεων ὁ αὐτὸς λόγος. γίνεται τοίνυν κατ' αὐτὸν τῶν ὄντων κριτήριον ὁ ἄνθρωπος· πάντα γὰρ τὰ φαινόμενα τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἔστιν, τὰ δὲ μηδενὶ τῶν ἀνθρώπων φαινόμενα οὐδὲ ἔστιν. ὁρῶμεν οὖν ὅτι καὶ περὶ τοῦ τὴν ὕλην ῥευστὴν εἶναι καὶ περὶ τοῦ τοὺς λόγους τῶν φαινομένων πάντως ἐν αὐτῇ ὑποκεῖσθαι δογματίζει, ἀδήλων ὄντων καὶ ἡμῖν ἐφεκτῶν[k]).

## ΚΕΦ. λγ.

### Τίνι διαφέρει τῆς Ἀκαδημαϊκῆς[l]) φιλοσοφίας ἡ Σκέψις.

Φασὶ μέντοι τινὲς ὅτι ἡ Ἀκαδημαϊκὴ φιλοσοφία ἡ αὐτὴ 220

niis habere; differt tamen ab illis. differentiam autem cognoscemus, ubi quantum satis sit Protagorae sententiam enucleaverimus. dicit ergo vir ille, materiam fluxilem esse, ipsa autem assidue fluente adiunctiones pro ablationibus fieri et sensus transmutari ac variari et pro aetatibus et pro aliis corporum constitutionibus. 218. dicit etiam rationes omnium sensibus apparentium subiectas esse in materia, adeo ut materia, quantum in se ipsa omnia esse possit quae quibuscumque apparent; homines autem alio tempore alia percipere, prout diverse se habeant. eum enim qui secundum naturam se habeat, ex iis quae in materia sunt, illa percipere quae secundum naturam se habentibus apparere possunt, eos autem qui contra naturam se habeant, ea percipere quae contra naturam se habentibus possunt apparere. 219. estque in aetatibus et in somno aut vigilia et in unaquaque specie habituum eadem ratio. est ergo secundum ipsum homo criterium rerum quae sunt; omnia enim quae apparent hominibus, etiam sunt, quae autem nulli hominum apparent, ne sunt quidem. videmus igitur ipsum dogmatice pronuntiare et materiam fluxilem esse, et rationes omnium apparentium in ipsa positas esse, quae incerta sunt, et de quibus retinendus est assensus nobis.

## CAP. XXXIII.

### Quo differat Sceptica ab Academica philosophia.

220. Quin etiam aiunt nonnulli Academicam philosophiam eandem esse

---

i) τὴν ὕλην ῥευστήν] hoc dogma ut Plato in Theaeteto ostendit cum P 56
plurimis aliis philosophis commune habuit Protagoras. notumque illud Heracliti: πάντα ῥεῖ ποταμοῦ δίκην. sed mirum a Sexto ubi affinia cum Scepticis philosophorum placita commemorat, non referre quod Protagoras auctor fuit dicti Scepticis adeo valde probati: δύο λόγους εἶναι περὶ παντὸς πράγματος ἀντικειμένους ἀλλήλοις. Laërtius 9 51.

k) ἡμῖν ἐφεκτῶν] ita ms Vratislav. et HStephani codex pro ἐφικτῶν.

l) τῆς Ἀκαδημαϊκῆς] Academicos a Pyrrhoniis differre multis pugnat

ἐστι τῇ Σκέψει. διόπερ ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ περὶ τούτου m) διεξελθεῖν. Ἀκαδημίαι δὲ γεγόνασιν, ὥς φασί, πλείους μὲν ἢ τρεῖς n)· καὶ μία μὲν καὶ ἀρχαιοτάτη ἡ τῶν περὶ Πλάτωνα, δευτέρα δὲ καὶ μέση ἡ τῶν περὶ Ἀρκεσίλαον τὸν ἀκουστὴν Πολέμωνος, τρίτη δὲ καὶ νέα ἡ τῶν περὶ Καρνεάδην καὶ Κλειτόμαχον. ἔνιοι δὲ καὶ τετάρτην προστιθέασι*) τῶν περὶ Φίλωνα καὶ Χαρμίδαν o)·
P 57 τινὲς δὲ καὶ πέμπτην καταλέγουσι τὴν τῶν περὶ τὸν Ἀντίοχον p).
221 ἀρξάμενοι τοίνυν ἀπὸ τῆς ἀρχαίας ἴδωμεν τὴν διαφορὰν τῶν εἰρημένων φιλοσοφιῶν. τὸν Πλάτωνα οὖν οἱ μὲν δογματικὸν q) ἔφασαν εἶναι, οἱ δὲ ἀπορηματικόν, οἱ δὲ κατὰ μέν τι ἀπορηματικόν, κατὰ δέ τι δογματικόν· ἐν μὲν γὰρ τοῖς γυμναστικοῖς

cum Sceptica, quare deinceps de hac quoque disserendum fuerit. Academiae autem fuerunt, ut aiunt, plures tribus; una quidem eaque antiquissima Platonis, secunda et media Arcesilai, qui fuit auditor Polemonis, tertia et nova Carneadis et Clitomachi. sunt qui his addant quartam, Philonis et Charmidae. sunt qui etiam quintam adiiciant, Antiochi. 221. nunc ergo incipientes ab antiquissima videamus differentiam philosophiarum quarum meminimus. Platonem alii dogmaticum esse dixerunt, alii aporematicum sive *dubitatorem*, alii vero in quibusdam dogmaticum, in quibusdam aporematicum. nam in gymnasticis libris sive *exercitatoriis scriptis*, ubi

---

Aenesidemus libro primo *Πυρρωνείων*, cuius verba quaedam servavit Photius codice 213, quem si placet vide.

*m) περὶ τούτου*] ita ex mss; nam in editis erat *περὶ τούτων*.

*n) πλείους μὲν ἢ τρεῖς*] etiam Numenius in opere *περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως* apud Eusebium 14 9 praeparat. Evangelicae post commemoratas tres Academias, veterem mediam ac novam, subiungit novas disciplinas Philonis atque Antiochi. putem tamen Sextum hoc loco scripsisse *οὐ πλείους μὲν ἢ τρεῖς*, ut primum doceat quosdam non plures quam tres numerare Academias veterem mediam ac novam, quemadmodum facit Laërtius in prooemio sect. 19. huic deinde sententiae opponit quod aliqui quartam etiam et quintam subiungant. ab utrisque dissentiunt Varro apud Augustinum 19 1 de civitate dei et Cicero, duas modo nominantes Academias, veterem unam a Platone, alteramque novam sive adolescentiorem ab Arcesila.

o) *Φίλωνα καὶ Χαρμίδαν*] de Philone hoc frequens apud Ciceronem et alios mentio recurrit, de Charmida rarior, cuius nomen restituendum Suidae in *Πλάτων* ubi *Ἁρμίδας* editur, et Ciceroni in Lucullo c. 6, ubi post Clitomachum memoratum *ingenii non minus in hoc quam in Carneade* (lege *Charmide*) *eloquentiae, in Melanthio Rhodio gravitatis.* idem Cicero in Oratore: *scitum quod Carneades noster dicere solebat, Clitomachum eadem dicere, Charmidam autem eodem etiam modo dicere.* Eusebius 14 4 Praeparat. p. 726 post commemoratas tres Academiae successiones, *ἔνιοι δὲ καὶ τετάρτην προστιθέασι, τὴν τῶν περὶ Φίλωνα καὶ Χαρμίδαν, τινὲς δὲ καὶ πέμπτην καταλέγουσι, τὴν τῶν περὶ Ἀντίοχον.*

[*) *προστιθέασι*] immo: *προστ. τὴν*]

P 57 *p) τὴν τῶν περὶ τὸν Ἀντίοχον*] ita scripsi ex iam adducto Eusebii loco. nam in editis erat *τὴν περὶ τὸν Ἀντίοχον.*

*q) τὸν Πλάτωνα οἱ μὲν δογματικὸν*] Cicero in Lucullo capite 5 testatur ab Arcesila philosophiae perversore inter philosophos sub quorum auctoritate delitesceret quique negassent quicquam sciri ac percipi posse, etiam laudatum esse Platonem, sed ipso quidem Tullio iudice, *horum e numero tollendus est Plato, quia reliquit perfectissimam disciplinam Peripateticos et Academicos, nominibus differentes, re congruentes, a quibus Stoici ipsi verbis magis quam sententiis dissenserunt.* similiter S. Augustinus tertio adversus Academicos c. 37.

φασι λόγοις[r]), ἔνθα ὁ Σωκράτης εἰσάγεται ἤτοι παίζων πρός τινας ἢ ἀγωνιζόμενος πρὸς σοφιστάς, γυμναστικόν τε καὶ ἀπορηματικόν φασιν ἔχειν αὐτὸν χαρακτῆρα· δογματικὸν δέ, ἔνθα σπουδάζων ἀποφαίνεται ἤτοι διὰ Σωκράτους ἢ Τιμαίου ἤ τινος τῶν τοιούτων. περὶ μὲν οὖν τῶν δογματικὸν αὐτὸν εἶναι λεγόν- 222
των, ἢ κατὰ μέν τι δογματικόν, κατὰ δέ τι ἀπορηματικόν, περισσὸν ἂν εἴη λέγειν νῦν· αὐτοὶ γὰρ ὁμολογοῦσι καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς διαφοράν. περὶ δὲ τοῦ εἰ ἔστιν εἰλικρινῶς Σκεπτικός, πλατύτερον μὲν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι[s]) διαλαμβάνομεν, νῦν δὲ ὡς ἐν ὑποτυπώσει διαλαμβάνομεν κατὰ Μηνόδοτον καὶ Αἰνησίδημον[t]) (οὗτοι γὰρ μάλιστα ταύτης προέστησαν τῆς στάσεως), ὅτι ὅταν ὁ Πλάτων ἀποφαίνηται *) περὶ ἰδεῶν ἢ περὶ τοῦ πρόνοιαν εἶναι ἢ περὶ τοῦ τὸν ἐνάρετον βίον αἱρετώτερον εἶναι τοῦ μετὰ κακιῶν, εἴτε ὡς ὑπάρχουσι τούτοις συγκατατίθεται δογματίζει,

**Socrates aut ludens cum aliquibus inducitur aut pugnans adversus sophistas, exercitatorium et dubitatorium quendam dicunt illum habere characterem; dogmaticum autem, ubi serio loquens sententiam suam aut per Socratem aut per Timaeum aut per aliquem ex huiusmodi viris exponit. 222. ac de iis quidem qui dogmaticum ipsum esse volunt, aut in quibusdam dogmaticum, in quibusdam dubitatorem, supervacaneum fuerit dicere; ipsi enim fatentur illum a nobis differre. an autem sit pure Scepticus, fusius in nostris commentariis disserimus; nunc autem summatim rerum capita perstringentes secundum Menodotum et Aenesidemum disputamus (hi enim potissimum huic factioni praefuerunt) dicentes, Platonem, quum de ideis pronuntiat, aut providentiam esse, aut vitam cum virtute coniunctam praeferendam esse vitae quae sit cum vitiis coniuncta, sive his tamquam existen-**

---

r) *ἐν τοῖς γυμναστικοῖς λόγοις*] de distinctione Platonicorum dialogorum in *γυμναστικούς* sive dialecticos exercitii causa institutos, et *ἀγωνιστικούς* sive serios ac demonstrativos vide Albinum introductione in dialogos Platonis, et quae viri docti ad Laërtium 3 49 seq. idem sect. 51 hanc controversiam tangit utrum Plato dogmaticis accensendus sit necne: *ἐπεὶ δὲ πολλὴ στάσις ἐστί, καὶ οἱ μέν φασιν αὐτὸν δογματίζειν, οἱ δ' οὔ. - - - ὁ τοίνυν Πλάτων περὶ μὲν ὧν κατείληφεν, ἀποφαίνεται, τὰ δὲ ψευδῆ διελέγχει, περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ἐπέχει. καὶ περὶ μὲν τῶν αὐτῷ δοκούντων ἀποφαίνεται διὰ τεττάρων προσώπων, Σωκράτους, Τιμαίου, τοῦ Ἀθηναίου ξένου, τοῦ Ἐλεάτου ξένου.* ex hoc loco supplendum Suidam in *δόγματα*, iam monuere viri docti. ut autem Galenus 2 de dogmatibus Hippocratis et Platonis t. 1 edit. Basil. p. 262 notat, quattuor genera sunt *λημμάτων* modorumque tractandi, primum *ἐπιστημονικόν τε καὶ ἀποδεικτικόν*, alterum *γυμναστικόν* quod Aristoteles dixit *διαλεκτικόν*, tertium *πιθανὸν καὶ ῥητορικόν* et quartum denique *σοφιστικόν*.

s) *ἐν τοῖς ὑπομνήμασι*] commentarios suos scepticos hoc loco allegat, qui interciderunt. nam in libris adversus Mathematicos hanc controversiam non attigit Sextus, nedum prolixius discussit.

t) *κατὰ Μηνόδοτον καὶ Αἰνησίδημον*] in editis erat *Περμήδοτον καὶ Ὀνησίδημον*. pro posteriore Onesidemo Aenesidemum etiam mss auctoritate restitui. pro Permedoto Menodotum ex coniectura posuisse me fateor sed valde verisimili et cui pauci refragabuntur. fuit enim Menodotus Nicomediensis, empiricus Galeno saepe laudatus, Antiochi Laodiceni discipulus, nomen inter Scepticos celeberrimum, et praeceptor Herodoti Tarsensis, illius quem Sextus audivit.

[*]) legebatur *ἀποφαίνεται*]

εἴτε ὡς πιθανωτέροις προστίθεται, ἐπεὶ προκρίνει τὶ κατὰ πίστιν
ἢ ἀπιστίαν u), ἐκπέφευγε τὸν σκεπτικὸν χαρακτῆρα. ὡς γὰρ καὶ
τοῦτο ἡμῖν ἐστιν ἀλλότριον, ἐκ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων πρό-
223 δηλον. εἰ δέ τινα καὶ σκεπτικῶς προφέρεται, ὅταν, ὥς φασι,
γυμνάζηται, οὐ παρὰ τοῦτο ἔσται Σκεπτικός· ὁ γὰρ περὶ ἑνὸς
δογματίζων ἢ προκρίνων φαντασίαν φαντασίας ὅλως κατὰ πί-
P 58 στιν ἢ ἀπιστίαν περί τινος τῶν ἀδήλων τοῦ δογματικοῦ γίνε-
ται χαρακτῆρος x), ὡς δηλοῖ καὶ ὁ Τίμων y) διὰ τῶν περὶ Ξε-
224 νοφάνους αὐτῷ λεγομένων. ἐν πολλοῖς γὰρ αὐτὸν ἐπαινέσας τὸν
Ξενοφάνην, ὡς καὶ τοὺς σίλλους αὐτῷ ἀναθεῖναι z), ἐποίησεν αὐ-
τὸν ὀδυρόμενον καὶ λέγοντα *)·

> ὡς καὶ ἐγὼν ὄφελον πυκινοῦ νόου ἀντιβολῆσαι,
> ἀμφοτερόβλεπτος a) δολίῃ δ' ὁδῷ ἐξαπατήθην,

**tibus assentitur, dogmatice pronuntiare, sive tamquam probabilioribus assentitur, quia alterum alteri praefert ad fidem obtinendam aut non obtinendam, a sceptica forma discedere. nam etiam hoc a nobis esse alienum, ex iis quae antea diximus patet. 223. etiamsi autem quaedam Scepticorum more pronuntiat, quum, ut aiunt, se exercet, non ideo erit Scepticus; nam qui de uno aliquo dogmatice pronuntiat aut phantasiam phantasiae praefert ullo modo ad fidem impetrandam aut non impetrandam de aliqua re incerta, dogmaticum sequitur characterem, ut indicat etiam Timon in iis quae de Xenophane dicit. 224. pluribus enim illum cum laudet, ita ut sillos etiam sub persona eius scripserit, inducit dolentem dicentemque:**

> ***o utinam mihi mens etiam non laeva fuisset,***
> ***hac illac speculantem sed via falsa fefellit.***

---

u) *κατὰ πίστιν ἢ ἀπιστίαν*] Sceptici contra prae se ferunt non magis ad habendam quam retinendam fidem placitis se moveri sed percipere *τὴν κατὰ πίστιν καὶ ἀπιστίαν ἰσότητα.* ut saepius iam dixit noster supra sect. 9 cap. 27 etc.

P 58 x) *δογματικοῦ χαρακτῆρος*] *χαρακτὴρ* est nota qua dignoscitur aliquid ab altero, uti *χαρακτὴρ τοῦ προσώπου* apud Herodotum lib. 1 c. 116. forma itaque et character notaque philosophiae dogmaticae est aliquid definire atque tamquam certum dogma statuere in rebus illis de quibus philosophi inter se dissentiunt. contra paullo ante *τὸν σκεπτικὸν χαρακτῆρα* dixit esse *οὐδὲν προκρίνειν κατὰ πίστιν ἢ ἀπιστίαν.*

y) *ὁ Τίμων*] quae sequuntur una cum versibus Timonis HStephanus in sua interpretatione, obscuritatem corrupti loci causatus, omisit. est hic porro Timon celebris ille Pyrrhonis discipulus circa Olymp. 127 clarus, de quo dixi in prolegomenis, ubi Scepticos philosophos recenseo. non dubium autem haec de Xenophane petiisse Sextum ex Timonis Phliasii Sillis, sive amarulento opere hexametro in tres tributo libros, quo philosophis suae et priorum aetatum obtrectavit. est vero *σίλλος*, ut docet Hesychius, obtrectatio, *μῶμος, κακολογία, χλευασμός.* hinc *σιλλαίνειν* et *σιλλοῦν*, quod idem Hesychius exponit *μωκᾶσθαι, ψέγειν, κακολογεῖν, διασύρειν, ἀπὸ τοῦ τοῖς ἰλλοῖς, τουτέστι τοῖς ὀφθαλμοῖς σίνεσθαι.*

z) *ὡς τοὺς σίλλους αὐτῷ ἀναθεῖναι*] ex Laërtii 9 111 constat Timonem libro sillorum secundo et tertio dialogi more induxisse se percontantem et Xenophanem respondentem. hinc iam non dubito, licet in bibl. Graeca aliud scripsi olim, ubi Xenophanis Silli allegantur, (ut a Strabone 14 p. 643, Eustathio ad Iliad. *Β* p. 154 et in scholiis ad Aristophanis Equites v. 403.) Timonianos intelligi.

[*) p. 190 *Karsten.*]

a) *ἀμφοτερόβλεπτος*] ita reposui ex ms V quod video etiam in suo codice repperisse HStephanum in poësi philosophica p. 62. male

> πρεσβυγενὴς ἔτ᾿ ἐὼν [b]) καὶ ἀπενθήριστος [**]) ἁπάσης
> σκεπτοσύνης. ὅππῃ [c]) γὰρ ἐμὸν νόον εἰρύσαιμι;
> εἰς ἓν ταυτό τε [d]) πᾶν ἀνελύετο· πᾶν δὲ ὂν αἰεὶ
> πάντῃ ἀνελκόμενον μίαν εἰς φύσιν ἵσταθ᾿ ὁμοίαν.

διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ὑπάτυφον αὐτὸν λέγει, καὶ οὐ τέλειον ἄτυφον [e]), δι᾿ ὧν φησι·

> Ξεινοφάνης ὑπάτυφος Ὁμηραπάτης [f]) ἐπισκώπτης [g])
> ἐκτὸς ἀπ᾿ ἀνθρώπων [h]) θεὸν ἐπλάσατ᾿ ἶσον ἁπάντῃ [i]) P 59

> *grandi iam natu non est quod gaudeo cuncta*
> *dispiciens: ubi enim mentis vestigia sistam?*
> *omnia in unum et idem ille resolvit, et omne quod usque est*
> *undique tractum naturam statuit similem unam.*

**propterea etiam** ***subalienum a typho*** **sive fastu dogmatico Xenophanem Timon appellat, veluti non alienum et immunem ab illo perfecte, quando ait:**

> ***non totus sine typho et fraudis risor Homeri***
> ***Xeinophanes, numen simile undique, at haud homini, atque***

---

in editis: ἀμφότερα βλεπτά. est autem ἀμφοτερόβλεπτος qui transfugae instar utrinque conspicitur [aut in considerando incertus est, secundum Karsten.], uti Zeno (ab eodem Timone) dictus est ἀμφοτερόγλωσσος. vide Plutarchum Pericle p. 154 [c. 4].

*b*) πρεσβυγενὴς ἔτ᾿ ἐὼν] Xenophanem centum amplius annos aetatis exegisse scribit Censorinus capite 15. qui minimum, Lucianus in Macrobiis t. 2. p. 473 [c. 20] annos tribuit unum et nonaginta. at hoc refellit ipse Xenophanes nonagesimum secundum aetatis suae annum commemorans in versibus, quos servavit Laërtius 9 19. itaque in codicibus Luciani forte perperam scriptum a librariis να' pro ϱα'.

[**) ἀπενθήριστος] ἀναμφήριστος Schneiderus, ἐπαμφήριστος Karsten.]

*c*) ὅππῃ] Homericum pro ὅπῃ, idque pro ὅπου.

*d*) εἰς ἓν ταυτό τε] ita praecedentibus versibus Xenophanes ipse loquens inducitur: iam Timon ipse pergit et dogma Xenophanis exponit, de quo mox infra Sextus noster.

*e*) οὐ τέλειον ἄτυφον] ita omnes codices; et ferri potest, licet lectio non contemnenda Menagii ad Laërt. 9 18, qui mavult οὐ τελείως ἄτυφον. hinc porro constat non ὑπότυφον, sed ὑπάτυφον legendum esse. solum autem Pyrrhonem perfecte a typho sive fastu vanaque opinione Dogmaticorum alienum pronuntiat Timon apud Eusebium 14 18 Praeparat.

*f*) Ὁμηραπάτης] male in codicibus Laërtii Ὁμηραπάτην, cum Ὁμηραπάτης sit secundo casu positum, ab Ὁμηραπάτη; innuit enim Timon Xenophanem perstrinxisse quod Homerus Iliad. *B* v. 114 non dubitavit κακὴν ἀπάτην Iovi tribuere, fuit itaque derisor Ὁμηραπάτης, hoc est ἀπάτης Ὁμηρικῆς, sive ut Sextus ipse infra, τὴν παρ᾿ Ὁμήρῳ ἀπάτην διέσυρεν. non assentior itaque docto viro Ioachimo Kühnio, qui Ὁμηροπάτην legit, pulchre licet effıcto vocabulo pro Homeri conculcatore.

*g*) ἐπισκώπτης] Casaubonus et Salmasius e Laërtii codicibus malebant ἐπικόπτης. sed a consensu codicum Sexti recedere nolui, cum praecipue vocabulo ἐπισκώπτου propius respondeat quod interpretationis loco noster subiungit τὴν παρ᾿ Ὁμήρῳ ἀπάτην διέσυρεν. Xenophanis versus de hoc argumento servavit Sextus infra 8 [?] contra Mathematicos:

> πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ᾿ Ἡσίοδός τε
> ὅσσα παρ᾿ ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστί,
> κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

*h*) ἐκτὸς ἀπ᾿ ἀνθρώπων] ita scripsi vestigia secutus msti V, in quo erat P 59
ἐκτὸν ἀπ᾿ ἄνθρωπον. nam editi habebant ἕα τὸν ἀπάνθρωπον, et in poësi philosophica HStephani Ἑατὸν ἀπ᾿ ἄνθρωπον, pro quo p. 217 coniicit legendum Ἄλλον ἀπ᾿ ἀνθρώπων quod a scriptis codicibus longius recedit, quamquam sententia verissima. possis etiam legere ἕα sive ἢ τὸν

ἀσκηθῆ [k]) νοερωτὸν [l]) * * ἠὲ νόημα.

ὑπάτυφον μὲν γὰρ εἶπε τὸν κατά τι ἄτυφον, Ὁμηραπάτης δὲ
225 ἐπισκώπτην, ἐπεὶ τὴν παρ' Ὁμήρῳ ἀπάτην διέσυρε. ἐδογμάτιζε δὲ ὁ Ξενοφάνης παρὰ τὰς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων προλήψεις [m]), ἓν εἶναι τὸ πᾶν καὶ τὸν θεὸν συμφυῆ τοῖς πᾶσι [n]), εἶναι δὲ

*constans usque sibi docuit, totumque animum esse.*

subalienum quidem a typho dixit veluti alienum ab illo tantum aliquo modo: Homericae autem fraudis risorem, quoniam fraudem cuius apud Homerum mentio, explosit. 225. Xenophanis autem dogma erat praeter aliorum hominum praenotiones, universitatem esse unum et deum rebus inesse in omni-

---

ἀπάνθρωπον. Xenophanis enim dogma fuit, dei formam quam conglobatam statuebat nihil cum homine commune habere. Laërtius 9 19 *οὐσίαν θεοῦ σφαιροειδῆ, μηδὲν ὅμοιον ἔχουσαν ἀνθρώπῳ.* Xenophanes ipse apud Clementem V Strom. p. 601 quem locum male tamquam ex Sexto proferunt HStephanus in poësi philosophica et ad Laërtium doctissimus Menagius:

*εἷς θεὸς ἔν τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος*
*οὔτι δέμας θνητοῖσιν ὁμοίιος οὐδὲ νόημα.*

ex Clemente eadem repetit Eusebius 13 13 Praeparat. p. 678.

*i*) *ἶσον ἁπάντῃ*] utpote sphaericae formae, neque ita ut homines dissimilaribus partibus constantem. Origenes in philosophumenis capite de Xenophane: *φησὶ δὲ καὶ τὸν θεὸν εἶναι ἀΐδιον καὶ ἕνα καὶ ὅμοιον πάντῃ, καὶ πεπερασμένον καὶ σφαιροειδῆ καὶ πᾶσι τοῖς μορίοις αἰσθητικόν.* postrema verba Iacobus Gronovius v. c. reddit: *omnibus partibus sensui manifestum.* sed *αἰσθητικός* est *sensu pollens*, et Xenophanis sententia fuit deum totum quantus est videre et audire ac si totus esset oculus, totus auris, *ὅλον δὲ ὁρᾶν, ὅλον ἀκούειν*, ut est apud Laërtium loco iam laudato. Aristoteles de Xenophane: *ἕνα δὲ ὄντα ὅμοιον εἶναι πάντῃ, ὁρᾶν τε καὶ ἀκούειν, τάς τε ἄλλας αἰσθήσεις ἔχοντα πάντῃ.* hoc *πάντῃ* apud Eusebium ex Plutarcho explicatur *καθόλου καὶ μὴ κατὰ μέρος* lib. 1 Praeparat. c. 8 p. 23.

*k*) *ἀσκηθῆ*] secutus sum mss et impressos codices in quibus hoc vocabulum constanter ita legitur. est autem *ἀσκηθής* idem quod *ἀπαθής* et *ἀμετάβλητος* qui laedi atque mutari non potest. quemadmodum non modo statim noster, sed infra quoque 3 23 testatur deum ex Xenophanis sententia esse *σφαῖραν ἀπαθῆ.* Ioachimus Kuhnius legit *ἀσκητόν* versusque aliter paullo ac duriuscule constituit hunc in modum:

*ἔα τόνδε· ἀπάνθρωπον θεὸν ἐπλάσατο*
*ἶσον ἁπάντῃ ἀσκητὸν νόῳ ἠὲ νόημα.*

*nempe illum! inhumanum qui deum finxit*
*undique aequalem, cum exasciata mente, vel mentem ipsam.*

*l*) *νοερωτὸν*] ita ms V atque in poësi philosophica HStephanus, pro eo quod editi habent: *ἀσκηθῆ νοερῷ ἠὲ ἐνόημα.* post *νοερωτὸν* (sive legendum *νοερὸν τὸν*) deest aliquid, ut *σύμπαντ'* aut *πάνθ' ὅσον*, vel simile. Xenophanis enim fuit sententia deum totum quantus est esse mentem et ratione quemadmodum sensu pollere, *σύμπαντά τε εἶναι νοῦν καὶ φρόνησιν καὶ ἀΐδιον*, Laërt. 9 20.

*m*) *παρὰ τὰς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων προλήψεις*] innuit Sextus Xenophanis sententiam non modo multis philosophis esse contrariam, sed etiam communi notioni quam de deo et universo vulgus habet, humana ferme forma augustiori deum concipiens, atque universum non dubitans ex multis tum inter se, tum a deo longe distinctis constare.

*n*) *ἓν εἶναι τὸ πᾶν καὶ τὸν θεὸν συμφυῆ τοῖς πᾶσι*] his verbis explicat quae iam produxerat ex Timone: *εἰς ἓν ταυτό τε πᾶν ἀνελύετο.* Cicero in Lucullo c. 37 *Xenophanes unum esse omnia, neque id esse mutabile, et id esse deum, neque natum usquam, et sempiternum, conglobatu*

*σφαιροειδῆ καὶ ἀπαθῆ καὶ ἀμετάβλητον καὶ λογικόν· ὅθεν καὶ ῥάδιον τὴν Ξενοφάνους πρὸς ἡμᾶς διαφορὰν ἐπιδεικνύναι. πλὴν ἀλλ' ἐκ τῶν εἰρημένων πρόδηλον ὅτι κἂν περί τινων ἐπαπορῇ*) ὁ Πλάτων, ἀλλ' ἐπεὶ ἔν τισι φαίνεται ἢ περὶ ὑπάρξεως ἀποφαινόμενος πραγμάτων ἀδήλων ἢ προκρίνων ἄδηλα κατὰ πίστιν,* P 60
*οὐκ ἂν εἴη Σκεπτικός. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς νέας Ἀκαδημίας*[o]) *εἰ καὶ* 226
*ἀκατάληπτα εἶναι πάντα φασί, διαφέρουσι τῶν Σκεπτικῶν, ἴσως μὲν καὶ κατὰ αὐτὸ τὸ λέγειν πάντα εἶναι ἀκατάληπτα — διαβεβαιοῦνται γὰρ περὶ τούτου, ὁ δὲ Σκεπτικὸς ἐνδέχεσθαι*[p]) *καὶ*

bus; esse autem rotundum et nullis passionibus obnoxium et immutabilem et rationalem. unde et facile est in quo Xenophanes a nobis differat ostendere. porro ex iis quae diximus manifestum est, Platonem, etiamsi de aliquibus dubitet, tamen quia in quibusdam apparet ipsum aut de essentia rerum obscurarum pronuntiare aut ex obscuris alia aliis tamquam fide digniora praeferre, Scepticum esse non posse. 226. iam vero et novae Academiae alumni etiamsi incomprehensibilia esse dicant omnia, differunt tamen a Scepticis, fortasse quidem et in eo, quod dicunt omnia esse incomprehensibilia — hoc enim affirmant, at Scepticus non desperat fieri posse ut

---

*figura.* quod Cicero ait, *id esse deum,* noster: *τὸν θεὸν συμφυῆ τοῖς πᾶσι*, hoc est *deum omnibus inesse.* ut adeo senserit Xenophanes deum mentem aeternam unam et immutabilem nec generationi obnoxiam nec morti, sed vivam rationeque ac sensu pollentem usquequaque semper fuisse et futuram semper sibique per omnia similem: quae vero sensibus nostris apparent, omnia mutatione et opinione constare, atque in unum illud quo omnia continentur et ex quo omnia profluxerint iterum resolvi. de eo, quod *ἀκατάληπτα* omnia Xenophanes esse tradidit, dicetur infra 1 contra Logicos, nunc tantum iuvat notare, licet in Bibliotheca Graeca aliter olim sensi, re tamen attentius perpensa me omnino iam probare quod in praeclaro codice ms Lipsiensi Aristotelis de Zenone Xenophane et Gorgia, pars prima quae in vulgatis libris de Xenophane legitur ibi refertur ad Zenonem et altera quae de Zenone, ad Xenophanem. error in editis qui me quoque pridem in transversum egit, natus est inde quod in prima parte Xenophanes, in altera Zeno nomine tenus citatur. sed hoc ipsum adeo id non confirmat, ut potius argumentum in contrariam partem suppeditet; illos enim eo in libro nominat Aristoteles quos cum sententia eorum de quibus ex instituto disputat, confert. quod autem pars altera ut in ms Lipsiensi notatum est, non vero prima Xenophanis sententiam exponat, neminem patientur dubitare haec verba capitis 3, quae Xenophanis placitis qualia illa hoc loco exposuit Sextus, ex asse conveniunt: *ἕνα δὲ ὄντα ὅμοιον εἶναι πάντη, ὁρᾶν τε καὶ ἀκούειν, τάς τε ἄλλας αἰσθήσεις ἔχοντα πάντη, εἰ γὰρ μή, κρατεῖν ἂν καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' ἀλλήλων τὰ μέρη θεοῦ ὄντα, ὅπερ ἀδύνατον· πάντη δ' ὅμοιον ὄντα σφαιροειδῆ εἶναι, οὐ γὰρ τῇ μέν, τῇ δ' οὐ τοιοῦτον εἶναι ἀλλὰ πάντη. ἀΐδιον δὲ ὄντα καὶ ἕνα καὶ σφαιροειδῆ, οὔτ' ἄπειρον οὔτε πεπερᾶσθαι.* (hinc in Origenis philosophumenis pro *πεπεραμένον καὶ σφαιροειδῆ* videtur legendum *οὐ πεπεραμένον.*) *ἄπειρον γὰρ τὸ μὴ εἶναι -- περαίνειν δὲ πρὸς ἄλληλα εἰ πλείω εἶεν. τὸ δὲ ἓν οὔτε τῷ οὐκ ὄντι οὔτε τοῖς πολλοῖς ὁμοιοῦσθαι.* etiam infra lib. 3 sect. 218 noster testatur ex Xenophanis sententia deum esse *σφαῖραν ἀπαθῆ.*

[*) legebatur *ἐπαπορεῖ.*]

o) *οἱ δὲ ἀπὸ τῆς νέας Ἀκαδημίας*] ad Carneadis scholam progreditur, P 60
de cuius sententia qua sciri vel percipi quicquam posse negavit, videndus praeter Ciceronem in Academicis quaest. 4 6. 31 etc. Eusebium 14 8 et alios noster lib. 1 contra Logicos. pro *ἀκατάληπτα εἶναι πάντα,* quod ex mss reposui, in editis erat *ἀκατάληπτα οὖν πάντα.*

p) *ὁ δὲ Σκεπτικὸς ἐνδέχεσθαι*] Scepticorum dubitationem ab Acade-

*καταληφθῆναί τινα προσδοκᾷ — διαφέρουσι δὲ ἡμῶν προδήλως*
*ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν κρίσει· ἀγαθὸν γάρ τί φασιν*
*εἶναι οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ καὶ κακόν, οὐχ ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ μετὰ τοῦ*
*πεπεῖσθαι ὅτι πιθανόν ἐστιν* [q]) *μᾶλλον ὃ λέγουσιν εἶναι ἀγαθὸν*
*ὑπάρχειν ἢ τὸ ἐναντίον· καὶ ἐπὶ τοῦ κακοῦ ὁμοίως· ἡμῶν ἀγα-*
*θόν τι ἢ κακὸν εἶναι λεγόντων οὐδὲν μετὰ τοῦ πιθανὸν εἶναι*
*νομίζειν ὃ φαμέν, ἀλλ' ἀδοξάστως ἑπομένων τῷ βίῳ* [r]), *ἵνα μὴ*
227 *ἀνενέργητοι ὦμεν. τάς τε φαντασίας ἡμεῖς μὲν ἴσας λέγομεν εἶ-*
*ναι κατὰ πίστιν ἢ ἀπιστίαν, ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ* [s]), *ἐκεῖνοι δὲ τὰς*
*μὲν πιθανὰς εἶναί φασι, τὰς δὲ ἀπιθάνους, καὶ τῶν πιθανῶν*
*δὲ λέγουσι διαφοράς* [t])· *τὰς μὲν γὰρ αὐτοὶ μόνον πιθανὰς ὑπάρ-*

**aliquid comprehendatur — sed apertius etiam ab illis in bonorum et malorum diiudicatione discrepant. aliquid enim bonum esse dicunt et malum Academici, non ut nos, sed simul persuasi verisimilius esse id quod dicunt bonum bonum esse, quam contrarium, et de malo similiter, quum nos de nullo dicamus quod bonum aut malum sit, ita ut existimemus probabile esse quod dicimus, sed sine ulla opinatione sequamur vitam, ne nihil agamus. 227. praeterea phantasias nos quidem dicimus pares esse ad fidem obtinendam vel non obtinendam, quantum ad rationem, illi autem alias probabiles esse dicunt, alias non probabiles, quin et probabilium statuunt diversa genera. alias enim probabiles tantum esse dicunt, alias autem probabiles et**

---

micorum *ἀκαταληψίᾳ* differre, iam supra sect. 3 noster annotavit, et subinde praeterea monuit Scepticum neutiquam hoc tamquam dogma statum tenere, quod nihil possit sciri, sed tantum testari quod nondum quicquam ex controversis illis ac dubiis inter philosophos rebus explorato scire sibi videatur. verbum *ἐνδέχεσθαι* est ex illis Scepticorum solennibus, de quibus supra cap. 21.

*q*) *ὅτι πιθανόν ἐστι*] Cicero de Carneadis sectatoribus lib. 4 Academ. quaest. c. 10 *volunt enim probabile aliquid esse et quasi verisimile, eaque se uti regula et in agenda vita, et in quaerendo ac disserendo.* hinc *opinari* concessit Carneades sapienti ut ex eodem Cicerone constat. vide etiam Sextum lib. 1 contra Logicos, ubi de eo quid improbabile ex Carneadis sententia.

*r*) *ἀδοξάστως ἑπομένων τῷ βίῳ*] hanc Scepticorum rationem exposuit supra sect. 23 atque uberius etiam lib. 10 adversus Mathematicos.

*s*) *κατὰ πίστιν ἢ ἀπιστίαν ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ*] hoc est ut *λόγος* sive ratio unius partis non verisimilior Sceptico videatur quam *λόγος* partis contrariae, supra sect. 215, quamquam *ἐν τῷ βίῳ* in vita unam partem prae altera sequantur, sed *ἀδοξάστως* ita ut nihil statuant veluti prae altero probabile esse, nedum certum atque exploratum. in praecedentibus verbis *ἴσας λέγομεν εἶναι* scripsi pro *ἴσως*.

*t*) *πιθανῶν -- διαφοράς*] tres probabilium gradus ponebant Arcesilae sectatores, inprimis Carneades de quo lib. 1 adversus Logicos sect. 166 seq. *unum* quod primo quasi aspectu probabile Cicero appellat, Sextus simpliciter *πιθανόν*. *alterum πιθανὸν καὶ διεξωδευμένον* sive (ut Galenus et noster infra) *περιωδευμένον*, Cicero *ex circumspectione aliqua et accurata consideratione probabile.* superest tertium *πιθανὸν καὶ διεξωδευμένον καὶ ἀπερίσπαστον*, sive ita probabile, ut post diligentem considerationem nullo dubio gravioris momenti mens opinantis in diversa trahatur. hunc gradum tangit Cicero in Lucullo adversus Carneadis sectatores disputans c. 18 *dicitis probabilia vos sequi, si re nulla impediamini.* de prioribus etiam duobus c. 11 *quamobrem sive tu* probabilem visionem (*φαντασίαν τὴν πιθανήν*) *sive* probabilem et quae non impediatur (*πιθανὴν καὶ ἀπερίσπαστον*) *ut Carneades volebat, sive aliud quid proferes, quod sequare, ad visum illud de quo agimus tibi erit reverten-*

χειν ἡγοῦνται, τὰς δὲ πιθανὰς καὶ διεξωδευμένας, τὰς δὲ πι-
θανὰς καὶ περιωδευμένας καὶ ἀπερισπάστους· οἷον ἐν οἴκῳ
σκοτεινῷ ποσῶς κειμένου σχοινίου ἐσπειραμένου πιθανὴ ἁπλῶς
φαντασία γίνεται ἀπὸ τούτου ὡς ἀπὸ ὄφεως τῷ ἀθρόως
ἐπεισελθόντι· τῷ μέντοι περισκοπήσαντι ἀκριβῶς καὶ διεξο- 228
δεύσαντι τὰ περὶ αὐτό, οἷον, ὅτι οὐ κινεῖται, ὅτι τὸ χρῶμα
τοιόν ἐστι, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, φαίνεται σχοινίον κατὰ
τὴν φαντασίαν τὴν πιθανὴν καὶ περιωδευμένην. ἡ δὲ καὶ
ἀπερίσπαστος φαντασία τοιάδε ἐστίν· λέγεται ὁ Ἡρακλῆς ἀπο- P 61
θανοῦσαν τὴν Ἄλκηστιν [u]) αὖθις ἐξ Ἅιδου ἀναγαγεῖν καὶ
δεῖξαι τῷ Ἀδμήτῳ, καὶ πιθανὴν ἐλάμβανε φαντασίαν τῆς
Ἀλκήστιδος καὶ περιωδευμένην. ἐπεὶ μέντοι ᾔδει ὅτι τέ-
θνηκε, περιεσπᾶτο αὐτοῦ ἡ διάνοια ἀπὸ τῆς συγκαταθέσεως

**accurata consideratione probatas, alias probabiles et probatas accurata consideratione et quae nullo dubio impediantur; verbi gratia, in domo tenebricosa si quo modo iaceat funis contortus et convolutus probabilis tantum phantasia est ab hoc, tamquam a serpente, ei qui repente ingressus fuerit. 228. at illi qui intuitus fuerit exacte et percurrerit quae sunt circa ipsum, nimirum eum non moveri, talem colorem habere et singula quaeque, apparet funis per phantasiam probabilem et accurata consideratione probatam. phantasia autem quae simul nullo distrahatur sive impediatur dubio, huiusmodi est: fertur Hercules mortuam Alcestin rursum ab inferis reduxisse et Admeto ostendisse. is verisimilem accipiebat phantasiam Alcestidis et accurata consideratione probatam, quia tamen sciebat ipsam mortuam esse, distrahebatur eius mens ab assensu et ad fidem non adhibendam inclinabat.**

---

*dum. - - - quod est igitur vestrum probabile? nam si quod cuique occurrit* et primo quasi aspectu probabile (*πιθανόν* simpliciter) *videtur, id confirmatur, quid eo levius? sin* ex circumspectione aliqua et accurata consideratione (*πιθανὸν καὶ διεξωδευμένον*) *quod visum sit id dicent se sequi, tamen exitum non habebunt.* Galenus libro 9 de decretis Hippocratis et Platonis c. 7 *ἀνάγεται δὲ ἡ τούτων κρίσις εἰς φαντασίαν, ὡς οἱ νεώτεροι τῶν Ἀκαδημαϊκῶν λέγουσιν, οὐ μόνον πιθανήν, ἀλλὰ καὶ περιωδευμένην καὶ ἀπερίσπαστον.* vide quae ad hunc Tullii locum praeclare commentetur vir doctissimus Petrus Faber, Ciceroni e Sexto lucem affundens, quam ego Sexto ex Cicerone merito reddidi. confer tria *πιθανοῦ* genera quae distinguit noster lib. adversus Rhetoras sect. 63 et adversus Logicos sect. 176 seq. ubi de fune etiam quem pro serpente habet phantasia ante examen, habes sect. 187 seq. vide et sect. 436 seq. eiusdem libri.

u) ὁ *Ἡρακλῆς ἀποθανοῦσαν τὴν Ἄλκηστιν*] nota fabula ex Euripidis P 61
Alcesti, Palaephato c. 41, Hygino fab. 51, Fulgentio lib. 1 Mytholog. Epiphanio Ancorar. §. 86, Agatharchide apud Photium, Apollodoro et aliis. tangitur etiam a nostro lib. 1 contra Log. sect. 254. nimirum medicinae peritus fuit Hercules, qui Alcestin morti proximam arte sua sanitati restituit, ut notat Plutarchus in Amatorio p. 761 E, similiter dictus ab inferis revocasse Theseum, Timonem Lydum ac Timosthenem Atheniensem. solenne enim scriptoribus ut *ἀναστῆσαι* et ex orco revocare dicantur ab illis medici quando aegrotis medentur. hoc sensu Empedocles apud Laërtium 8 59 demonstrat pharmaca quibus

*ἄξεις ἐξ Ἀΐδαο καταφθιμένου μένος ἀνδρός.*

Horatius lib. 1 Sat. 1 82 *medicum roget ut te suscitet* - - ita tamen fabula de Hercule si intelligatur, huic loco minus quadrabit; neque enim ita Herculis mens potuit *διασπασθῆναι* sive impediri per cogitationem de Alcestidis morte. itaque vulgari sensu fabulam de Alcesti per Herculem in vitam revocata Sextus accipit.

229 καὶ πρὸς ἀπιστίαν ἔκλινε. προκρίνουσιν οὖν οἱ ἐκ τῆς νέας Ἀκαδημίας τῆς μὲν πιθανῆς ἁπλῶς τὴν πιθανὴν καὶ περιωδευμένην φαντασίαν, ἀμφοτέρων δὲ τούτων τὴν πιθανὴν καὶ περιωδευμένην καὶ ἀπερίσπαστον. εἰ δὲ καὶ πείθεσθαί τισιν οἵ τε ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Σκέψεως λέγουσι, πρόδηλος καὶ
230 ἡ κατὰ τοῦτο διαφορὰ τῶν φιλοσοφιῶν· τὸ γὰρ πείθεσθαι λέγεται διαφόρως, τό τε μὴ ἀντιτείνειν, ἀλλ' ἁπλῶς ἕπεσθαι ἄνευ σφοδρᾶς προσκλίσεως καὶ προσπαθείας, ὡς ὁ παῖς λέγεται πείθεσθαι τῷ παιδαγωγῷ, ἅπαξ δὲ τὸ μετὰ αἱρέσεως καὶ οἱονεὶ συμπαθείας x) κατὰ τὸ σφόδρα βούλεσθαι συγκατατίθεσθαί τινι, ὡς ὁ ἄσωτος πείθεται τῷ δαπανητικῶς βιοῦν ἀξιοῦντι. διόπερ ἐπειδὴ οἱ μὲν περὶ Καρνεάδην καὶ Κλειτόμαχον μετὰ προσκλίσεως σφοδρᾶς πείθεσθαί τε καὶ πιθανὸν εἶναί τί φασιν, ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ ἁπλῶς εἴκειν ἄνευ προσπαθείας, καὶ κατὰ τοῦτο ἂν
231 αὐτῶν διαφέροιμεν. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πρὸς τὸ τέλος διαφέρομεν τῆς νέας Ἀκαδημίας· οἱ μὲν γὰρ κατ' αὐτὴν κοσμεῖσθαι λέγοντες ἄνδρες τῷ πιθανῷ προσχρῶνται κατὰ τὸν βίον y), ἡμεῖς δὲ τοῖς νόμοις καὶ τοῖς ἔθεσι καὶ τοῖς φυσικοῖς πάθεσιν ἑπόμενοι βιοῦμεν ἀδοξάστως. καὶ πλείω δ' ἂν εἴπομεν πρὸς τὴν διάκρι-
232 σιν, εἰ μὴ τῆς συντομίας ἐστοχαζόμεθα. ὁ μέντοι Ἀρκεσίλαος z),

**229.** praeferunt igitur novi Academici ei quidem phantasiae quae simpliciter est probabilis, eam quae est probabilis et per accuratam considerationem probata; utrique autem harum eam quae est probabilis et per accuratam considerationem probata et quae nullo dubio impediatur. quamquam autem et Academici et Sceptici se assentiri aliquibus dicebant, manifesta est tamen hic quoque differentia quae est inter eorum philosophias. **230.** nam assentiri dicitur variis modis interdum pro non repugnare, sed simpliciter sequi, sine vehementi propensione et affectu erga aliquid, ut puer dicitur assentiri paedagogo. interdum etiam pro cum certo proposito et quasi affectus communione quidpiam valde volentem assentiri alicui, ut nepos et decoctor assentitur ei qui sumptuose ipsum vivere vult. quare quum Carneades et Clitomachus cum vehementi inclinatione dicant assentiri et probabile esse, nos autem in cedendo simpliciter sine propensione affectus erga quicquam, in hoc quoque ab illis differre comperiemur. **231.** in iis praeterea quae ad finem spectant, a nova Academia dissidemus; illi enim qui secundum eius instituta se componunt, etiam probabili utuntur in vita, nos autem leges et consuetudines et naturales affectiones sequentes vivimus citra ullam opinationem. his adderemus alia, differentiae ostendendae gratia, nisi brevitati studeremus. **232.** at vero Arcesilaus, quem mediae Academiae dicebamus

---

x) *μετὰ αἱρέσεως καὶ συμπαθείας*] *αἵρεσιν* vocat approbationem ac delectum, ut quemadmodum lanx in libra ponderibus deprimitur, sic re utrinque considerata homo probabilibus cedat, assensioneque quam *συγκατάθεσιν* Graeci vocant illa approbet et eligat potius quam contraria. *συμπάθεια* Sexto est inclinatio qua animus movetur ad consensum, ut non modo non resistat sed cum vehementi propensione et libenter dictis obsequatur. huiusmodi obsequium probabilibus a sapiente deferri, non negabat Carneadis schola, unde permittebat sapienti *opinari*, ut ex Cicerone paullo ante annotabam.

y) *τῷ πιθανῷ προσχρῶνται κατὰ τὸν βίον*] probabili illo utuntur ut regula in vita. idem Cicero in Lucullo c. 10 *volunt enim probabile aliquid esse et quasi verisimile, eaque se uti regula, et in agenda vita, et in quaerendo ac disserendo.*

z) *ὁ μέντοι Ἀρκεσίλαος*] vide lib. 1 adversus Logicos sect. 150 et quae

ὃν τῆς μέσης Ἀκαδημίας ἐλέγομεν εἶναι προστάτην καὶ ἀρχηγόν, πάνυ μοι δοκεῖ τοῖς Πυρρωνείοις κοινωνεῖν λόγοις, ὡς μίαν P 62
εἶναι σχεδὸν τὴν κατ' αὐτὸν ἀγωγὴν καὶ τὴν ἡμετέραν· οὔτε γὰρ περὶ ὑπάρξεως ἢ ἀνυπαρξίας τινὸς ἀποφαινόμενος εὑρίσκεται οὔτε κατὰ πίστιν ἢ ἀπιστίαν προκρίνειν τι ἕτερον ἑτέρου, ἀλλὰ περὶ πάντων ἐπέχει, καὶ τέλος μὲν εἶναι τὴν ἐποχήν, ᾗ συνεισέρχεσθαι τὴν ἀταραξίαν ἡμεῖς ἐφάσκομεν. λέγει δὲ καὶ 233
ἀγαθὰ μὲν εἶναι τὰς κατὰ μέρος ἐποχάς, κακὰ δὲ τὰς κατὰ μέρος συγκαταθέσεις. ἤτοι πλὴν εἰ μὴ λέγοι τις ὅτι ἡμεῖς μὲν κατὰ τὸ φαινόμενον ἡμῖν ταῦτα λέγομεν, καὶ οὐ διαβεβαιωτικῶς, ἐκεῖνος δὲ ὡς πρὸς τὴν φύσιν a), ὥστε καὶ ἀγαθὸν μὲν εἶναι αὐτὴν λέγειν τὴν ἐποχήν, κακὸν δὲ τὴν συγκατάθεσιν. εἰ δὲ 234
δεῖ καὶ τοῖς περὶ αὐτοῦ λεγομένοις πιστεύειν, φασὶν ὅτι κατὰ μὲν τὸ πρόχειρον Πυρρώνειος ἐφαίνετο εἶναι, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν δογματικὸς ἦν, καὶ ἐπεὶ τῶν ἑταίρων ἀπόπειραν ἐλάμβανε διὰ τῆς ἀπορηματικῆς, εἰ εὐφυῶς ἔχουσι b) πρὸς τὴν ἀνάληψιν τῶν Πλατωνικῶν δογμάτων, δόξαι αὐτὸν ἀπορητικὸν εἶναι, τοῖς μέντοι γε εὐφυέσι τῶν ἑταίρων τὰ Πλάτωνος παρεγχειρεῖν. ἔνθεν καὶ τὸν Ἀρίστωνα c) εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ

πρόσθε Πλάτων, ὄπιθεν Πύρρων, μέσσος Διόδωρος.

praesidem fuisse et auctorem, magnam mihi videtur cum Pyrrhoniorum rationibus affinitatem habere, adeo ut una sit propemodum disciplina eius et nostra; neque enim de existentia aut non existentia rei cuiusquam pronuntiare comperitur, neque alterum alteri ad fidem obtinendam aut non obtinendam praeferre, sed de omnibus assensum retinet, et finem esse dicit assensus suspensionem, cum qua simul ingredi imperturbatum mentis statum dicebamus. 233. vult praeterea esse quidem bona singulares assensus suspensiones, mala autem singulares assensiones. nisi dicat aliquis nos haec secundum id quod apparet nobis, dicere, et non affirmantes; illum autem, tamquam ita haberet se secundum naturam: adeo ut bonum quidem esse ipsam assensus suspensionem, malum autem assensionem dicat. 234. si qua fides autem iis quae de eo dicuntur adhibenda est, ferunt ipsum prima quidem fronte Pyrrhonium visum, vere autem Dogmaticum fuisse. et quum in sibi familiaribus periculum faceret suis dubitationibus, an naturam aptam ad percipienda Platonis dogmata haberent, existimatum fuisse aporeticum sive dubitatorem; at familiaribus suis qui acri ingenio praediti essent, Platonis doctrinam tradidisse. atque ideo Aristonem iactasse hoc in ipsum

ante Plato, Pyrrho retro, medius Diodorus.

---

notant viri docti ad Laërtium 4 28 et 33. Eusebium 14 6 Praeparat. Lactantium lib. 3 cap. 4 seq. et Ciceronis Quaest. Academicas 4 8, Plutarchum p. 1122 contra Colotem etc.

a) *ὡς πρὸς τὴν φύσιν*] hoc est ut infra dicit *κατὰ τὴν ἀλήθειαν*. vide P 62
si placet quae notavi supra c. 12 p. 9 [18 hui. ed.] n. 1.

b) *εἰ ἀφυῶς ἔχουσι*] ita recte Salmasius pro eo quod habebant editi, *εἰ εὐφυῶς*. opponitur enim mox *τοῖς μέντοι γε εὐφυέσι*. [reduximus vulg.]

c) *τὸν Ἀρίστωνα*] Aristo Chius Zenonis Stoici discipulus ut solenne fuit apud philosophos versibus Homericis leviter ad institutum suum deflexis uti, parodia expressit illud Homericum Iliad. ζ 181 vel Hesiodeum Theogon. 323

*πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.*

versus Aristonis etiam apud Laërtium legitur 4 33. in editis Sexti codicibus male exstabat *πρόσθε, ὄπισθεν, μέσος*, quae ex mss et Homerico versu correxi.

*διὰ τὸ προσχρῆσθαι τῇ διαλεκτικῇ τῇ κατὰ τὸν Διόδωρον*[d]),
235 *εἶναι δὲ ἀντικρὺς Πλατωνικόν. οἱ δὲ περὶ Φίλωνά φασιν, ὅσον μὲν ἐπὶ τῷ Στωϊκῷ κριτηρίῳ*[e]), *τουτέστι τῇ καταληπτικῇ φαντασίᾳ, ἀκατάληπτα εἶναι τὰ πράγματα, ὅσον δὲ ἐπὶ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων αὐτῶν καταληπτά. ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀντίοχος τὴν Στοὰν*[f]) *μετήγαγεν εἰς τὴν Ἀκαδημίαν, ὡς καὶ εἰρῆσθαι ἐπ' αὐτῷ ὅτι ἐν Ἀκαδημίᾳ φιλοσοφεῖ τὰ Στωϊκά· ἐπεδείκνυε γὰρ ὅτι παρὰ Πλάτωνι κεῖται τὰ τῶν Στωϊκῶν δόγματα, ὡς πρόδηλον εἶναι τὴν τῆς σκεπτικῆς ἀγωγῆς διαφορὰν πρός τε τὴν τετάρτην καὶ τὴν πέμπτην καλουμένην Ἀκαδημίαν.*

P 63

## *ΚΕΦ λδ'.*

### *Εἰ ἡ κατὰ τὴν ἰατρικὴν ἐμπειρία ἡ αὐτή ἐστι τῇ Σκέψει.*

236 *Ἐπεὶ δὲ καὶ τῇ ἐμπειρίᾳ*[g]) *τῇ κατὰ τὴν ἰατρικὴν αἱρέσει*

quod dialectica Diodori uteretur, plane tamen esset Platonicus. 235. Philo autem ait, quantum ad Stoicum criterium, id est phantasiam comprehensivam, res esse incomprehensibiles, quantum autem ad naturam rerum, comprehensibiles. quin etiam Antiochus Stoicam sectam transtulit in Academiam, adeo ut de eo dictum sit, ipsum in Academia philosophari Stoico more. ostendebat enim apud Platonem esse Stoicorum dogmata. ex his igitur perspicuum est quid Sceptica institutio a quarta et quinta Academia differat.

## CAP. XXXIV.

### An medica empirica eadem sit cum Sceptica.

236. Quoniam vero sectam medicorum Empiricam eandem nonnulli

---

*d*) *διαλεκτικῇ τῇ κατὰ τὸν Διόδωρον*] de hoc Diodoro Crono, dialectico, qui tempore Ptolemaei Soteris Alexandriae floruit, videndi viri docti ad Laërtium 2 111.

*e*) *ὅσον μὲν ἐπὶ τῷ Στωϊκῷ κριτηρίῳ*] Cicero de Philone lib. 4 Academ. quaest. cap 4 *cum enim ita negaret esse quicquam quod comprehendi posset* (*id enim volumus esse ἀκατάληπτον,*) *si illud esset sicut Zeno definiret;* definivit autem Zeno criterium sive ut Cicero vocat iudicium cogniti et incogniti ita ut Sextus noster Stoicos fecisse memorat. Laërtius in Zenone 7 54 *κριτήριον δὲ τῆς ἀληθείας φασὶ τυγχάνειν τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν.* de Philone illo Larissaeo, Clitomachi discipulo, videndus etiam Numenius apud Eusebium 14 9 Praeparat. Plutarchus in Cicerone p. 861.

*f*) *ὁ Ἀντίοχος τὴν Στοάν*] Cicero 4 Academ. quaest. c. 43 *omitto Antiochum qui appellabatur Academicus, erat quidem si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicus.* huius Antiochi, quem audivit Cicero, temporibus scripsisse cognoscitur Scepticus Aenesidemus, qui opus suum *Πυρρωνείων λόγων* Lucio Tuberoni Academico dedicavit, teste Photio codice 213. itaque ait Academicos sui temporis ad castra Stoicorum fere totos transiisse *οἱ δ' ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας μάλιστα τῆς νῦν καὶ Στωϊκαῖς συμφέρονται δόξαις, καὶ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, Στωϊκοὶ φαίνονται μαχόμενοι Στωϊκοῖς, καὶ περὶ πολλῶν δογματίζουσιν.* Mnesarchi Stoici Antiochum scholas frequentasse, et a Philone praeceptore suo in pluribus abiisse notavit etiam Numenius apud Eusebium, et Augustinus 3 18 contra Academicos.

P 63 *g*) *τῇ ἐμπειρίᾳ*] tria constat celebrari genera ac tres veluti sectas medicorum, de quibus eleganter ac distincte Celsus in praefat. unum *qui rationalem medicinam profitentur*, requiruntque abditarum, et morbos continentium causarum notitiam, deinde evidentium, post haec etiam na-

ἣν αὐτὴν λέγουσί τινες εἶναι τὴν σκεπτικὴν φιλοσοφίαν, γνω-
τέον ὅτι εἴπερ ἡ ἐμπειρία ἐκείνη περὶ τῆς ἀκαταληψίας τῶν
ἀδήλων διαβεβαιοῦται, οὔτε ἡ αὐτή ἐστι τῇ Σκέψει οὔτε ἁρ-
μόζοι ἂν τῷ Σκεπτικῷ τὴν αἵρεσιν ἐκείνην ἀναλαμβάνειν· μᾶλ-
λον δὲ τὴν καλουμένην μέθοδον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, δύναιτο ἂν μετ-
ιέναι. αὕτη γὰρ μόνη τῶν κατὰ ἰατρικὴν αἱρέσεων, περὶ μὲν 237
τῶν ἀδήλων δοκεῖ μὴ προπετεύεσθαι, πότερον καταληπτά ἐστιν
ἢ ἀκατάληπτα λέγειν αὐθαδειαζομένη h), τοῖς δὲ φαινομένοις
ἑπομένη ἀπὸ τούτων λαμβάνει τὸ συμφέρειν δοκοῦν κατὰ τὴν
τῶν Σκεπτικῶν ἀκολουθίαν. καὶ ἐλέγομεν γὰρ ἐν τοῖς ἔμπρο-
σθεν i), ὅτι ὁ βίος ὁ κοινὸς ᾧ καὶ ὁ Σκεπτικὸς χρῆται, τετρα-
μερής ἐστιν, τὸ μέν τι ἔχων ἐν ὑφηγήσει φύσεως, τὸ δ᾽ ἐν
ἀνάγκῃ παθῶν, τὸ δ᾽ ἐν παραδόσει νόμων τε καὶ ἐθῶν, τὸ δ᾽
ἐν διδασκαλίᾳ τεχνῶν. ὥσπερ οὖν κατὰ τὴν ἀνάγκην τῶν πα- 238

esse aiunt cum Sceptica philosophia, scire nos oportet, empiricam illam, si asseveret obscura comprehendi non posse, neque eandem esse cum Sceptica, sed nec Sceptico convenientem eiusmodi sectam esse, imo potius eam quae methodica vocatur, deceat illum, meo quidem indicio, persequi. 237. haec enim una ex omnibus medicae artis sectis in obscuris quidem temerarie se non gerere videtur, nec tantum sibi arrogare ut comprehensibilia sint ea, nec ne, pronuntiet, sed apparentia sequens ex iis quod utile videatur, accipere, eandem quam Sceptici insistens viam. dicebamus enim antea, vitam communem, qua etiam Scepticus utitur, quadruplicem esse: quae videlicet partim in naturae suggestione versetur, partim in coactione passionum, partim in constitutione legum et consuetudinum, partim in traditione artium. 238. quemadmodum igitur ex coactione passionum Sce-

---

turalium actionum, novissime partium interiorum. alterum *qui se ἐμπειρικούς ab experientia nominant*, et evidentes quidem causas ut necessarias amplectuntur, obscurarum vero causarum et naturalium actionum quaestionem ideo supervacuam esse contendunt, quoniam incomprehensibilis natura sit. hinc factum ut cum empirica ab aliquibus Scepsis sive Sceptica philosophia confunderetur, non modo quoniam Empirici dogmaticorum sive rationalium medicorum scita aspernabantur nihilque in illis certi se videre dicebant, cuius rei exemplum videre licet apud Ciceronem in Lucullo c. 39, sed etiam quod e Scepticis philosophis quidam iidem essent quoque medici Empirici, ut non modo Sextus noster, sed Menodotus quoque et Theodas Galeno laudati et Laërtio, et de quo apud eundem Laërtium 9 116. Saturninus Cythenas, Sexti nostri discipulus. nihilominus declarat hoc loco Sextus Empiricos per id ipsum, quod incomprehensibilem esse naturam obscurarum causarum et naturalium actionum statuunt ac *διαβεβαιοῦνται*, a Scepticis dissidere, usquequaque dubitantibus et nihil huiusmodi statuentibus. itaque si una ex medicorum sectis propius ad eos accedens et affinis illis dici debeat, hoc rectissime tribui tertiae, hoc est *methodicae*, cuius praecipui auctores Themison Laodicenus, Asclepiadis discipulus Thessalus Trallianus, Iulianus Alexandrinus etc., qui veluti nullius causae notitia quicquam ad curationes pertineret, satis esse ducebant secundum viam quandam sive *μέθοδον* communia morborum intueri. *ἐμπειρικὰ* sua *ὑπομνήματα* allegat noster lib. 1 contra Grammaticos sect. 61, quo in opere rationem *ἐμπειρίας* medicae tradidisse videtur. Acronem Agrigentinum Empiricae sectae principem laudat Plinius 29 1.

h) *αὐθαδειαζομένη*] Salmasius legebat *αὐθαδιαζομένη*.

i) *καὶ ἐλέγομεν γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν*] ita mss pro eo quod erat in editis, *καὶ λέγομεν*. locus ad quem remittit Sextus est supra sect. 23.

*θῶν ὁ Σκεπτικὸς ὑπὸ μὲν δίψους ἐπὶ ποτὸν ὁδηγεῖται, ὑπὸ δὲ*
*λιμοῦ ἐπὶ τροφήν, καὶ ἐπί τι τῶν ἄλλων ὁμοίως, οὕτω καὶ ὁ*
*μεθοδικὸς ἰατρὸς*[k]) *ὑπὸ τῶν παθῶν ἐπὶ τὰ κατάλληλα ὁδηγεῖ-*
*ται, ὑπὸ μὲν στεγνώσεως ἐπὶ τὴν χαύνωσιν, ὡς καταφεύγει τὶς*
*ἀπὸ τῆς διὰ ψύχος ἐπιτεταμένον πυκνώσεως ἐπὶ ἀλέαν, ἀπὸ δὲ*
*ῥύσεως ἐπὶ τὴν ἐποχὴν αὐτῆς· ὡς καὶ οἱ ἐν βαλανείῳ ἱδρῶτι*
*πολλῷ περιρρεόμενοι καὶ ἐκλυόμενοι ἐπὶ τὴν ἐποχὴν αὐτοῦ πα-*
*ραγίνονται, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ τὸν ψυχρὸν ἀέρα καταφεύγουσιν.*
**P 64** *ὅτι δὲ καὶ τὰ φύσει ἀλλότρια ἐπὶ τὴν φύσιν αὐτῶν ἰέναι κατα-*
*ναγκάζει, πρόδηλον, ὅπου γε καὶ ὁ κύων, σκόλοπος αὐτῷ κα-*
239 *ταπαγέντος*[l]), *ἐπὶ τὴν ἄρσιν αὐτοῦ παραγίνεται. καὶ ἵνα μὴ καθ᾽*
*ἕκαστον λέγων ἐκβαίνω τὸν ὑποτυπωτικὸν τρόπον τῆς συγγρα-*
*φῆς, πάντα οἶμαι τὰ ὑπὸ τῶν μεθοδικῶν οὕτω λεγόμενα ὑπο-*
*τάσσεσθαι δύνασθαι τῇ ἐκ τῶν παθῶν ἀνάγκῃ, τῶν τε κατὰ*
*φύσιν, πρὸς τῷ καὶ τὸ ἀδόξαστόν τε καὶ ἀδιάφορον τῆς χρή-*
240 *σεως*[m]) *τῶν ὀνομάτων, κοινὸν εἶναι τῶν ἀγωγῶν. ὡς γὰρ ὁ*
*Σκεπτικὸς χρῆται τῇ "οὐδὲν ὁρίζω" φωνῇ, καὶ τῇ οὐδὲν κατα-*
*λαμβάνω, καθάπερ εἰρήκαμεν, οὕτως καὶ ὁ μεθοδικὸς κοινότητα*
*λέγει καὶ διήκειν*[n]) *καὶ τὰ παραπλήσια, ἀπεριέργως. οὕτω δὲ*

pticus a siti quidem ad potum deducitur, et a fame ad cibum, et ad aliquid ex aliis itidem: sic et methodicus medicus a passionibus ad consentanea et congruentia dirigitur, a conspissatione quidem et condensatione ad laxationem, (veluti quum quis a condensatione ex frigore vehementi orta ad calida se recipit) et vice versa a laxatione et effluvio ad eius repressionem, ut qui in balneo sudore multo diffluunt et resolvuntur, ad eum reprimendum properant, ac propterea ad frigidum aërem confugiunt. ea autem quae a natura sint aliena, ad ea quae secundum naturam sunt cogere eum venire, vel hinc patet, quod etiam canis, simulac impegerit ei aliquis palum, ad eum extrahendum festinet. 239. ac ne singula enumerans fines brevis institutionis praetergrediar, omnia puto quae a Methodicis ita dicuntur, referri posse ad coactionem illam eamque vim quam afferunt nobis passiones, et eae quae secundum naturam et eae quae praeter naturam sunt. sed et in his inter se conveniunt hae duae institutiones, quod utraque opinationem omnem a se removeat, utraque indifferenter verbis utatur. 240. quemadmodum enim Scepticus utitur hac voce, *nihil definio*, hac item, *nihil comprehendo*, ita et Methodicus usurpat *communia* et vocem *pertinere*, ac similes indifferenter, sic ergo et hoc nomen *cognitionis* citra opinationem accipit pro ea actione

---

*k*) ὁ *μεθοδικὸς ἰατρός*] ms V ὁ *μεθοδικῶς ἰατρός*. Celsus de Methodicis, satis putantibus communia morborum intueri: *et quidem horum tria genera esse, unum adstrictum, alterum fluens, tertium mixtum. nam modo parum excernere aegros, modo nimium, modo alia parte parum, alia nimium. haec autem genera morborum modo acuta esse, modo longa, et modo increscere, modo consistere, modo minui consuevisse. cognito igitur eo quod ex his est, si corpus adstrictum est, digerendum esse: si profluvio laborat, continendum, si mixtum vitium habeat, occurrendum subinde vehementiori malo. et aliter acutis morbis medendum, aliter vetustis: aliter increscentibus, aliter subsistentibus, aliter iam ad sanitatem inclinantibus. horum observationem medicinam esse.*

**P 64** *l*) ὁ *κύων σκόλοπος αὐτῷ καταπαγέντος*] supra sect. 70.

*m*) *ἀδιάφορον τῆς χρήσεως*] supra sect. 195.

*n*) *κοινότητα λέγει καὶ διήκειν*] haec Methodicorum verba Celsus his Latinis expressit: *communia* naturae *vel morborum et intueri.* sicut pro *ἐνδείξει* dixit: *cognito eo quod ex his est.*

καὶ τὸ τῆς ἐνδείξεως ὄνομα ἀδοξάστως παραλαμβάνει ἀντὶ τῆς ἀπὸ τῶν φαινομένων παθῶν τῶν τε κατὰ φύσιν καὶ τῶν παρὰ φύσιν[o]) ὁδηγήσεως ἐπὶ τὰ κατάλληλα εἶναι δοκοῦντα, ὡς καὶ ἐπὶ δίψους καὶ ἐπὶ λιμοῦ καὶ τῶν ἄλλων ὑπεμίμνησκον[p]). ὅθεν 241
οἰκειότητά τινα ἔχειν τὴν ἀγωγὴν τὴν κατὰ ἰατρικὴν τῶν μεθοδικῶν πρὸς τὴν Σκέψιν μᾶλλον τῶν ἄλλων κατὰ ἰατρικὴν αἱρέσεων· καὶ ὡς πρὸς σύγκρισιν ἐκείνων οὐχ ἁπλῶς[q]) ῥητέον ἐκ τούτων καὶ τῶν παραπλησίων τούτοις τεκμαιρομένοις. τοσαῦτα καὶ περὶ τῶν παρακεῖσθαι δοκούντων τῇ κατὰ τοὺς Σκεπτικοὺς ἀγωγῇ διεξελθόντες, ἐν τούτοις ἀπαρτίζομεν τόν τε καθόλου τῆς Σκέψεως λόγον καὶ τὸ πρῶτον τῶν ὑποτυπώσεων σύνταγμα.

qua nos a passionibus apparentibus et quae secundum et quae praeter naturam sunt, ad ea quae consentanea et congruentia esse videntur, deducimur, ut in siti et fame aliisque ostendi. 241 unde professionem eorum, qui in medica arte Methodici vocantur, maiorem cum Sceptica affinitatem habere, quam ullas alias sectas medicae artis, idque modo comparatione earum, non simpliciter dicendum esse, ex iam dictis et aliis huiusmodi quae afferri possent colligitur. nos igitur quum de iis etiam disseruerimus, quae vicina esse Scepticae disciplinae videntur, hic et generalem ipsius Scepticae tractationem et primum institutionum librum finimus.

---

o) *τῶν τε κατὰ φύσιν καὶ τῶν παρὰ φύσιν*] supra sect. 100 seq.

p) *ὑπεμίμνησκον*] ita ms pro eo quod editi habebant, *ὑπομιμνήσκω*. et sane paullo ante de siti et fame meminit sect. 238.

q) *οὐχ ἁπλῶς*] non ita, ac si plane eadem Methodica cum Sceptica esset.

P 65 ## ΠΥΡΡΩΝΕΙΩΝ ΥΠΟΤΥΠΩΣΕΩΝ ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΡΙΑ

### ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΕΝ Ωι ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙ

Κεφ. α΄. Εἰ δύναταί τι ζητεῖν ὁ Σκεπτικὸς περὶ τῶν λεγομένων παρὰ τοῖς Δογματικοῖς.
– β΄. πόθεν ἀρκτέον τῆς πρὸς τοὺς Δογματικοὺς ζητήσεως.
– γ΄. περὶ κριτηρίου.
– δ΄. εἰ ἔστι κριτήριον ἀληθείας.
– ε΄. περὶ τοῦ ὑφ᾽ οὗ.
– ϛ΄. περὶ τοῦ δι᾽ οὗ.
– ζ΄. περὶ τοῦ καθ᾽ ὅ.
– η΄. περὶ ἀληθοῦς καὶ ἀληθείας.
– θ΄. εἰ ἔστι τῇ φύσει ἀληθές.
– ι΄. περὶ σημείου.
– ια΄. εἰ ἔστι τι σημεῖον ἐνδεικτικόν.
– ιβ΄. περὶ ἀποδείξεως.
– ιγ΄. εἰ ἔστιν ἀπόδειξις.
– ιδ΄. περὶ συλλογισμῶν.
– ιε΄. περὶ ἐπαγωγῆς.
– ιϛ΄. περὶ ὅρων.
– ιζ΄. περὶ διαιρέσεων.

## SEXTI PHILOSOPHI PYRRHONIARVM HYPOTYPOSEON SIVE INSTITVTIONVM

### *LIBER SECVNDVS.*

---

QVAE COMPLECTITVR LIBER II.

Cap. I. *An possit Scepticus aliquid inquirere in ea quae dicuntur a Dogmaticis.*
– II. *Unde incipere debeat inquisitio adversus Dogmaticos.*
– III. *De criterio, id est instrumento ad iudicandum.*
– IV. *An sit aliquod veritatis criterium.*
– V. *De criterio a quo.*
– VI. *De criterio per quod.*
– VII. *De criterio secundum quod.*
– VIII. *De vero et veritate.*
– IX. *An aliquid sit natura verum.*
– X. *De signo.*
– XI. *An sit aliquod signum demonstrativum.*
– XII. *De demonstratione.*
– XIII. *An sit demonstratio.*
– XIV. *De syllogismis.*
– XV. *De inductione.*
– XVI. *De definitionibus.*
– XVII. *De divisionibus.*

*Κεφ. ιη'. περὶ τῆς ὀνόματος εἰς σημαινόμενα διαιρέσεως.*
*- - ιθ'. εἰ διαιρεῖται ὅλον εἰς μέρη.*
*- κ'. περὶ γενῶν καὶ εἰδῶν.*
*- κα'. περὶ κοινῶν συμβεβηκότων.*
*- κβ'. περὶ σοφισμάτων.*

## *ΚΕΦ. α'.*

### *Εἰ δύναταί τι ζητεῖν ὁ Σκεπτικὸς περὶ τῶν λεγομένων παρὰ τοῖς Δογματικοῖς.*

*Ἐπεὶ δὲ τὴν ζήτησιν τὴν πρὸς τοὺς Δογματικοὺς* [a]) *μετήλ-* 1
*θομεν, ἕκαστον τῶν μερῶν τῆς καλουμένης φιλοσοφίας συντό-*
*μως καὶ ὑποτυπωτικῶς ἐφοδεύσωμεν, πρότερον ἀποκρινάμενοι*
*πρὸς τοὺς ἀεὶ θρυλοῦντας ὡς μήτε ζητεῖν μήτε νοεῖν ὅλως οἷός* P 66
*τέ ἐστιν ὁ Σκεπτικὸς περὶ τῶν δογματιζομένων παρ' αὐτοῖς· ὡς* 2
*ἤτοι καταλαμβάνει ὁ Σκεπτικὸς τὰ ὑπὸ τῶν Δογματικῶν λεγό-*
*μενα ἢ οὐ καταλαμβάνει, καὶ εἰ μὲν καταλαμβάνει, πῶς ἂν*
*ἀποροίη περὶ ὧν κατειληφέναι λέγει; εἰ δ' οὐ καταλαμβάνει, ἄρα*
*περὶ ὧν οὐ κατείληφεν, οὐδὲ οἶδε λέγειν. ὥσπερ γὰρ ὁ μὴ εἰ-* 3
*δὼς εἰ τύχοι, τί ἐστι τὸ καθ' ὃ περιαιρουμένου* [b]) *ἢ τὸ διὰ*

Cap. XVIII. ***De nominis in significata divisione.***
- XIX. ***De toto et parte.***
- XX. ***De generibus et speciebus.***
- XXI. ***De communibus accidentibus.***
- XXII. ***De sophismatibus.***

## CAP. I.

### An possit Scepticus aliquid inquirere in ea quae dicuntur a Dogmaticis.

**1. Quandoquidem inquisitionem adversus Dogmaticos aggressi sumus, unamquamque partem eius quae vocatur philosophia, breviter et summatim percurramus, si prius responderimus iis qui hoc semper habent in ore, nec ad quaerenda nec ad intelligenda ea quae ab ipsis dogmatice pronuntiantur, ullo modo idoneum esse Scepticum. 2. sic enim dicunt: aut comprehendit Scepticus quae a Dogmaticis dicuntur, aut non: et si quidem comprehendit, quomodo dubitet de iis quae comprehendisse se dicit? at si non comprehendit, certe ne dicere quidem de iis novit quae non comprehendit. 3. quemadmodum enim is qui ignorat, exempli gratia, quid sit argumentum eversi**

---

a) *ζήτησιν τὴν πρὸς τοὺς Δογματικούς*] lib. 1 sect. 21 dixerat *ἀντιρρητικὸν λόγον.*

b) *τὸ καθ' ὃ περιαιρουμένου*] scilicet *λόγου θεώρημα*, genus argumenti P 66
quod Stoici ita appellabant et cuius rationem a veteri aliquo scriptore traditam non memini, quamobrem coniecturis agere nolo, quibus argutias porticus attingere me posse diffidam. videndum tamen num per *minutatim detrahentem* argumentationem (ita enim *τὸ καθ' ὃ περιαιρουμένου* verti) *ruens acervus*, acervali cavillationi oppositus, intelligatur, cuius exemplum est apud Horatium lib. 2 Epist. 1 v. 45 sqq.

*utor permisso, caudaeque pilos ut equinae*
*paulatim vello, et demo unum, demo et item unum,*
*dum cadat elusus ratione ruentis acervi.*

de acervali cavillatione struento vide Simplicium in 8. Physicor. p. 271 edit. Aldinae et 276.

*δύο τροπικῶν θεώρημα* c), *οὐδὲ εἰπεῖν τι δύναται περὶ αὐτῶν· οὕτως ὁ μὴ γινώσκων ἕκαστον τῶν λεγομένων παρὰ τοῖς Δογμα-*

secundum quid, vel argumentum per duo connexa, ne dicere quidem de ipsis quicquam potest: ita qui non novit unumquodque eorum quae a Dogma-

---

c) *διὰ δύο τροπικῶν θεώρημα*] Stoici multa in dialecticis praecipue circa vocabula innovarunt, nam quae Peripateticis *πράγματα* sive *res*, haec Stoicis dicta sunt *τυγχάνοντα*.

*νοήματα*, *conceptiones*, *ἐκφορικά*.
*φωναί*, *voces*, *λεκτά*.
*ἡγούμενον*, *antecedens*, etiam Stoicis. ut: *si sol lucet.*
*ἑπόμενον*, *consequens*, *λῆγον*, ut: *dies est.*
*συνημμένον*, *connexum*, *τροπικόν* quasi *convertens.*

sive *conversivum* dicas, quoniam ab antecedente ad consequens nos convertimus. ut: *si sol lucet, dies est.*

*μετάληψις*, *assumptio*, *πρόσληψις*. ut: *atqui sol lucet.*
*συμπέρασμα*, *conclusio*, *ἐπιφορά* ut: *ergo dies est.*

Io. Philoponus in 1 priorum Analyticorum p. 60 *ἰστέον ὅτι πολυστίχους πραγματείας περὶ ὑποθετικῶν συλλογισμῶν κατεβάλλοντο οἵ τε μαθηταὶ τοῦ Ἀριστοτέλους οἱ περὶ Θεόφραστον καὶ Εὔδημον καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ οἱ Στωϊκοί. εἴπωμεν δὲ τίσιν ὀνόμασιν ἐχρήσαντο ἔν τε τοῖς μέρεσιν αὐτῶν καὶ ἐν τοῖς ὅλοις οἱ Περιπατητικοὶ καὶ οἱ Στωϊκοί, -- οἱ μὲν Περιπατητικοὶ τῇ κοινῇ συνηθείᾳ κεχρημένοι τὰ μὲν πράγματα αὐτὸ τοῦτο πράγματα ὠνόμασαν καὶ τὰ νοήματα ὡσαύτως, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς φωνάς, ἔτι τε τὸ ἡγούμενον ἐν τοῖς ὑποθετικοῖς συλλογισμοῖς αὐτὸ τοῦτο ἡγούμενον, καὶ τὸ ἑπόμενον ὡσαύτως, οἷον τὸ εἰ ἡμέρα ἐστι, τοῦτο ἡγούμενον. τὸ δὲ ἥλιος ὑπὲρ γῆν, τοῦτο ἑπόμενον. ἕπεται γὰρ τῷ πρώτῳ τὸ δεύτερον. τὸ δὲ ὅλον τοῦτο τὸ εἰ ἡμέρα ἐστί, ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἐστι τοῦτο συνημμένον, διὰ τὸ συνῆφθαι ταῦτα ἀλλήλοις. τὸ δὲ ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστί, τοῦτο οἱ Περιπατητικοὶ μετάληψιν καλοῦσι, διὰ τὸ μεταλαμβάνεσθαι ἐκ δευτέρου· ἤδη γὰρ ἐλήφθη ἐν τῷ ἡγουμένῳ. τὸ δὲ ἥλιος ἄρα ὑπὲρ γῆν, τοῦτο συμπέρασμα. οὕτω μὲν οὖν οἱ Περιπατητικοί. οἱ δὲ Στωϊκοὶ καινοτέραν βαδίζοντες τὰ μὲν πράγματα τυγχάνοντα ὠνόμασαν, διότι τῶν πραγμάτων τυχεῖν βουλόμεθα. τὰ δὲ νοήματα ἐκφορικά, διότι ἅπερ ἐν ἑαυτοῖς νοοῦμεν, ταῦτα εἰς τὰ ἔξω προφέρομεν. τὰς δὲ φωνὰς λεκτά. τὸ δὲ ἡγούμενον καὶ αὐτοὶ ἡγούμενον ἐκάλεσαν· κατὰ τοῦτο γὰρ μόνον συμφωνοῦσι τοῖς Περιπατητικοῖς. τὸ δὲ ἑπόμενον, λῆγον. τὸ δὲ συνημμένον τροπικόν, διόπερ τρεπόμεθα ἐκ τοῦ ἡγουμένου εἰς τὸ ἑπόμενον· εἰ ἡμέρα ἐστίν, ὁ ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἐστι. τὴν δὲ μετάληψιν πρόσληψιν. καὶ ἔμεινε τοῦτο ἐν τῇ συνηθείᾳ. τὸ δὲ συμπέρασμα ἐπιφοράν, διότι τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἐπιφέρεται.* Gregorius Anepomymus scriptor Christianus in compendioso philosophiae syntagmate, quod libellis 7 distinctum edidit ex codice Augustano Ioannes Voegelinus, libro 5 p. 101 *πέντε δὲ ὄντων τῶν ἐν τοῖς ὑποθετικοῖς θεωρουμένων, ἡγουμένου, οἷον, εἰ ἄνθρωπός ἐστι· ἑπομένου, τοῦ καὶ λήγοντος κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς καλουμένου, οἷον, καὶ ζῷον ἐστί· συνημμένου τοῦ καὶ τροπικοῦ καλουμένου κατὰ τοὺς Στωϊκούς, τοῦ ἀμφότερον, τό τε ἡγούμενον καὶ ἑπόμενον συνάγοντος, οἷον· εἰ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ ζῷον ἐστί. μεταλήψεως τῆς καὶ προσλήψεως καλουμένης, καὶ συμπεράσματος ὃ καὶ ἐπιφορὰ λέγεται.* cum ex his constet *τροπικόν* Stoicis dictam esse propositionem connexam in syllogismo hypothetico, consentaneum est *διὰ δύο τροπικῶν θεώρημα* esse argumentum quo bina connexa sibi opponuntur: talia nempe quae vel ex duobus contrariis antecedentibus idem colligunt consequens hoc modo: si est A, est B et si non est A est B, atqui aut est A aut non est A, ergo est B. vel quae ex eodem antecedente duo contraria colligunt consequentia atque inde antecedens ipsum evertunt. hoc minime constaret nobis hodie, nisi eius exemplum servasset Origenes 7 contra Celsum p. 341, cuius locum ut a viro summo Henrico Valesio in Epistola ad Claudium Sarravium et a

τικοῖς οὐ δύναται ζητεῖν πρὸς αὐτοὺς περὶ ὧν οὐκ οἶδεν. οὐ- P 67
δαμῶς ἄρα δύναται ζητεῖν ὁ Σκεπτικὸς περὶ τῶν λεγομένων παρὰ
τοῖς Δογματικοῖς. οἱ δὴ ταῦτα λέγοντες ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν 4
πῶς λέγουσι νῦν τὸ καταλαμβάνειν d), πότερον τὸ νοεῖν ἁπλῶς, ἄνευ τοῦ καὶ ὑπὲρ τῆς ὑπάρξεως ἐκείνων περὶ ὧν ποιούμεθα τοὺς λόγους διαβεβαιοῦσθαι, ἢ μετὰ τοῦ νοεῖν καὶ τὴν ὕπαρξιν ἐκείνων τιθέναι περὶ ὧν διαλεγόμεθα. εἰ μὲν γὰρ καταλαμβάνειν εἶναι λέγουσιν ἐν τῷ λόγῳ τὸ καταληπτικῇ φαντασίᾳ συγκατατίθεσθαι, τῆς καταληπτικῆς φαντασίας οὔσης ἀπὸ ὑπάρχοντος κατ' αὐτὸ τὸ ὑπάρχον ἐναπομεμαγμένης καὶ ἐναπεσφραγισμένης e), οἵα οὐκ ἂν γένοιτο ἀπὸ μὴ ὑπάρχοντος· οὐδὲ αὐ-

ticis dicuntur, inquirere adversus eos non potest de iis quae non noverit. nequaquam ergo potest Scepticus inquirere de iis quae apud Dogmaticos dicuntur. 4. qui haec aiunt respondeant nobis quomodo nunc sumant vocem hanc "comprehendere", utrum ut sit intelligere simpliciter, nihil de existentia eorum de quibus disserimus, affirmando, an intelligere et simul eorum existentiam de quibus disputamus, ponere. si enim comprehendere vocant in sermone comprehensivae phantasiae assentiri, ita ut phantasia comprehensiva sit a re existente quatenus existit impressa et obsignata, qualis quidem esse

---

Gallico Origenis praeclaro interprete Elia Boberello emendatus est, adscribam: ὅταν δὲ δύο συνημμένα λήγῃ εἰς τὰς ἀλλήλοις ἀντικείμενα, τῷ καλουμένῳ διὰ δύο τροπικῶν θεωρήματι ἀναιρεῖται τὸ ἐν ἀμφοτέροις τοῖς συνημμένοις τὸ ἡγούμενον. - - καὶ ὑπάγεταί γε ὁ λόγος τρόπῳ τοιούτῳ· εἰ τὸ A, καὶ τὸ B. εἰ τὸ A, οὐ καὶ τὸ B. οὐκ ἄρα τὸ A. *quoties duo connexa* (ex eodem antecedente) *in duo contraria consequentia desinunt, argumento quod per duo connexa appellatur, antecedens utriusque connexi evertitur: - - collectioque fit hunc in modum:* si est A, est B. si est A, non est B.; non igitur est A. φέρουσι δὲ καὶ ἐπὶ ὕλης τὸν τρόπον τοῦτον οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, λέγοντες τὸ εἰ ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας, τέθνηκας. εἰ ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας, οὐ τέθνηκας. καὶ ἀκολουθεῖ τὸ οὐκ ἄρα ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας. *super hac materia exemplum huiuscemodi affertur a Stoicis:* si scis te mortuum esse, mortuus es. si scis te mortuum esse, non es mortuus. non igitur scis te mortuum esse. καὶ πάλιν, εἰ ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας, καὶ ἔστιν ὃ ἐπίστασαι, τέθνηκας· εἰ δὲ ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας, οὐ τέθνηκας, ἐπεὶ οὐδὲν ὁ τεθνηκὼς ἐπίσταται· δηλονότι εἰ ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας, οὐ τέθνηκας, καὶ ἀκολουθεῖ, ὡς προεῖπον, ἀμφοτέροις συνημμένοις τὸ οὐκ ἄρα ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας. *porro enim, si scis te mortuum esse, quia quod scis, verum esse debet, mortuus es. atqui si scis te mortuum esse, quia mortuus nihil scit, non es mortuus. manifestum itaque, quodsi scis te mortuum, non es mortuus, sequiturque ex utroque ut dixi connexo, non igitur scis te mortuum esse.* simile argumentum infra sect. 131 et 186 et 2 contra Logicos sect. 281 et 466 et 1 contra Physicos sect. 205, 206 etiam 199. verisimile est Stoicos etiam habuisse argumenti genus quod διὰ τριῶν τροπικῶν appellarunt, non modo quia in Galeni loco lib. 2 de dogmatibus Hippocratis et Platonis t. 1 edit. Graecae Basil. p. 254 vers. ult. videtur legendum νυνὶ δὲ πῶς μὲν οἱ διὰ δύο τροπικῶν ἢ τριῶν ἀναλύονται συλλογισμοί, licet Valesius vocabulum τριῶν iubet delere, sed etiam Laërtius 7 191 inter Chrysippi scripta, quod et Guil. Spencero ad Origenem observatum, memorat librum περὶ τοῦ διὰ τριῶν. aliud fuit τὸ παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς τρίτον θέμα, de quo videndus Simplicius in 1 de Caelo p. 55. τροπικῶν vocabulum bis recurrit infra sect. 202 et lib. 2 adversus Log. sect. 439, 440, 443; falliturque vir doctissimus Stephanus le Moyne qui in notis ad varia sacra p. 498 in loco Origenis τρόπων pro τροπικῶν legere maluit.

*d*) *καταλαμβάνειν*] de hac definitione *καταλήψεως* infra lib. 3 cap. 25. P 67

*e*) *ἐναπομεμαγμένης καὶ ἐναπεσφραγισμένης*] solennia haec Stoicorum

τοὶ βουλήσονται τάχα μὴ δύνασθαι ζητεῖν περὶ ἐκείνων ἃ μὴ
5 κατειλήφασιν οὗτοι. οἷον γοῦν ὅταν ὁ Στωϊκὸς πρὸς τὸν Ἐπικούρειον ζητῇ*) λέγοντα ὅτι διήρηται ἡ οὐσία[f]), ἢ ὡς ὁ θεὸς οὐ προνοεῖ τῶν ἐν κόσμῳ, ἢ ὅτι ἡ ἡδονὴ ἀγαθόν, πότερον κατείληφεν ἢ οὐ κατείληφεν; καὶ εἰ μὲν κατείληφεν, ὑπάρχειν αὐτὰ λέγων[g]) ἄρδην ἀναιρεῖ τὴν Στοάν· εἰ δ᾽ οὐ κατείληφεν,
6 οὐ δύναταί τι πρὸς αὐτὰ λέγειν. τὰ δὲ παραπλήσια καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων αἱρέσεων ἀναγομένους λεκτέον, ὅταν τι ζητεῖν περὶ τῶν δοκούντων τοῖς ἑτεροδόξοις αὐτῶν ἐθέλωσιν. ὥστε οὐ δύνανται περί τινος ζητεῖν πρὸς ἀλλήλους. μᾶλλον δέ, εἰ χρὴ μὴ ληρεῖν, συγχυθήσεται μὲν αὐτῶν ἅπασα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡ δογματική· συντόνως δὲ προσαχθήσεται ἡ σκεπτικὴ φιλοσοφία, διδομένου τοῦ μὴ δύνασθαι ζητεῖν περὶ τοῦ μὴ
7 οὕτως κατειλημμένου. ὁ γὰρ περί τινος ἀδήλου πράγματος

non possit a non existente, ne ipsi quidem concedent fortasse non posse se de iis quaerere quae non percipiunt. 5. exempli gratia, quum Stoicus adversus Epicureum quaestionem movet dicentem seiunctae esse substantiae deum, aut non providere iis quae sunt in mundo, aut voluptatem esse bonum, utrum comprehendit an non? et si quidem comprehendit existere ipsa dicens, funditus evertit Stoicam disciplinam, si non comprehendit, non potest quicquam adversus ea afferre. 6. his similia etiam caeteris, qui a reliquis sectis prodeunt, respondere oportet, quum quaestionem aliquam movere de iis quae aliter censent ipsorum adversarii, voluerint. itaque de nulla re alii adversus alios inquirere possunt. imo etiam, si serio loquendum est, evertetur eorum tota, ut uno verbo dicam, dogmatica disciplina, firme autem stabilietur Sceptica philosophia si hoc concedatur, non posse quaerere quemquam de eo quod non ita comprehensum ab illo fuerit. 7. nam qui de re

---

verba de impressis animo rerum imaginibus, ut dicetur ad lib. 1 adversus Logicos. Sceptici autem non negant a phantasia percipi res quales sese ipsis offerunt, atque adeo etiam sententias Dogmaticorum, at assentiri se illis vel tales revera esse quales videntur, dubitant. vide supra p. 49.

[*) legebatur ζητεῖ]

f) ὅτι διήρηται ἡ οὐσία] dei scilicet a mundo. deos enim in intermundiis versari, neque mundorum hominumve interesse negotiis docebat Epicurus, adeoque deum a mundo divellebat, quem e contrario intime cum eo coniunctum et mundi animum statuebat Stoicorum schola. vide Gassendum Lipsiumque et Iacobi Thomasii insignes de Stoica mundi exustione diatribas.

g) εἰ μὲν κατείληφεν, ὑπάρχειν αὐτὰ λέγων] nam ut iam observavit Sextus, secundum Stoicos comprehendere est rerum imaginibus animo impressis ita affici, ut illis assentiaris. quia vero, quod non existit imagines animo imprimere non potest, hinc concludit illa etiam existere, hoc est vera esse oportere quae Stoicorum dogmatis contraria opponuntur, quandoquidem illa se comprehendere Stoicorum schola affirmet. levis quidem haec est ac prope nugatoria cavillatio: respondebunt enim Stoici vere quidem existere illa Epicureorum contraria dogmata animisque suis imagines ab illis impressas, atque hactenus illa comprehendere se et assentiri comprehensis, quod existant, hoc est quod ab Epicureis ita doceantur, et quod haec quae a se comprehenditur, est illorum sententia suis dogmatis contraria. quis vero sanus inde colligat existere res ipsas de quibus Epicureorum schola a Stoicis diversa abit? sed ipse statim agnoscit leve ac nugatorium hoc esse. itaque subiungit: μᾶλλον δέ, εἰ χρὴ μὴ ληρεῖν.

ἀποφαινόμενός τε καὶ δογματίζων ἤτοι κατειληφὼς αὐτὸ ἀπο-
φαίνεσθαι περὶ αὐτοῦ λέξει ἢ μὴ κατειληφώς. ἀλλ' εἰ μὲν μὴ
κατειληφώς, ἄπιστον ἔσται· εἰ δὲ κατειληφώς, ἤτοι αὐτόθεν καὶ
ἐξ ἑαυτοῦ καὶ κατ' ἐνάργειαν [h]) ὑποπεσὸν αὐτῷ τοῦτο λέξει κατει-
λῆφέναι ἢ διά τινος ἐρεύνης καὶ ζητήσεως. ἀλλ' εἰ μὲν ἐξ 8
ἑαυτοῦ περιπτωτικῶς κατ' ἐνάργειαν λέγοιτο ὑποπεσεῖν αὐτῷ P 68
καὶ κατειλῆφθαι τὸ ἄδηλον, οὕτως ἂν οὐδὲ ἄδηλον εἴη, ἀλλὰ
πᾶσιν ἐπ' ἴσης φαινόμενον καὶ ὁμολογούμενον καὶ μὴ διαπεφω-
νημένον [i]). περὶ ἑκάστου δὲ τῶν ἀδήλων ἀνήνυτος γέγονε παρ'
αὐτοῖς διαφωνία. οὐκ ἄρα ἐξ ἑαυτοῦ καὶ κατ' ἐνάργειαν ὑπο-
πεσὸν αὐτῷ κατειληφὼς ἂν εἴη τὸ ἄδηλον ὁ περὶ τῆς ὑπάρ-
ξεως αὐτοῦ διαβεβαιούμενός τε καὶ ἀποφαινόμενος Δογματικός.
εἰ δὲ διά τινος ἐρεύνης, πῶς οἷός τε ἦν ζητεῖν πρὸ τοῦ κατα- 9
λαβεῖν ἀκριβῶς αὐτὸ κατὰ τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν; τῆς μὲν
γὰρ ζητήσεως χρῄζούσης τοῦ πρότερον ἀκριβῶς κατειλῆφθαι τὸ
μέλλον ζητεῖσθαι, καὶ οὕτως ζητεῖσθαι, τῆς δὲ καταλήψεως
τοῦ ζητουμένου πράγματος δεομένης πάλιν αὐτῆς τοῦ προεζη-
τῆσθαι, πάντως αὐτὸ κατὰ τὸν διάλληλον τρόπον [k]) τῆς ἀπο-
ρίας ἀδύνατον αὐτοῖς γίγνεται. καὶ τὸ ζητεῖν περὶ τῶν ἀδήλων
καὶ τὸ δογματίζειν, ἤν τε ἀπὸ τῆς καταλήψεως ἄρχεσθαι βού-
λωνταί τινες, μεταγόντων ἡμῶν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ δεῖν αὐτὸ προε-

aliqua obscura pronuntiat et dogma ponit, aut re comprehensa, aut non comprehensa, de ea pronuntiare se dicet. verum si antequam eam comprehenderit, fides ei non adhibebitur; sin postquam comprehenderit, aut indidem et ex se ipsa et evidenter sibi obversatam dicet se comprehendisse, aut per aliquam investigationem et inquisitionem. 8. sed enim si ex se ipsa occurrisse dicat illam obscuram rem sibi evidenterque obversatam et comprehensam fuisse, eo modo non fuerit obscura, sed omnibus ex aequo apparens et pro confessa habita minimeque controversa. atqui de unoquoque obscuro inextricabilis fuit inter eos discrepantia. ergo ille Dogmaticus qui de obscurae rei existentia affirmat et pronuntiat, nequaquam evidenter eam sibi obversantem habuerit eamque ita comprehenderit. 9. quodsi per aliquam investigationem *eam se comprehendisse dicat*, quomodo quaerere poterat antequam exacte rem, ut iam supponimus, comprehendisset? nam quum ad inquisitionem necesse sit ut prius exacte sit comprehensum id de quo inquiretur, at vicissim ipsa comprehensio rei de qua inquiritur, indigeat praecedente inquisitione, omnino nisi in vitiosum modum probandi unum mutuo per alterum incidere velint, non poterunt et inquirere de obscuris et dogmatice pronuntiare, quum sive voluerint a comprehensione incipere, redigamus eos illuc, ut oporteat ipsos rem prius quaesivisse quam

---

h) *κατ' ἐνάργειαν*] in editis hoc loco et paullo inferius bis erat *κατ' ἐνέργειαν*, quod HStephanus verterat: *actu ipso*. sed nisi *ἐναργές* sive evidens sit quod percipitur sive actu id se offerat sive potestate, parum ad rem id fuerit. itaque *ἐνάργειαν* praetuli, qua voce noster saepius utitur lib. adversus Logicos, ubi simile argumentum tractat. P 68

i) *μὴ διαπεφωνημένον*] nota Sextum hic uti modo primo argumentandi ex illis quinque *τρόποις ἐποχῆς*, qui ducitur a dissidio sententiarum. vide supra lib. 1 c. 15.

k) *κατὰ τὸν διάλληλον τρόπον*] en ex iisdem quinque modis ultimum. saepe autem dictum est, *διάλληλον τρόπον* vocari vitiosum argumentum quod circuli in morem *αὐτὸ δι' αὐτοῦ δεικνύναι idem per idem probare* aggreditur. Simplicius in 6 Phys. p. 220 b.

ζητηκέναι πρὸ τοῦ κατειληφέναι, ἤν τε ἀπὸ τῆς ζητήσεως, ἐπὶ
τὸ δεῖν πρὸ τοῦ ζητεῖν κατειληφέναι τὸ μᾶλλον ζητεῖσθαι. ὥστε
διὰ ταῦτα μήτε καταλαμβάνειν αὐτοὺς δύνασθαί τι τῶν ἀδή-
λων μήτε ἀποφαίνεσθαι διαβεβαιωτικῶς ὑπὲρ αὐτῶν. ἐξ ὧν
ἀναιρεῖσθαι μὲν τὴν δογματικὴν εὑρεσιλογίαν αὐτόθεν, οἶμαι,
10 συμβήσεται, τὴν ἐφεκτικὴν δὲ εἰσάγεσθαι φιλοσοφίαν. εἰ δὲ
φήσουσι μὴ τοιαύτην λέγειν κατάληψιν ἡγεῖσθαι ζητήσεως
προσήκειν, νόησιν δὲ ἁπλῶς, οὐκ ἔστιν ἀδύνατον ἐν τοῖς ἐπέ-
χουσι περὶ τῆς ὑπάρξεως τῶν ἀδήλων ζητεῖν· νοήσεως γὰρ οὐκ
ἀπείργεται ὁ Σκεπτικός, οἶμαι, ἀπό τε τῶν παθηματικῶς ὑπο-
πιπτόντων κατ' *) ἐνάργειαν φαινομένων αὐτῷ λόγῳ γινομένης,
καὶ μὴ πάντως εἰσαγούσης τὴν ὕπαρξιν τῶν νοουμένων. οὐ γὰρ
μόνον τὰ ὑπάρχοντα νοοῦμεν l), ὥς φασιν, ἀλλ' ἤδη καὶ τὰ
ἀνύπαρκτα. ὅθεν καὶ ζητῶν καὶ νοῶν ἐν τῇ σκεπτικῇ διαθέσει
μένει ὁ ἐφεκτικός· ὅτι γὰρ τοῖς κατὰ φαντασίαν παθητικὴν ὑπο-
P 69 πίπτουσιν αὐτῷ καθ' ὃ φαίνεται αὐτῷ συγκατατίθεται, δεδή-
11 λωται. ὅρα δὲ μὴ καὶ νῦν οἱ Δογματικοὶ ζητήσεως ἀπείργονται·
οὐ γὰρ τοῖς ἀγνοεῖν τὰ πράγματα ὡς ἔχει πρὸς τὴν φύσιν ὁμο-
λογοῦσι τὸ ζητεῖν ἔτι περὶ αὐτῶν ἀνακόλουθον, τοῖς δ' ἐπ'
ἀκριβὲς οἰομένοις ταῦτα γινώσκειν. οἷς μὲν γὰρ ἐπὶ πέρας ἤδη
πάρεστιν ἡ ζήτησις ὡς ὑπειλήφασιν, οἷς δὲ τὸ δι' ὃ πᾶσα συν-
ίσταται ζήτησις ἀκμὴν ὑπάρχει, τὸ νομίζειν ὡς οὐχ εὑρήκασιν.
12 οὐκοῦν ζητητέον ἡμῖν ἐστιν περὶ ἑκάστου μέρους τῆς καλουμέ-

comprehendisse, sive ab inquisitione initium facere maluerint, eos illuc redigamus, ut oporteat ante inquisitionem comprehendisse id de quo futura sit inquisitio: adeo ut hinc accidat ut neque quicquam obscurorum comprehendere illi possint neque affirmative de ipsis pronuntiare. unde tolletur Dogmaticorum subtilis loquacitas, ac per se puto continget ut ephectica atque assensionem suspendens philosophia inducatur. **10.** iam si dixerint se non existimare necesse esse ut talis comprehensio sed modo ut simplex conceptio rei et intelligentia inquisitionem praecedat, poterit etiam inter eos qui de existentia obscurorum retinent assensum, de illa inquiri. non enim ab intelligendi facultate excluditur Scepticus, ea inquam quae per rationem ipsam nascitur ex iis quae passibiliter ipsi obversantur, actu ipso apparentia, neque necessario eorum quae intellectu percipit, existentiam inducit. non enim existentia solum intellectu percipimus, ut aiunt, sed etiam non existentia. unde Ephecticus sive quaerat sive intellectu percipiat, in sceptico permanet instituto. iam enim declaravimus ipsum iis quae per passivam phantasiam ipsi obversantur, secundum id quod sibi apparet, assentiri. **11.** sed iam vide ne nunc Dogmatici ab inquisitione etiam excludantur. non enim ut ii qui fatentur se ignorare quomodo res se secundum naturam habeant, quaerere de illis pergant, inconsentaneum est, sed ii qui se exacte illas pernoscere existimant. nam his quidem iam ad finem perducta est inquisitio, ut ipsi existimant, at illi id propter quod tota inquisitio instituitur, adhuc retinent, nempe existimare se nondum invenisse. **12.** inquirendum est itaque nobis

---

[*) καὶ κατ' ἐνάργειαν?]

l) οὐ γὰρ μόνον τὰ ὑπάρχοντα νοοῦμεν] res quae non existunt animo nobis nihilominus concipere haud dubie possumus, etiam ita ut, quod facimus quotidie, existere ea credamus et aliis de illorum existentia persuasis assentiamur. ea vero quae imagines illarum animo nostro impressere, non sunt *ἀνύπαρκτα*, sed necesse est existere.

*της φιλοσοφίας συντόμως ἐπὶ τοῦ παρόντος. καὶ ἐπεὶ πολλὴ γέγονε παρὰ τοῖς Δογματικοῖς διαφωνία περὶ τῶν μερῶν τῆς φιλοσοφίας* [m]*), τῶν μὲν ἕν, τῶν δὲ δύο, τῶν δὲ τρία εἶναι λεγόντων, — περὶ ἧς οὐκ ἂν εἴη προσῆκον πλείονα νῦν διεξιέναι — τὴν δόξαν τῶν δοκούντων τελειότερον ἀνεστράφθαι, κατὰ τὸ ἴσον ἐκθέμενοι, κατ' αὐτὴν προσάξομεν τὸν λόγον.*

## *ΚΕΦ. β'.*

### *Πόθεν ἀρκτέον τῆς πρὸς τοὺς Δογματικοὺς ζητήσεως.*

*Οἱ Στωϊκοὶ τοίνυν καὶ ἄλλοι τινὲς* [n]*) τρία μέρη τῆς φιλο-* 13
*σοφίας εἶναι λέγουσι, λογικόν, φυσικόν, ἠθικόν, καὶ ἄρχονταί γε τῆς διδασκαλίας ἀπὸ τοῦ λογικοῦ* [o]*), καίτοι πολλῆς καὶ περὶ τοῦ πόθεν ἄρχεσθαι δεῖ* [p]*) στάσεως γεγενημένης. οἷς ἀκολου-*

**breviter in praesentia de unaquaque philosophiae, quae vocatur, parte. et quoniam magna fuit inter Dogmaticos de philosophiae partibus controversia, quum alii unam, alii duas, alii tres esse dicerent (quam quidem latius persequi non attinet), eorum opinionem qui perfectius in ea versati esse videntur, ubi ex aequo exposuerimus, secundum eam disputationem nostram provehamus.**

## CAP. II.

### Unde incipere debeat inquisitio adversus Dogmaticos.

**13. Stoici igitur et alii nonnulli tres esse philosophiae partes dicunt, rationalem, naturalem, moralem, et doctrinam suam a rationali ordiuntur, quamvis et unde exordiendum esset, magnis dissensionibus agitatum inter eos fuerit, quos sequuti ita tamen ut nulli opinioni assentiamur, quoniam ea quae in**

---

m) *περὶ τῶν μερῶν τῆς φιλοσοφίας*] haec prolixius exponuntur libro P 69
primo adversus Logicos sub initium, ubi viros sapientes enumerat, qui unam, qui duas, qui tres partes philosophiae statuerunt.

n) *οἱ Στωϊκοὶ καὶ ἄλλοι τινὲς*] de Stoicis videndus Plutarchus in limine librorum de placitis, et Seneca Epistola 89. caeterum Socrati primum hoc placuisse ut *τριμερὴς* esset *φιλοσοφία*, narrat Galenus sive quisquis scriptor libri *περὶ φιλοσόφου ἱστορίας* sub init. Platoni eandem divisionem tribuunt Atticus atque Aristocles apud Eusebium lib. 11 Praeparat. c. 2 et 3, Alcinous c. 3, Appuleius de dogmate Platonis et Augustinus 8 4 de civitate dei. similiter Epicurum philosophiam tripartitam fecisse demonstrat Gassendus libro de philosophia Cargettii illius Philosophi p. 114. etiam Hebraeis antiquis probatam huiusmodi distinctionem praeter Eusebium monet Olympiodorus praef. in Ecclesiastem, ubi notat Salomonem regem a deo edoctum, tripliciter *τὰ ὄντα* divisisse, tractasseque *τὰ φυσικά* in Ecclesiaste, in Proverbiis *τὰ ἠθικά* et *τὰ νοητά* in Cantico Canticorum.

o) *ἄρχονταί γε ἀπὸ τοῦ λογικοῦ*] Plutarchus de Stoicorum repugnantiis p. 1035 *ὁ Χρύσιππος οἴεται δεῖν τῶν λογικῶν πρῶτον ἀκροᾶσθαι τοὺς νέους, δεύτερον δὲ τῶν ἠθικῶν, μετὰ δὲ ταῦτα τῶν φυσικῶν.* Chrysippus in quarto *περὶ βίων* apud eundem Plutarchum: *πρῶτον μὲν οὖν δοκεῖ μοι κατὰ τὰ ὀρθῶς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων εἰρημένα, τρία γένη τῶν τοῦ φιλοσόφου θεωρημάτων εἶναι, τὰ μὲν λογικά, τὰ δὲ ἠθικά, τὰ δὲ φυσικά. εἶτα τούτων δεῖ προτάττεσθαι, πρῶτα μὲν τὰ λογικά, δεύτερα δὲ τὰ ἠθικά, τρίτα δὲ τὰ φυσικά· τῶν δὲ φυσικῶν ἔσχατος εἶναι ὁ περὶ τῶν θεῶν λόγος. διὸ καὶ τελετὰς ἠγόρευσαν τὰς τούτων παραδόσεις.*

p) *πολλῆς καὶ περὶ τοῦ πόθεν ἄρχεσθαι δεῖ*] alii enim a physica ut ab antiquissimo genere philosophiae, alii ab ethica ut maxime necessaria parte inchoandum esse duxerunt. vide lib. 1 adversus Logicos.

θήσαντες ἀδοξάστως q), ἐπεὶ τὰ ἐν τοῖς τρισὶ μέρεσι λεγόμενα κρίσεως χρήζει καὶ κριτηρίου, ὁ δὲ περὶ κριτηρίου λόγος ἐμπεριέχεσθαι δοκεῖ τῷ λογικῷ μέρει, ἀρξώμεθα ἀπὸ τοῦ περὶ τοῦ κριτηρίου r) λόγου καὶ τοῦ λογικοῦ μέρους.

P 70 ΚΕΦ. γ'.

## Περὶ κριτηρίου.

14 Ἐκεῖνο προειπόντες ὅτι κριτήριον μὲν λέγεται s) τό τε ᾧ κρίνεσθαί φασιν ὕπαρξιν καὶ ἀνυπαρξίαν, καὶ τὸ ᾧ προσέχοντες βιοῦμεν, πρόκειται δὲ ἡμῖν νῦν περὶ τοῦ κριτηρίου τῆς ἀληθείας εἶναι λεγομένου διαλαβεῖν· περὶ γὰρ τοῦ κατὰ τὸ ἕτερον σημαι-
15 νόμενον ἐν τῷ περὶ τῆς σκέψεως λόγῳ t) διεξήλθομεν. τὸ κριτήριον τοίνυν, περὶ οὗ ὁ λόγος ἐστίν, λέγεται τριχῶς, κοινῶς, ἰδίως, ἰδιαίτατα. κοινῶς μὲν πᾶν μέτρον καταλήψεως, καθ' σημαινόμενον καὶ τὰ φυσικὰ οὕτω προσαγορεύεται κριτήρια, ὡς ὅρασις· ἰδίως δὲ πᾶν μέτρον καταλήψεως τεχνικόν, ὡς κανὼν καὶ διαβήτης· ἰδιαίτατα δὲ πᾶν μέτρον καταλήψεως τεχνικὸν ἀδήλου πράγματος, καθ' ὃ τὰ μὲν βιωτικὰ u) οὐ λέγεται κριτήρια, μόνα δὲ τὰ λογικὰ καὶ ἅπερ οἱ Δογματικοὶ φέρουσι πρὸς

tribus illis partibus dicuntur, indigent diiudicatione et criterio sive diiudicatorio instrumento, disputatio autem de criterio videtur rationali philosophiae parte contineri, a disputatione de criterio et de rationali parte exordium sumamus.

CAP. III.

## De criterio, veri falsique regula.

14. Sed illud ante omnia dicendum est, criterium dici vel illud quo diiudicari aiunt existat aliquid necne, vel illud cui in vita acquiescimus, propositum est autem nobis in praesentia de eo quod veri falsique regula esse dicitur, disputare. nam de criterio quod in altera significatione capitur, eo in loco in quo de scepsi tractabamus, disseruimus. 15. criterium igitur de quo nunc agitur, tribus modis dicitur, communiter, peculiariter, peculiarissime. communiter, omnis mensura comprehensionis, secundum quam significationem etiam naturalia criteria appellantur, ut visus. peculiariter autem, omnis artificialis mensura comprehensionis, ut regula et radius circinusque. peculiarissime vero, omnis mensura artificialis ad comprehensionem rei alicuius obscurae. iuxta quam significationem ea quae circa res in vita communi versantur, non appellantur criteria, sed ea tantum quae ad logicam considerationem pertinent, et quae Dogmatici ad veritatis diiudicationem

---

q) ἀδοξάστως] frequentissimum nostro vocabulum, notans animum nulli opinioni firmiter assentientem, ut iam saepius a me notatum memini.

r) ἀπὸ τοῦ περὶ τοῦ κριτηρίου] illud περὶ in editis exciderat, quod ex ms Savil. revocavi.

P 70 s) κριτήριον μὲν λέγεται] de duplici hac regulae indicatoriae sive κριτηρίου notione dictum ad librum contra Logicos. regulam veri et falsi vocat Cicero in Lucullo c. 11 et alibi. Simplicius in Epictet. p. 316 κανόνα διακριτικὸν τοῦ τε ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ, καὶ τοῦ ἀληθοῦς καὶ τοῦ ψεύδους.

t) ἐν τῷ περὶ τῆς σκέψεως λόγῳ] supra lib. 1 capite 11.

u) τὰ μὲν βιωτικὰ] ms Vratislav. βιωτικόν, unde suspicari aliquis possit legendum βιωτικῶν. sed nihil volui mutare, quia βιωτικά ita dicitur ut mox λογικά, atque βιωτικά legitur etiam in libro adversus Logicos, ubi triplex haec κριτηρίου acceptio recurrit.

*τὴν τῆς ἀληθείας κρίσιν. φαμὲν οὖν προηγουμένως περὶ τοῦ λογικοῦ* 16
*κριτηρίου διεξιέναι. ἀλλὰ καὶ τὸ λογικὸν κριτήριον λέγοιτ᾽ ἂν*
*τριχῶς, τὸ ὑφ᾽ οὗ* x) *καὶ τὸ δι᾽ οὗ καὶ τὸ καθ᾽ ὅ, οἷον, ὑφ᾽*
*οὗ μὲν ἄνθρωπος, δι᾽ οὗ δὲ ἤτοι αἴσθησις ἢ διάνοια, καθ᾽ ὃ*
*δὲ ἡ προσβολὴ τῆς φαντασίας* y), *καθ᾽ ἣν ὁ ἄνθρωπος ἐπιβάλ-*
*λει κρίνειν διά τινος τῶν προειρημένων. ταῦτα μὲν οὖν ἁρμόζον* 17
*ἦν ἴσως προειπεῖν, ἵνα ἐννοήσωμεν περὶ οὗ ἡμῖν ἐστιν ὁ λόγος.*
*λοιπὸν δὲ ἐπὶ τὴν ἀντίρρησιν χωρῶμεν τὴν πρὸς τοὺς λέγοντας*
*προπετῶς κατειληφέναι τὸ κριτήριον τῆς ἀληθείας, ἀπὸ τῆς*
*ἀληθείας ἀρξάμενοι.*

## *ΚΕΦ. δ'.*

### *Εἰ ὑπάρχει τι κριτήριον ἀληθείας.*

*Τῶν διαλαβόντων τοίνυν περὶ κριτηρίου οἱ μὲν εἶναι τοῦτο* 18
*ἀπεφήναντο, ὡς οἱ Στωϊκοὶ καὶ ἄλλοι τινές* z), *οἱ δὲ μὴ εἶναι,*
*ὡς ἄλλοι τε καὶ ὁ Κορίνθιος Ξενιάδης* a) *καὶ Ξενοφάνης* b) *ὁ* P 71
*Κολοφώνιος λέγων,*

afferunt. 16. dicimus igitur propositam esse praecipue nobis de logica veri falsique regula disputationem. sed et ipsa trifariam dici possit, a quo, per quod, secundum quod. exempli gratia, a quo, homo; per quod, aut sensus aut intellectus; secundum quod autem, applicatio phantasiae, secundum quam homo aggreditur diiudicare per unum aliquod ex ante dictis. 17. haec praefari consentaneum esse videbatur, ut de quo instituta sit dubitatio perspiciamus. reliquum est ut ad refutationem veniamus eorum, qui se veritatis criterium comprehendisse temerarie dicunt; initium autem a veritate sumamus.

## CAP. IV.

### An sit aliquod veritatis criterium.

18. Ex iis itaque, qui de criterio disseruerunt, quidam pronuntiarunt dari aliquam veri falsique regulam, ut Stoici et alii nonnulli; quidam non dari, ut cum alii tum Xeniades Corinthius et Xenophanes Colophonius dicens,

---

x) *τὸ ὑφ᾽ οὗ*] male erat in editis *ἐφ᾽ οὗ*. porro Potamo apud Laërtium 1 21 duo tantummodo priora criteria veritatis admittebat, *ὑφ᾽ οὗ* et *δι᾽ οὗ*, tertio vel neglecto vel repudiato.

y) *ἡ προσβολὴ τῆς φαντασίας*] ita rectius ms Savil. pro eo quod erat in editis *προβολή*.

z) *Στωϊκοὶ καὶ ἄλλοι τινές*] ms V et S *ἄλλοι σοί τινες*, quae lectio non est contemnenda, cum pronomen *tibi* positum ita reperiatur etiam in aliis scriptoribus. dari autem aliquam veri falsique regulam, cum Stoicis affirmabat ingens turba caeterorum Dogmaticorum, atque adversus Scepticos singulari scripto adhuc inedito evincere conatus est Nicephorus Gregoras. vide etiam, si placet, Galenum *περὶ ἀρίστης διδασκαλίας* contra Favorinum.

a) *ὁ Κορίνθιος Ξενιάδης*] hic Xeniades philosophus Democrito anti- P 71
quior fuit adeoque diversus ab altero Xeniade itidem Corinthio divite et *ἀσώτῳ*, qui emit Diogenem Cynicum, ut pulchre notavit Menagius ad Laërtii 6 74. illud vero de Xeniade, quod *πάντα* dixit esse *ψευδῆ καὶ πᾶσαν φαντασίαν καὶ δόξαν ψεύδεσθαι*, saepius noster commemorat in libris adversus Logicos.

b) *Ξενοφάνης*] versus Xenophanis e quibus hoc hemistichium Sextus praesenti loco repetiit, plures in hanc sententiam leguntur lib. 1 adversus Logicos aliquot locis. et in Origenis Philosophumenis c. 14 atque apud Laërtium 9 72. falluntur autem qui pro *δοκός* in Xenophanis ver-

δοκὸς δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται.

19 ἡμεῖς δὲ ἐπίσχωμεν πότερον ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν. ταύτην οὖν τὴν διαφωνίαν [c]) ἤτοι ἐπικριτὴν εἶναι φήσουσιν ἢ ἀνεπίκριτον· καὶ εἰ μὲν ἀνεπίκριτον, αὐτόθεν εἶναι δώσουσι τὸ δεῖν ἐπέχειν· εἰ δὲ ἐπικρίνεται, τίνι κριθήσεται λεγέτωσαν, μήτε κριτήριον ὁμολογούμενον ἡμῶν ἐχόντων μήθ' ὅλως εἰ ἔστιν εἰδότων, ἀλλὰ
20 ζητούντων. καὶ ἄλλως ἵνα ἡ γενομένη περὶ τοῦ κριτηρίου διαφωνία ἐπικριθῇ, δεῖ κριτήριον ἡμᾶς ἔχειν ὡμολογημένον, δι' οὗ δυνησόμεθα κρίνειν αὐτήν. καὶ ἵνα κριτήριον ὡμολογούμενον ἔχωμεν, δεῖ πρότερον ἐπικριθῆναι τὴν περὶ τοῦ κριτηρίου διαφωνίαν. οὕτως δὲ εἰς τὸν διάλληλον ἐμπίπτοντος τρόπον [d]) τοῦ λόγου ἄπορος ἡ εὕρεσις τοῦ κριτηρίου γίνεται, μηδὲ ἐξ ὑποθέσεως [e]) ἡμῶν ἐώντων αὐτοὺς κριτήριον λαμβάνειν, ἐάν τε κριτηρίῳ τὸ κριτήριον κρίνειν ἐθέλωσιν [f]), εἰς ἀπειρίαν αὐτοὺς ἐκβαλλόντων. ἀλλὰ καὶ ἐπεὶ ἡ μὲν ἀπόδειξις δεῖται κριτηρίου ἀποδεδειγμένου, τὸ δὲ κριτήριον ἀποδείξεως κεκριμένης, εἰς τὸν

*adhaeret opinio cunctis.*

nos autem assensum cohibeamus de eo, utrum sit an non sit. 19. hanc igitur controversiam aut diiudicabilem esse dicent aut indiiudicabilem, et siquidem indiiudicabilem esse dicent, eo ipso concedent esse cohibendum assensum; sin autem eiusmodi est quae diiudicari possit, dicant quo diiudicabitur, quum nec criterium confessum habeamus nec plane an sit norimus, sed quaeramus. 20. praeterea ut diiudicetur ea quae de criterio est controversia, confessum nos criterium habere oportet, per quod ipsum diiudicare possimus; et ut criterium confessum habeamus, controversiam de criterio diiudicari prius oportet. quum autem sic in vitium argumenti quo alterum mutuo ex altero probamus incidat oratio, nullus inveniendi criterii modus relinquitur, quum neque ipsos ex hypothesi criterium accipere permittamus, atque si criterio criterium diiudicare voluerint, in infinitum ipsos reiiciamus. quin etiam quum demonstratio quidem criterio demonstrato indigeat, criterium autem demonstratione diiudicata, iterum in vitiosum argumentum quo alterum

---

bis scribunt δοκεῖ vel δοκοῖ, cum tot locis omnes codices legant constanter δοκός et hoc vocabulum etiam Callimachus pro δοκήσει posuerit teste Eustathio, τῷ γ' ἐμῷ δοκῷ. vide Paulum Leopardum libro 12 Emendationum, capite 24. S. Epiphanius in expositione fidei t. 1 p. 1087 Ξενοφάνης εἶναι τὰ πάντα ἔφη οὐδὲν ἀληθές, οὕτως τὸ ἀτρεκὲς ἡμῖν ἄδηλον, δόκησις δὲ ἐπὶ πᾶσι τέτυκται, μάλιστα τῶν ἀφανέων. [Caeterum legebatur falso tenore δόκος]

c) ταύτην οὖν τὴν διαφωνίαν] argumentum hoc occurrit etiam apud Laërtium 9 94. est autem primus ex quinque illis Scepticorum colligendi modis de quibus noster lib. 1 c. 15.

d) εἰς τὸν διάλληλον τρόπον] modus quintus argumenti ex illis quinque, de quibus eodem loco.

e) μηδὲ ἐξ ὑποθέσεως] ex hypothesi et sententia Xeniadis, Xenophanis et aliorum qui ut de Philone Academico ait Cicero in Lucullo c. 6 *iudicium incogniti et cogniti* penitus tollebant. cum enim hi reperiantur philosophi, qui criterium veritatis dari negant, non licebit Dogmaticis dicere controversiam hanc iam esse diiudicatam, neque affirmare quod eiusmodi criterium detur, nisi dixerit quo criterio deprehendi hoc ipsum certo possit, et controversia haec secundum Dogmaticos decidi ac definiri. est hic modus quartus ex illis quinque argumentis Scepticis de quibus cap. 15 lib. 1. [pro μηδὲ legebatur μήτε.]

f) ἐθέλωσιν] ita rectius mss pro ἐθέλουσιν, et paullo ante κριτηρίου λαμβάνειν pro κριτήριον. sed minus bene eadem κεκριμμένης pro κεκριμένης.

διάλληλον ἐκβάλλονται τρόπον. οἰόμενοι οὖν ἱκανὰ καὶ ταῦτα 21
εἶναι δεικνύναι τὴν τῶν Δογματικῶν προπέτειαν κατὰ τὸν περὶ τοῦ κριτηρίου λόγον, ἵνα καὶ ποικίλως αὐτοὺς ἐλέγχειν ἔχωμεν, οὐκ ἄτοπον προσκαρτερῆσαι τῷ τόπῳ· οὐ μὴν ἑκάστη τῶν περὶ κριτηρίου δοξῶν ἁμιλληθῆναι [g]) προαιρούμεθα ἰδικῶς, — ἀμύθητος γὰρ ἡ διαφωνία γέγονεν, καὶ οὕτως εἰς ἀμέθοδον καὶ ἡμᾶς λόγον ἐμπεσεῖν ἀναγκαῖον ἔσται — ἀλλ᾽ ἐπεὶ τὸ κριτήριον περὶ οὗ ζητοῦμεν τρισσὸν εἶναι δοκεῖ, τό τε ὑφ᾽ οὗ καὶ τὸ δι᾽ οὗ καὶ τὸ καθ᾽ ὅ, ἕκαστον τούτων ἐπελθόντες ἐν μέρει τὴν ἀκαταληψίαν αὐτοῦ παραστήσομεν [h]). οὕτω γὰρ ἐμμέθοδος ἅμα καὶ τέλειος ἡμῖν ὁ λόγος ἔσται. ἀρξώμεθα δὲ ἀπὸ τοῦ ὑφ᾽ οὗ· P 72
δοκεῖ γάρ πως συναπορεῖσθαι τούτῳ καὶ τὰ λοιπά.

## ΚΕΦ. ε΄.

### Περὶ τοῦ ὑφ᾽ οὗ.

Ὁ ἄνθρωπος τοίνυν δοκεῖ μοι, ὅσον ἐπὶ τοῖς λεγομένοις 22
ἀπὸ τῶν Δογματικῶν, οὐ μόνον ἀκατάληπτος [i]) ἀλλὰ καὶ ἀνεπινόητος εἶναι. ἀκούομεν γοῦν τοῦ παρὰ Πλάτωνι [k]) Σωκρά-

mutuo probare ex altero volunt, coniiciuntur. 21. quamquam autem vel haec existimamus sufficere ad ostendendam Dogmaticorum temeritatem in iis quae de criterio dicunt, ut variis etiam modis ipsos refellere possimus, non absurdum ducimus huic loco immorari. nec tamen unamquamque earum opinionum quae de criterio fuerunt, commemorare volumus sigillatim (inenarrabilis enim fuit ea super re dissensus et ita nos a recta disputationis via aberrare necesse esset), sed quia criterium de quo inquirimus triplex esse videtur, a quo, per quod, secundum quod, quum unumquodque horum sigillatim percurrerimus, nullo id comprehendi modo posse ostendamus. sic enim certa methodo progredietur et perfecta expletaque omnibus suis numeris et partibus erit oratio. incipiamus autem ab eo quod dicitur, a quo. videntur enim una cum hoc in dubium caetera etiam revocari.

## CAP. V.

### De criterio a quo, sive quisnam iudicare debeat.

22. Homo igitur mihi videtur, secundum ea quae a Dogmaticis dicuntur, non solum comprehendi non posse, sed nec intelligi; audimus enim apud Platonem Socratem aperte fatentem se nescire an sit homo an aliud

---

g) ἑκάστη ἁμιλληθῆναι] etiam hanc emendationem mstis codicibus debes. in editis erat ἑκάστης ἀμεληθῆναι.

h) παραστήσομεν] ita reposui ex mss pro παραστήσωμεν.

i) οὐ μόνον ἀκατάληπτος] non solum sensibus vel ratione haud posse P 72
comprehendi, quod revera homo exstet talis qualem esse volunt, sed nec intellectui quidem eius ἔννοιαν sive notionem patere. ita haec iterum distinguit infra sect. 29 εἰ μέντοι καὶ δοίημεν κατὰ συγχώρησιν, ὅτι ἐπινοεῖσθαι δύναται ὁ ἄνθρωπος, ἀκατάληπτος εὑρεθήσεται. similiter sect. 71 et lib. 1 adversus Logicos sect. 283. deinde κατάληψιν facit duplicem unam quae sensibus fit, alteram quae διανοίᾳ et ratione sect. 32 seq. καταλαμβάνειν vero a simplici νοεῖν distinguit supra hoc libro sect. 4 seq. et 10.

k) τοῦ παρὰ Πλάτωνι] Socrates apud Platonem in Theaeteto p. 174 B τῷ γὰρ ὄντι τὸν τοιοῦτον (φιλόσοφον) ὁ μὲν πλησίον καὶ ὁ γείτων λέληθεν, οὐ μόνον ὅ τι πράττει, ἀλλ᾽ ὀλίγου καὶ εἰ ἄνθρωπός ἐστιν ἤ τι ἄλλο θρέμμα. τί δέ ποτ᾽ ἐστὶν ἄνθρωπος καὶ τί τῇ τοιαύτῃ φύσει προσήκει διάφορον τῶν ἄλλων ποιεῖν ἢ πάσχειν, ζητεῖ τε καὶ πράγματ

τοὺς διαῤῥήδην ὁμολογοῦντος μὴ εἰδέναι πότερον ἄνθρωπός
ἐστιν ἢ ἕτερόν τι. παριστάναι τε βουλόμενοι τὴν ἔννοιαν αὐτοῦ
23 πρῶτον μὲν διαφωνοῦσιν, εἶτα καὶ ἀσύνετα λέγουσιν. ὁ μὲν
γὰρ Δημόκριτός[l]) φησιν, ὅτι ἄνθρωπός ἐστι ὃ πάντες ἴσμεν.
ὅσον δ᾽ ἐπὶ τούτῳ, οὐ γνωσόμεθα τὸν ἄνθρωπον, ἐπεὶ καὶ κύνα
ἴσμεν[m]), καὶ παρὰ τοῦτο ἔσται καὶ ὁ κύων ἄνθρωπος. τινὰς
δὲ*) ἀνθρώπους οὐκ ἴσμεν, δι᾽ ὃ οὐκ ἔσονται ἄνθρωποι, μᾶλλον
δὲ ὅσον ἐπὶ τῇ ἐννοίᾳ ταύτῃ οὐδεὶς ἔσται ἄνθρωπος· εἰ γὰρ
ἐκεῖνος μέν φησι δεῖν ὑπὸ πάντων γινώσκεσθαι τὸν ἄνθρωπον,
οὐδένα δὲ ἄνθρωπον ἴσασιν πάντες ἄνθρωποι, οὐδεὶς ἔσται κατ᾽
24 αὐτὸν ἄνθρωπος. καὶ ὅτι ταῦτα οὐ σοφιζόμενοι λέγομεν, ἐκ
τῆς πρὸς αὐτὸν ἀκολουθίας φαίνεται· μόνα γὰρ κατ᾽ ἀλήθειαν[n])
ὑπάρχειν φησὶν ὁ ἀνὴρ τὰ ἄτομα καὶ τὸ κενόν, ἅπερ φησὶν
οὐ μόνον τοῖς ζῴοις ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς συγκρίμασιν ὑπάρχειν.
ὥστε ὅσον μὲν ἐπὶ τούτοις οὐκ ἐπινοήσομεν[o]) τὴν τοῦ ἀνθρώ-
που ἰδιότητα, ἐπειδὴ κοινὰ πάντων ἐστίν· ἀλλ᾽ οὐδὲ ἄλλο τι
ὑπόκειται παρὰ ταῦτα· οὐκ ἄρα ἕξομεν δι᾽ οὗ τὸν ἄνθρωπον

quidpiam. et quum eius notionem ostendere volunt, primum quidem inter se dissident, deinde etiam stulta dicunt. 23. nam Democritus ait hominem esse quod omnes scimus; secundum quae verba non cognoscemus hominem, quia et canem scimus; et ideo sequeretur etiam canem esse hominem. sunt etiam aliqui homines quos non novimus, propterea non erunt homines, imo vero secundum hanc notionem nullus erit homo. si enim ille dicit oportere ab omnibus hominem cognosci, nullus autem est homo omnibus hominibus cognitus, nullus fuerit homo secundum illius sententiam. 24. atque haec a nobis non dici sophistice ex doctrina eius his consentanea manifestum est. nihil enim aliud vere esse dicit hic vir quam atomos et vacuum, quorum utrumque non animalibus solum sed omnibus concretis inesse ait. itaque ex his nequaquam perspicere hominis proprietatem possimus, quia sunt omnibus communia, sed neque aliud quicquam nobis se offert praeter haec. nihil ergo

---

*ἔχει διερευνώμενος.* idem in Phaedro p. 230 A *οὐ δύναμαί πω κατὰ τὸ Δελφικὸν γράμμα γνῶναι ἐμαυτόν. γελοῖον δέ μοι φαίνεται, τοῦτο ἔτι ἀγνοοῦντα τὰ ἀλλότρια σκοπεῖν - - σκοπῶ οὖν ἐμαυτόν, εἴτε τι θηρίον τυγχάνω Τυφῶνος πολυπλοκώτερον, καὶ μᾶλλον ἔτι τεθυμμένον, εἴτε ἡμερώτερόν τε καὶ ἁπλούστερον ζῷον θείας τινὸς καὶ ἀτύφου μοίρας φύσει μετέχον.* confer nostrum lib. 1 adversus Logicos sect. 264.

*l*) *Δημόκριτος*] idem de Democrito repetit noster laudato adversus Logicos loco, sect. 265 ubi dicta, si placet, vide.

*m*) *ἐπεὶ καὶ κύνα ἴσμεν*] putida vitilitigatio, neque enim verborum Democriti sensus est, quicquid novimus, esse hominem, sed hoc quod hominem esse homines ipsi scimus et sensu atque usu compertum habemus. similes cavillationes sunt quae statim sequuntur, ac si eum modo hominem Democritus affirmasset, quem de facie novimus, vel quem omnes norint homines. sed propemodum ipse agnoscit Sextus haec se modo obiecisse *σοφιζόμενον*, itaque aliud argumentum ex dogmate Democriti de atomis et vacuo subiungit. mox pro *διὸ* in ms est *δι᾽ ὅ*. deinde post verba *γινώσκεσθαι τὸν ἄνθρωπον* in editis sequebatur haec uncinis inclusa, *ἐπεὶ καὶ κύνα ἴσμεν, καὶ παρὰ τοῦτο ἔσται*, quae e superioribus temere repetita in mss recte absunt, ideoque et a me fuere praetermissa.

[*) legebatur *τε*]

*n*) *μόνα γὰρ κατ᾽ ἀλήθειαν*] vide quae ad lib. 1 contra Logicos.

*o*) *ἐπινοήσομεν*] ita ex mss reposui pro *ἐπινοήσωμεν* et mox *παρὰ ταῦτα* pro *περὶ ταῦτα*, quod in editis erat.

διακρῖναί τε ἀπὸ τῶν ἄλλων ζῴων καὶ εἰλικρινῶς νοῆσαι δυνη-
σόμεθα. ὁ δὲ Ἐπίκουρός φησιν ἄνθρωπον εἶναι τὸ τοιουτοῒ 25
μόρφωμα μετὰ ἐμψυχίας [p]). καὶ κατὰ τοῦτον δέ, ἐπεὶ ὁ ἄν-
θρωπος δείξει ἐμφανίζεται, ὁ μὴ δεικνύμενος οὐκ ἔστιν ἄνθρω- P 73
πος. καὶ εἰ μὲν γυναῖκα δείκνυσί τις, ὁ ἀνὴρ οὐκ ἔσται ἄνθρω-
πος· εἰ δὲ ἄνδρα ἡ γυνή, ἄνθρωπος οὐκ ἔσται. τὰ δὲ αὐτὰ
ἐπιχειρήσομεν καὶ ἀπὸ τῆς διαφορᾶς τῶν περιστάσεων ἃς ἴσμεν
ἐκ τοῦ τετάρτου τρόπου [q]) τῆς ἐποχῆς. ἄλλοι ἔφασκον [r]) ἄνθρω- 26
πον ζῷον εἶναι λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν.
ἐπεὶ οὖν δείκνυται ἐν τῷ τρόπῳ τῆς ἐποχῆς τῷ πρώτῳ [s]) ὅτι
οὐδέν ἐστιν ζῷον ἄλογον, ἀλλὰ καὶ νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικά
ἐστι πάντα ὅσον ἐπὶ τοῖς ὑπ' αὐτῶν λεγομένοις, οὐ γνωσόμεθα
τί ποτε λέγουσι. τά τε κείμενα ἐν τῷ ὅρῳ συμβεβηκότα [t]) ἤτοι 27
κατ' ἐνέργειαν λέγουσιν ἢ δυνάμει. εἰ μὲν οὖν κατ' ἐνέργειαν,
οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ὁ μὴ ἐπιστήμην ἤδη τελείαν ἀπειληφὼς καὶ
ἐν τῷ λόγῳ τέλειος ὢν καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀποθνήσκειν καθεστώς,
τοῦτο γὰρ τῇ ἐνεργείᾳ θνητόν ἐστιν· εἰ δὲ δυνάμει, οὐκ ἔσται
ἄνθρωπος οὔτε ὁ τὸν λόγον ἔχων τέλειον οὔτε ὁ νοῦν καὶ ἐπι-
στήμην ἀνειληφώς· καὶ τοῦτο δὲ τοῦ προτέρου ἐστὶν ἀτοπώ-

habebimus, per quod hominem distinguere ab aliis animalibus et pure intellectu percipere possimus. 25. Epicurus autem dicit hominem esse tali forma praeditum atque animatum. ergo secundum hunc quoque, quoniam homo ostendendo manifestatur, is qui non ostenditur, non est homo: et si quis vir mulierem ostendat, vir non erit homo; si autem virum ostendit mulier, mulier non erit homo idem inferemus et ex diversitate circumstantiarum quas ex quarto epoches modo didicimus. 26. alii dicebant hominem esse animal rationale mortale intelligentiae et scientiae capax. quoniam igitur in primo epoches modo ostenditur nullum esse animal irrationale, sed et intelligentiae et scientiae capacia esse omnia secundum ea quae ipsi dicunt, iam quid sibi velint nesciemus. 27. deinde accidentia quae in definitione posita sunt, aut actu dicunt esse aut potentia. si actu, is non est homo qui scientiam iam perfectam non est assequutus perfectamque rationem non habet et qui in ipsa morte non versatur, hoc enim est actu mortale. sin potentia dicunt esse, ergo is non erit homo nec qui rationem perfectam habet nec qui intelligentiam et scientiam adeptus est; quod priore etiam est absurdius.

---

p) *τοιουτοῒ μόρφωμα μετὰ ἐμψυχίας*] idem Epicuri refert noster lib. 1 contra Logicos, et Laertius 10 33, ex quo apparet Epicurum existimasse rem quam saepius sensibus cognitam habemus, facillime cognosci ex in- P 73
telligentiae illius insitae memoria atque anticipatione, nullamque orationem illustriorem reperiri posse hac evidentia, atque illam optimam esse rei descriptionem si monstrata illa nomen eius addas, hominesque v. g. obvio facto dicas *τοιοῦτόν ἐστιν ἄνθρωπος, tale quiddam homo est.* re ipsa hoc parum abit ab hominis definitione quam ex Democrito iam noster attulit, constatque Epicurum in aliis etiam multis vestigia illius philosophi legisse.

q) *ἐκ τοῦ τετάρτου τρόπου*] supra lib. 1 sect. 100 seq.

r) *ἄλλοι ἔφασκον*] est haec definitio hominis Stoicae probata scholae, licet occurrit etiam apud Peripateticos ut Ammonium in quinque voces Porphyrii p. 37 b.

s) *ἐν τῷ τρόπῳ τῆς ἐποχῆς*] supra lib. 1 sect. 62 seq.

t) *συμβεβηκότα*] alias adversus eandem hominis definitionem obiectiones, vide si placet libro 1 adversus Logicos.

τερον, καὶ ταύτῃ ἄρα ἀσύστατος πέφηνεν ἡ ἐπίνοια τοῦ ἀνθρώ-
28 που· ὁ γὰρ Πλάτων[u]) ὅταν ἀξιοῖ τὸν ἄνθρωπον εἶναι ζῷον ἄπτερον δίπουν πλατυώνυχον ἐπιστήμης πολιτικῆς δεκτικόν, οὐδὲ αὐτὸς ἀξιοῖ διαβεβαιωτικῶς τοῦτο ἐκτίθεσθαι. εἰ γὰρ καὶ ὁ ἄνθρωπος ἕν τί ἐστιν τῶν κατ' αὐτὸν γινομένων μέν, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄντων[x]), ἀδύνατον δὲ περὶ τῶν μηδέποτε ὄντων διαβεβαιωτικῶς ἀποφαίνεσθαι κατ' αὐτόν, οὐδὲ ὁ Πλάτων ἀξιώσει τὸν ὅρον ἐκτίθεσθαι δοκεῖν ὡς διαβεβαιούμενος, ἀλλ' ὥσπερ
29 εἴωθεν κατὰ τὸ πιθανὸν λέγων. εἰ μέντοι καὶ δοίημεν κατὰ συγχώρησιν ὅτι ἐπινοεῖσθαι δύναται[y]) ὁ ἄνθρωπος, ἀκατάληπτος εὑρεθήσεται· συνέστηκε μὲν γὰρ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· οὔτε δὲ τὸ σῶμα καταλαμβάνεται τάχα[z]) οὔτε ἡ ψυχή· οὐδὲ ὁ ἄν-
30 θρωπος ἄρα. καὶ ὅτι μὲν τὸ σῶμα οὐ καταλαμβάνεται δῆλον ἐντεῦθεν· τὰ συμβεβηκότα τινὶ ἕτερά ἐστιν ἐκείνου ᾧ συμβέβηκεν. ὅταν οὖν χρῶμα ἤ τι παραπλήσιον ἡμῖν ὑποπίπτῃ, τὰ
P 74 συμβεβηκότα τῷ σώματι εἰκὸς ἡμῖν ὑποπίπτειν, ἀλλ' οὐκ αὐτὸ τὸ σῶμα. τό γέ τοι σῶμα τριχῇ διάστατον[a]) εἶναι λέγουσιν· ὀφείλομεν οὖν τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ βάθος καταλαμβάνειν, ἵνα τὸ σῶμα καταλάβωμεν· εἰ γὰρ τοῦτο ἡμῖν ὑπέπιπτεν, ἐγινώσκομεν ἂν καὶ τὰ ὑπάργυρα χρυσία[b])· οὐδὲ τὸ σῶμα

quamobrem et hoc pacto nullam hominis notionem posse esse apparet. 28. nam Plato quum vult hominem esse animal carens pennis bipes latis unguibus scientiae politicae capax, ne ipse quidem vult hoc ponere asseveranter. nam si homo sit unum eorum quae secundum ipsum gignuntur quidem, vere autem nondum sunt, nullo modo autem potest de iis quae nondum sunt asseveranter aliquid pronuntiari, ut ipse ait; nimirum ne Plato quidem videri volet hanc definitionem tamquam asseverans tradidisse, sed ut solet, ad id quod verisimile est sermonem accommodasse. 29. verumtamen demus per concessionem posse hominem sub intellectum cadere, certe eum nequaquam posse comprehendi comperiemus, siquidem homo ex animo et corpore constat; at neque corpus comprehendi potest neque animus: ergo ne homo quidem. 30. ac corpus quidem non comprehendi hinc perspicuum est: quae accidunt alicui diversa sunt ab eo cui accidunt. quum itaque color aut aliquid huiusmodi nobis obversatur, ea modo quae corpori accidunt, non autem corpus ipsum nobis obversari, rationi consentaneum est. caeterum corpus tres habere dimensiones aiunt. debemus igitur longitudinem et latitudinem et profunditatem comprehendere, ut corpus comprehendamus. si vero haec sensibus nostris obversaretur, subargentatum etiam aurum cognosceremus. itaque ne

u) *ὁ γὰρ Πλάτων*] de hac Platonica hominis definitione ibidem et apud Laërtium 10 40. similis est apud Ammonium in quinque voces p. 34' *ἄνθρωπός ἐστι ζῷον ὀρθοπεριπατητικὸν πλατυώνυχον.*

x) *γιγνομένων μέν, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄντων*] est hoc Platonis dogma in Theaeteto p. 152 D *ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτ' οὐδέν, ἀεὶ δὲ γίγνεται.*

y) *ὅτι ἐπινοεῖσθαι δύναται*] de distinctione inter *ἀνεπινόητον* et *ἀκατάληπτον* iam dictum sect. 22.

z) *τάχα*] nota vocabulum Scepticum, quo utitur, ne quis existimet eum praefracte ac *δογματικῶς* negare, quod comprehendi nec corpus nec anima possit.

P 74 a) *σῶμα τριχῇ διάστατον*] infra lib. 3. sect. 39 et contra Geometras sect. 55.

b) *τὰ ὑπάργυρα χρυσία*] vel *περίχρυσα τῶν χαλκῶν* quorum meminit p. 192 adversus Logicos.

ἄρα. ἵνα δὲ καὶ τὴν περὶ τοῦ σώματος ἀμφισβήτησιν παρορῶ- 31
μεν, πάλιν ὁ ἄνθρωπος εὑρίσκεται ἀκατάληπτος διὰ τὸ ἀκα-
τάληπτον εἶναι τὴν ψυχήν. ὅτι δὲ ἀκατάληπτός ἐστιν αὕτη δῆ-
λον ἐντεῦθεν. τῶν περὶ ψυχῆς διαλαβόντων (ἵνα τὴν πολλὴν
καὶ ἀνήνυτον [c]) μάχην παραλίπωμεν) οἱ μὲν μὴ εἶναι τὴν ψυχὴν
ἔφασαν, ὡς οἱ περὶ τὸν Μεσσήνιον Δικαίαρχον [d]), οἱ δὲ εἶναι,
οἱ δὲ ἐπέσχον. ταύτην οὖν τὴν διαφωνίαν [e]) εἰ μὲν ἀνεπίκριτον 32
εἶναι λέξουσιν οἱ δογματικοί, δώσουσιν αὐτόθεν τὴν τῆς ψυχῆς
ἀκαταληψίαν, εἰ δὲ ἐπικριτήν, τίνι ἐπικρινοῦσιν αὐτὴν εἰπάτω-
σαν· αἰσθήσει μὲν γὰρ οὐ δύνανται διὰ τὸ νοητὴν ὑπ᾽ αὐτῶν
εἶναι λέγεσθαι· εἰ δὲ λέξουσιν ὅτι διανοίᾳ, ἐροῦμεν ὅτι τῆς ψυ-
χῆς τὸ ἀδηλότατόν ἐστιν ἡ διάνοια, ὡς δεικνύουσιν οἱ περὶ μὲν
τῆς ὑπάρξεως τῆς ψυχῆς ὁμοφωνοῦντες, περὶ δὲ τῆς διανοίας
διαφερόμενοι. εἰ δὲ τῇ διανοίᾳ τὴν ψυχὴν ἐθέλουσιν καταλαμ- 33
βάνειν καὶ τὴν περὶ αὐτῆς ἀδιαφωνίαν ἐπικρίνειν, τῷ μᾶλλον
ζητουμένῳ τὸ ἧττον ζητούμενον ἐπικρίνειν τε καὶ βεβαιοῦν ἐθε-
λήσουσιν, ὅπερ ἄτοπον. οὐδὲ τῇ διανοίᾳ τοίνυν ἐπικριθήσεται
ἡ περὶ τῆς ψυχῆς διαφωνία· οὐδενὶ ἄρα. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ
ἀκατάληπτός ἐστιν. ὅθεν οὐδὲ ἄνθρωπος καταλαμβάνοιτ᾽ ἄν.
ἵνα δὲ καὶ δῶμεν ὅτι καταλαμβάνεται ὁ ἄνθρωπος, μήποτε οὐκ 34

corpus quidem comprehendi potest. 31. iam vero ut hanc quoque de corpore controversiam missam faciamus, rursum homo incomprehensibilis comperitur, quod incomprehensibilis sit anima. eam autem esse incomprehensibilem hinc patet. ex iis qui de anima disputaverunt (ut multiplicem et inexplicabilem eorum pugnam praetereamus) alii non esse animam (ex quibus fuit Dicaearchus Messenius) alii esse dixerunt alii vero assensum cohibuerunt. 32. hanc igitur controversiam siquidem indiiudicabilem esse dixerint Dogmatici, eo ipso concedent animae incomprehensibilitatem; sin diiudicabilem, quo eam diiudicaturi sint, dicant. sensu enim non possunt, quod eam intellectu percipiendam rationeque intelligendam contendant. sin eam intellectu diiudicatum iri responderint, in anima de nullo minus quam de intellectu constare dicemus, ut ostendunt ii qui de existentia quidem animae inter se consentiunt, at de intellectu in magna dissensione versantur. 33. si intellectu ergo animam volunt comprehendere et controversiam quae de ea est diiudicare, eo de quo maior est quaestio id diiudicare et confirmare de quo minor est quaestio volent; quod absurdum est. itaque ne per ratiocinationem quidem ea quae de anima est controversia diiudicabitur atque ita nihil erit quo diiudicetur. quod si ita est, incomprehensibilem dicamus necesse est. unde sequitur nec hominem comprehendi posse. 34. ut autem hoc quoque demus, hominem compre-

c) *πολλὴν καὶ ἀνήνυτον*] diversas veterum philosophorum de anima opiniones perstringunt Hermias in irrisione gentilium, Tertullianus de anima cap. 15, Cicero 1 Tusc. c. 9 seq. Ioannes Philoponus prooemio ad Aristotelem de anima, Plutarchus de placitis lib. 4 cap. 2 seq. Stobaeus in Eclogis Phys. p. 93 seq. et noster lib. 1 contra Logicos.

d) *οἱ περὶ τὸν Μεσσήνιον Δικαίαρχον*] hic Dicaearchus Aristotelis discipulus, teste Cicerone 1 Tusc. cap. 10 et 22 contendit nihil esse omnino animum et hoc esse nomen totum inane, sed vim agendi latere in vivo corpore ita figurato, ut temperatione naturae vigeat et sentiat. confer Ciceronem in Lucullo c. 39 et 13 31 ad Atticum, Plutarchum contra Colotem p. 1215, Eusebium 15 9 Praeparat. evangel.

e) *ταύτην τὴν διαφωνίαν*] primus ex quinque modis argumentandi de quibus supra lib. 1 cap. 15.

ἐνδέχοιτο δεῖξαι, ὅτι ὑπ' αὐτοῦ κρίνεσθαι δεῖ τὰ πράγματα·
ὁ γὰρ λέγων ὅτι ὑπ' ἀνθρώπου δεῖ κρίνεσθαι τὰ πράγματα,
ἤτοι ἄνευ ἀποδείξεως [f]) τοῦτο λέξει ἢ μετὰ ἀποδείξεως. οὔτε δὲ
μετὰ ἀποδείξεως· δεῖ γὰρ τὴν ἀπόδειξιν ἀληθῆ εἶναι καὶ κεκρι-
μένην, διὰ δὲ τοῦτο καὶ ὑπό τινος κεκριμένην. ἐπεὶ οὖν οὐκ
ἔχομεν εἰπεῖν ὁμολογουμένως ὑφ' οὗ κριθῆναι δυνήσεται αὐτὴ
P 75 ἡ ἀπόδειξις (ζητοῦμεν γὰρ τὸ κριτήριον τὸ ὑφ' οὗ), οὐ δυνη-
σόμεθα τὴν ἀπόδειξιν ἐπικρίνειν, διὰ δὲ τοῦτο οὐδὲ τὸ κριτήριον
35 τὸ ὑφ' οὗ περὶ οὗ ὁ λόγος ἀποδεικνύναι. εἰ δὲ ἀναποδείκτως
ἐλεγχθήσεται ὅτι ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου δεῖ κριθῆναι τὰ πράγματα,
ἄπιστον ἔσται, ὥστε οὐχ ἕξομεν διαβεβαιοῦσθαι ὅτι τὸ ὑφ' οὗ
κριτήριόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος. ὑπὸ τίνος δὲ καὶ κριθήσεται ὅτι
τὸ ὑφ' οὗ κριτήριον ὁ ἄνθρωπός ἐστιν (οὐ γὰρ δὴ ἀκρίτως τοῦτο
λέγοντες πιστευθήσονται); ἀλλ' εἰ μὲν ὑπ' ἀνθρώπου, τὸ ζη-
36 τούμενον συναρπασθήσεται [g]). εἰ δ' ὑπὸ ἑτέρου ζῴου, πῶς ἐκεῖνο
πρὸς τὴν κρίσιν τοῦ ἄνθρωπον εἶναι [h]) τὸ κριτήριον παραλαμ-
βάνεται; εἰ μὲν γὰρ ἀκρίτως, οὐ πιστευθήσεται· εἰ δὲ μετὰ
κρίσεως, πάλιν ἐκεῖνο [πρὸς τὴν κρίσιν [i])] ὑπό τινος ὀφείλει κρι-
θῆναι. ἀλλ' εἰ μὲν ὑφ' ἑαυτοῦ, μένει ἡ αὐτὴ ἀτοπία, τὸ ζητού-
μενον γὰρ διὰ τοῦ ζητουμένου κριθήσεται· εἰ δὲ ὑπὸ ἀνθρώπου,
ὁ διάλληλος εἰσάγεται τρόπος· εἰ δ' ὑπό τινος παρὰ ταῦτα ἄλ-
λου, πάλιν ἐκείνου τὸ κριτήριον ἀπαιτήσομεν τὸ ὑφ' οὗ, καὶ

hendi, at ab eo debere diiudicari res ostendi fortasse nulla ratione possit, qui enim ab homine res debere diiudicari dixerit, aut cum demonstratione aut sine ea hoc dicet. sed cum demonstratione hoc non poterit affirmare. oportet enim demonstrationem veram esse et iudicatam, ideoque ab aliquo iudicatam; quum vero nullum confessum criterium habeamus a quo haec demonstratio iudicari possit; quaerimus enim iudicatorium a quo demonstrationem minime diiudicare, ideoque nec ipsum criterium a quo, de quo nunc agitur, demonstrare poterimus. 35. at si absque demonstratione dicetur ab homine res iudicari debere, hoc fide carebit, itaque affirmare hominem esse criterium a quo nequaquam poterimus. verum enimvero a quonam iudicari queat hominem esse illud iudicatorium a quo? non enim qui hoc sine iudicatione dicent, fidem obtinebunt; at si dixerint ab homine, id ipsum quod in quaestione versatur arripietur. 36. sin ab alio animali, quomodo ipsum admittetur ad iudicandum hominem esse illud iudicatorium? si enim sine iudicatione, fidem non impetrabit; sin cum iudicatione, illud rursum, ad iudicationem, ab aliquo iudicatum esse necesse est. et siquidem a se ipso, manet eadem absurditas; nam quod quaeritur iudicabitur per id quod quaeritur; sin ab homine, vitiosum argumenti genus probandi mutuo unum per alterum inducetur. quodsi ab alio aliquo praeter haec, rursum illius postulabimus cri-

---

*f*) ἤτοι ἄνευ ἀποδείξεως] argumentatio Scepticis frequens, ut dictum lib. 1 sect. 115.

P 75 *g*) τὸ ζητούμενον συναρπασθήσεται] etiam haec locutio nostro solennis, ut arguat vitium argumenti, quod petitionem principii vulgo appellant. infra sect. 57, 60, 67, 121 etc.

*h*) τοῦ ἄνθρωπον εἶναι] ita rectius mss pro eo quod erat in editis: τὸν ἄνθρωπον εἶναι.

*i*) πάλιν ἐκεῖνο πρὸς τὴν κρίσιν] verba πρὸς τὴν κρίσιν absunt in ms V et S, atque salvo sensu abesse possunt et ex superioribus repetita possunt videri. tamen nolui ea reiicere, quia in aliis codicibus exstant, atque significantius sententiam exprimunt.

μέχρις ἀπείρου· καὶ διὰ τοῦτο ἄρα οὐχ ἕξομεν λέγειν, ὡς ὑπὸ
ἀνθρώπου δεῖ κρίνεσθαι τὰ πράγματα. ἔστω δὲ καὶ πεπιστεύσθω 37
τὸ δεῖν ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου κρίνεσθαι τὰ πράγματα. οὐκοῦν ἐπεὶ
πολλὴ τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ διαφορά, πρότερον οἱ Δογματικοὶ
συμφωνησάτωσαν ὅτι τῷδε τῷ ἀνθρώπῳ δεῖ προσέχειν, εἶθ᾽
οὕτω καὶ ἡμᾶς αὐτῷ θέσθαι[k]) κελευέτωσαν· εἰ δ᾽

ἔστ᾽ ἂν ὕδωρ[l]) τε νάῃ καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,

τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, περὶ αὐτοῦ διαφωνήσουσι, πῶς ἡμᾶς
ἐπείγουσι[m]) προπετῶς τινι συγκατατίθεσθαι; ἢν γὰρ καὶ λέγωσιν 38
ὅτι τῷ σοφῷ πιστευτέον, ἐρωτήσομεν αὐτοὺς ποίῳ σοφῷ, πότερον
τῷ κατὰ Ἐπίκουρον ἢ τῷ κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς ἢ τῷ Κυνικῷ· οὐχ
ἕξουσι γὰρ συμφώνως εἰπεῖν. εἰ δὲ ἀξιώσει τις ἡμᾶς τῆς περὶ τοῦ 39
σοφοῦ ζητήσεως ἀποστάντας ἁπλῶς τῷ συνετωτέρῳ τῶν ὄντων
ἁπάντων πιστεύειν, πρῶτον[n]) μὲν καὶ περὶ τοῦ τίς συνετώτερός
ἐστι τῶν ἄλλων διαφωνήσουσιν. εἶτα κἂν δοίη[o]) συμφώνως P 76
δύνασθαι ληφθῆναι τίς ἐστι τῶν τε ὄντων καὶ τῶν γεγονότων
συνετώτερος, οὐδ᾽ οὕτως ἔσται πίστεως οὗτος ἄξιος. ἐπεὶ γὰρ 40
πολλὴ καὶ σχεδὸν ἄπειρός ἐστιν ἐπίτασίς τε καὶ ἄνεσις κατὰ
σύνεσιν, φαμὲν ὅτι τούτου τοῦ ἀνθρώπου ὃν λέγομεν εἶναι τῶν

terium a quo, atque ita usque ad infinitum; ideoque debere res ab homine iudicari dicere non poterimus. 37. sed tamen ita sit et ita credatur esse debere res ab homine iudicari, iam quoniam magna est hominum diversitas, prius inter se consentiant Dogmatici huius vel illius hominis sequendam esse sententiam, deinde nos quoque illi assentiri iubeant; verum si

*donec lympha fluet, procera virebit et arbor,*

ut in proverbio est, controversum hoc inter eos futurum est, qui fit ut nos procaciter ad certo cuipiam assentiendum urgeant? 38. nam si dicant credendum esse sapienti, interrogabimus eos quali sapienti, an ei qui sit sapiens secundum Epicurum, an qui secundum Stoicos, an ei qui sit Cynicus. at numquam in responsione inter se consentient 39. quodsi quis postulabit a nobis, ut missam facientes sapientis inquisitionem simpliciter ei qui prudentior aliis omnibus sit credamus, primum et de hoc quoque inter se dissentient, quisnam sit aliis prudentior; deinde etiamsi concedat aliquis communi consensu posse sumi, qui eos qui sunt quique fuerunt prudentia antecellat, ne sic quidem is fide dignus fuerit. 40. quoniam enim magna est et propemodum infinita intensio remissioque in prudentia, respondemus homine isto quidem quem et praeteritis et praesentibus prudentiorem dicimus fieri posse

---

k) *αὐτῷ θέσθαι*] pro *συγκαταθέσθαι, συνθέσθαι, προσθέσθαι, συναινεῖν, assentiri*, optimis usurpatum scriptoribus, Platoni, Synesio aliisque quorum loca pridem annotavit Budaeus.

l) *ἔστ᾽ ἂν ὕδωρ*] versus Homeri ex epitaphio Midae apud Herodotum in poëtae vita cap. 11. saepius usurpatus nostro ut 2 contra Logicos, ubi pro *νάῃ* legas *ῥέῃ* quemadmodum et in Herodoti codicibus, sed *νάῃ* habet etiam noster contra Grammaticos p. 6 et Libanius orat. 9 t. 2 p. 259. imitati Latini poëtae ut Tibullus lib. 1 4 60

*– – dum robora tellus*
*dum caelum stellas, dum vehet amnis aquas.*

Ovidius in Ibin 137

*Robora dum montes, dum pabula mollia campi,*
*dum Tiberis flavas Tuscus habebit aquas.*

m) *ἐπείγουσι*] ms Savil. *ἐπάγουσι*, minus bene.

n) *πρῶτον*] ita mss pro *πρότερον* quod erat in editis.

o) *κἂν δοίη*] *etiamsi largiatur*, ille scilicet de quo praecesserat, *εἰ δὲ* P 76
*ἀξιώσει τις* etc.

γεγονότων τε καὶ ὄντων συνετώτερον, ἕτερον συνετώτερον ἐνδέχεται γενέσθαι. ὥσπερ οὖν τῷ νῦν εἶναι λεγομένῳ φρονιμωτέρῳ τῶν τε ὄντων καὶ τῶν γεγονότων διὰ τὴν σύνεσιν αὐτοῦ πιστεύειν ἀξιούμεθα, οὕτως καὶ τῷ μετ᾽ αὐτὸν ἐσομένῳ τούτου συνετωτέρῳ μᾶλλον τούτου χρὴ πιστεύειν. καὶ ἐκείνου γενομένου πάλιν ἄλλον ἐλπίζειν χρὴ συνετώτερον αὐτοῦ γενήσεσθαι, κἀκείνου ἄλλον, καὶ μέχρις ἀπείρου. καὶ ἄδηλον πότερόν ποτε συμφωνήσουσιν ἀλλήλοις οὗτοι, ἢ διάφωνα λέξουσι. διόπερ κἂν τῶν γεγονότων τε καὶ ὄντων συνετώτερος εἶναι ὁμολογηθῇ τις, ἐπεὶ οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν διαβεβαιωτικῶς ὅτι οὐδεὶς ἔσται τούτου ἀγχινούστερος (ἄδηλον γάρ), ἀεὶ δεήσει τὴν τοῦ μετὰ ταῦτα ἐσομένου συνετωτέρου κρίσιν περιμένειν καὶ μηδέποτε συγκατατίθεσθαι τῷ κρείττονι. ἵνα δὲ καὶ κατὰ συγχώρησιν δῶμεν ὅτι οὐδεὶς τοῦ ὑποτιθεμένου συνετοῦ συνετώτερος οὔτε ἔστιν οὔτε ἐγένετο οὔτε ἔσται, οὐδὲ ὥς [p]) πιστεύειν αὐτῷ προσήκει. ἐπεὶ γὰρ μάλιστα οἱ συνετοὶ φιλοῦσιν ἐν τῇ τῶν πραγμάτων κατασκευῇ τοῖς σαθροῖς παριστάμενοι πράγμασιν ὑγιῆ καὶ ἀληθῆ ταῦτα δοκεῖν εἶναι καὶ ποιεῖν, ὅταν τι λέγῃ οὗτος ὁ ἀγχίνους, οὐκ εἰσόμεθα πότερόν ποτε ὡς ἔχει τὸ πρᾶγμα φύσεως οὕτω λέγει, ἢ ψεῦδος αὐτὸ [q]) ὑπάρχον ὡς ἀληθὲς παρίστησι, καὶ ἡμᾶς πείθει φρονεῖν ὡς περὶ ἀληθοῦς, ἅτε δὴ συνετώτερος τῶν ἀνθρώπων ἁπάντων ὑπάρχων καὶ διὰ τοῦτο ὑφ᾽ ἡμῶν ἐλέγχεσθαι μὴ δυνάμενος. οὐδὲ τούτῳ τοίνυν συγκαταθησόμεθα ὡς ἀληθῶς τὰ πράγματα κρίνοντι, διὰ τὸ οἴεσθαι μὲν αὐτὸν ἀληθῆ λέγειν [r]), οἴεσθαι δ᾽ ὅτι δι᾽ ὑπερβολὴν ἀγχινοίας τὰ ψευδῆ τῶν πραγμάτων ὡς ἀληθῆ βουλόμενος παριστᾶν, ἅ φησι, λέγει. διὰ

ut alius existat prudentior. quemadmodum igitur postulatur a nobis, ut illi qui nunc dicitur prudentior esse iis qui sunt et iis qui fuerunt fidem adhibeamus propter eius prudentiam, ita et illi qui post eum futurus est ipso prudentior, magis quam ipsi credendum erit; ac quum hic exstiterit, rursus alium eo prudentiorem fore sperandum est, et hoc ipso rursus alium, atque adeo usque in infinitum. 41. porro consensuri ne sint hi inter se an diversa ac pugnantia tradituri, minime constat. itaque etiamsi confessum fuerit esse aliquem omnibus qui sint et qui fuerint prudentiorem, quia asseverare non possumus nullum futurum esse eo prudentiorem (obscurum est enim), semper eius prudentioris qui postea futurus est iudicium exspectare, et numquam assentiri praestantiori oportebit. 42 verumtamen ut per concessionem demus, nullum esse nec fuisse nec futurum prudentiorem eo qui prudentissimus esse supponitur, ne sic quidem ipsi credere convenit. quoniam enim ii potissimum qui prudentes sunt, solent in astruendis rebus vitiosarum rerum defensionem sumentes facere ut illae sanae et verae videantur, quum aliquid hic solers dicet, nesciemus an ut res secundum naturam se habet exponat, an quod novit falsum esse, tamquam verum in medium proferat, nosque pro vero id habere iubeat, utpote qui prudentior omnibus sit hominibus et propterea nequaquam a nobis refelli possit. quamobrem nihilo magis huic tamquam vero rerum iudici assensum praestabimus, quod eum quidem dicere vera esse, sed solertiae et ingenii exsuperantia res falsas tamquam veras exhibere vo-

p) οὐδὲ ὥς] ὥς pro οὕτως, ut apud Homerum ὣς εἰπών.

q) ἢ ψεῦδος αὐτὸ] sic legendum e mss non ut editi, αὐτῷ.

r) ἀληθῆ λέγειν] ita reposui iisdem mss auctoribus, cum editi haberent, ἀληθῆ εἶναι λέγειν.

ταῦτα μὲν οὖν οὐδὲ τῷ τῶν ἁπάντων ἀγχινουστάτῳ δοκοῦντι
ὑπάρχειν ἐν τῇ κρίσει τῶν πραγμάτων χρὴ πιστεύειν. εἰ δέ φησί 43
τις ὅτι τῇ τῶν πολλῶν συμφωνίᾳ δεῖ προσέχειν [s]), λέξομεν ὅτι
τοῦτ᾽ ἔστι μάταιον· πρῶτον μὲν γὰρ σπάνιον ἴσως [t]) ἐστὶ τὸ
ἀληθές, καὶ διὰ τοῦτο ἐνδέχεται ἕνα τῶν πολλῶν φρονιμώτερον
εἶναι. εἶτα καὶ παντὶ κριτηρίῳ πλείους ἀντιδοξοῦσι τῶν κατ᾽ P 77
αὐτὸ [u]) συμφωνούντων· οἱ γὰρ ὁποιονοῦν ἀπολιπόντες κριτήριον
ἕτερον τοῦ συμφωνεῖσθαι δοκοῦντος παρά τισιν ἀντιδοξοῦσί τε
αὐτῷ καὶ κατὰ πολὺ πλείους εἰσὶ τῶν περὶ αὐτοῦ συμφωνούν-
των. χωρὶς δὲ τούτων οἱ συμφωνοῦντες ἤτοι ἐν διαφόροις εἰσὶ 44
διαθέσεσιν [x]) ἢ ἐν μιᾷ· ἐν διαφόροις μὲν οὖν οὐδαμῶς ὅσον
ἐπὶ τῷ λεγομένῳ. — πῶς γὰρ ἂν τὰ αὐτὰ ἔλεγον περὶ αὐτοῦ; —
εἰ δὲ ἐν μιᾷ, ἐπεὶ καὶ ὁ εἷς ὁ λέγων ἕτερόν τι μίαν ἔχει διά-
θεσιν, καὶ οὗτοι πάντες οἱ συμφωνοῦντες μίαν, ὅσον ἐπὶ ταῖς
διαθέσεσιν αἷς προσέχομεν, οὐδὲ κατὰ πλῆθος εὑρίσκεται δια-
φορά τις [y]). διόπερ οὐ χρὴ τοῖς πολλοῖς προσέχειν μᾶλλον ἢ 45
τῷ ἑνί, πρὸς τῷ [z]) καὶ ἀκατάληπτον εἶναι, καθάπερ ἐν τῷ τε-
τάρτῳ τρόπῳ [a]) τῆς σκέψεως ὑπεμνήσαμεν, τὴν κατὰ πλῆθος

**lentem dicere quaecumque dicat, putemus. his igitur de causis ne ei quidem qui omnium videatur solertissimus adhibenda, in rerum iudicatione fides fuerit. 43. quodsi quis multorum consensui assentiendum esse dicat, vanum id esse respondebimus; primum enim rarum fortasse est verum, ideoque ut unicus multis sit prudentior fieri potest: deinde plures sunt qui contradicant cuivis criterio quam qui de eo inter se consentiant. qui enim qualecumque reliquerunt criterium diversum ab eo de quo videtur inter aliquos convenire, et ei alteri criterio contradicunt et multo plures sunt illis qui de eo consentiunt 44. praeterea vero qui consentiunt, aut diversimode sunt affecti aut uno modo. diversimode quidem certe non sunt, quantum ad id quod ab illis dicitur. — quomodo enim eadem de eodem dicerent? — quodsi uno eodemque modo, quoniam et is qui diversum aliquid dicit unam habet affectionem, et itidem ii omnes qui de eo consentiunt unam, quantum ad affectiones attinet quas sequimur ne in multitudine quidem ulla differentia reperitur. 45. itaque non oportet multos sequi potius quam unum, ut omittam incomprehensibilem esse iudiciorum in tanta multitudine differentiam, ut in quarto Scepseos modo**

s) *ὅτι τῇ τῶν πολλῶν συμφωνίᾳ χρὴ προσέχειν*] sic iisdem mss; in editis articulus *τῇ* exciderat. deinde eodem sensu legebatur aliis verbis, *δεῖ πιστεύειν*, ut appareat hoc etiam exemplo quantum inter transcribendum librarii sibi indulserint, modo sententiam exprimerent.

t) *ἴσως*] vocabulum Scepticum, ne velut dogma statuere videretur, raro obvium verum esse. sic infra sect. 47 *ἀκόλουθον μὲν ἦν ἴσως*. et 56 *οὐκ ἂν εἴη ἀληθὲς ἴσως* etc.

u) *κατ᾽ αὐτὸ*] scilicet *κριτήριον*. ita recte mss; male in editis *αὐτῶν*. P 77

x) *ἐν διαφόροις διαθέσεσιν*] confer librum 1 contra Logicos sect. 333 et lib. 2 sect. 53.

y) *οὐδὲ κατὰ πλῆθος εὑρίσκεται διαφορά τις*] sensus est, multitudinem illam hominum, quia similiter affecti sunt, non posse pro pluribus ac differentibus accipi, ac veluti plures uni aliter affecto opponi, sed pro uno homine accipiendam ob unam et eandem affectionem, h. e. idem praeiudicium, aut eandem sensuum vel temperaturae sanguinis aut affectuum constitutionem; haec enim omnia per *διάθεσιν* innuere videtur, quatenus per illa homo ut ita vel aliter sentiat moveri se patitur.

z) *πρὸς τῷ*] ita malui ex mss quam *πρὸς τὸ* quod in editis erat.

a) *ἐν τῷ τετάρτῳ τρόπῳ*] supra lib. 1 sect. 100 seq.

διαφορὰν τῶν κρίσεων, ἀπείρων τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων
ὑπαρχόντων, καὶ ἡμῶν μὴ δυναμένων ἁπάντων αὐτῶν τὰς κρί-
σεις ἐπελθεῖν καὶ ἀποφήνασθαι τί μὲν οἱ πλείους τῶν ἀνθρώ-
πων ἁπάντων ἀποφαίνονται τί δὲ οἱ ἐλάττους. καὶ κατὰ τοῦτο
46 οὖν ἄτοπος ἡ κατὰ τὸ πλῆθος πρόκρισις[b]) τῶν κρινόντων. εἰ
δ' οὐδὲ τῷ πλήθει προσέξομεν, οὐχ εὑρήσομεν οὐδένα ὑφ' οὗ
κριθήσεται τὰ πράγματα, καίτοι τοσαῦτα καὶ κατὰ[c]) συγχώ-
ρησιν διδόντες. διόπερ ἐξ ἁπάντων τούτων ἀκατάληπτον εὑρί-
47 σκεται τὸ κριτήριον, ὑφ' οὗ κριθήσεται τὰ πράγματα. συμ-
περιγραφομένων[d]) δὲ τούτῳ καὶ τῶν ἄλλων κριτηρίων, ἐπεὶ ἕκα-
στον αὐτῶν ἤτοι μέρος ἢ πάθος ἢ ἐνέργημά ἐστι τοῦ ἀνθρώ-
που, ἀκόλουθον μὲν ἦν ἴσως ἐπί τι τῶν ἑξῆς ἰέναι τῷ λόγῳ,
ὡς καὶ περὶ ἐκείνων ἱκανῶς εἰρημένων[e]) ἐν τούτοις. ἵνα δὲ μηδὲ
τὴν εἰδικὴν ὡς πρὸς ἕκαστον ἀντίρρησιν φεύγειν δοκῶμεν, ὀλίγα
καὶ περὶ αὐτῶν ἐξ ἐπιμέτρου λέξομεν· πρότερον δὲ περὶ τοῦ
κριτηρίου τοῦ δι' οὗ καλουμένου διαλεξόμεθα.

P 78

## ΚΕΦ. ϛ'.

## Περὶ τοῦ δι' οὗ.

48 Πολλὴ μὲν οὖν καὶ ἄπειρος σχεδὸν ἡ περὶ αὐτὸ γέγονε
διαφωνία παρὰ τοῖς Δογματικοῖς· ἡμεῖς δὲ πάλιν τοῦ ἐμμεθό-
δου προνοούμενοι φαμὲν ὅτι, ἐπεὶ κατ' αὐτοὺς ἄνθρωπός ἐστι τὸ

docuimus, quippe quum infiniti sint homines si sigillatim sumantur, nec possimus omnium eorum iudicia percurrere atque ita demum pronuntiare, quid plurimi ex omnibus hominibus pronuntient et quid paucissimi. ergo et hac ratione absurdum fuerit iudices alios aliis, eo quod multitudine vincant, praeferre. 46. quodsi ne multitudinis quidem iudicio adhaerebimus, neminem a quo res iudicentur reperiemus, quum alioqui tam multa per concessionem demus. quamobrem ex his omnibus incomprehensibile comperitur esse criterium, a quo res iudicari debeant. 47. quum autem reliqua etiam criteria hoc includantur, quia eorum quodque aut pars aut passio aut actio est hominis, consentaneum fortasse fuisset nos orationem ad aliquid eorum de quibus postea dicturi sumus convertere, quippe quum de his abunde iam in praesenti dictum sit. sed ne particularem singulorum refutationem videamur refugere, pauca de his etiam ex abundanti dicemus. primum autem de criterio quod appellatur p e r q u o d, disputabimus.

## CAP. VI.

## De criterio *per quod*.

48. Magna certe et propemodum infinita fuit apud Dogmaticos de eo controversia: nos autem rursus certa methodo progredi studentes dicimus, quandoquidem iuxta eos homo est id a quo iudicantur res, sed is aliud

---

b) *πρόκρισις*] ita Salmasius, quod utique huic loco rectius convenit quam *πρόσκρισις* quod exstat in editis. videtur etiam HStephanus *πρόκρισις* non *πρόσκρισις* in suo codice legisse.

c) *καίτοι τοσαῦτα καὶ κατὰ*] in ms V *καὶ* exsulat, quod tamen rectius puto retineri, ut saepius noster, *εἰ μέντοι καὶ συγχωρήσειέ τις*.

d) *συμπεριγραφομένων*] annotavi hoc verbum plus simplici vice supra lib. 1.

e) *εἰρημένων*] ita mss pro *εἰρημένον*.

*ὑφ᾽ οὗ κρίνεται τὰ πράγματα, οὐδὲν δὲ οὕτως ἔχει ἂν*) δι᾽ οὗ*
*κρίνειν δυνήσεται (καθάπερ καὶ αὐτοὶ συνομολογοῦσιν) ἢ αἴσθη-*
*σιν καὶ διάνοιαν, ἐὰν δείξωμεν ὅτι οὔτε δι᾽ αἰσθήσεως μόνης*
*δύναται κρίνειν οὔτε διὰ μόνης τῆς διανοίας οὔτε δι᾽ ἀμφοτέρων*
*αὐτῶν, συντόμως πρὸς ἁπάσας f) τὰς κατὰ μέρος δόξας εἰρήκα-*
*μεν· πᾶσαι γὰρ δοκοῦσιν εἰς τὰς τρεῖς ταύτας ἀναφέρεσθαι*
*στάσεις. ἀρξώμεθα δὲ ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων. οὐκοῦν ἐπεί τινες* 49
*μὲν κενοπαθεῖν τὰς αἰσθήσεις g) φασίν - οὐδὲν γὰρ ὑποκεῖσθαι*
*ὧν ἀντιλαμβάνεσθαι δοκοῦσιν - οἱ δὲ πάντα ὑποκεῖσθαι ὑφ᾽ ὧν*
*οἴονται κινεῖσθαι λέγουσιν, οἱ δὲ τὰ μὲν ὑποκεῖσθαι τὰ δὲ μὴ ὑπο-*
*κεῖσθαι, τίνι συγκαταθησόμεθα οὐχ ἕξομεν· οὔτε γὰρ τῇ αἰσθήσει*
*τὴν διαφωνίαν ἐπικρινοῦμεν, ἐπεὶ περὶ αὐτῆς ζητοῦμεν πότερον κε-*
*νοπαθεῖ ἢ ἀληθῶς καταλαμβάνει, οὔτε ἑτέρῳ τινί, ἐπεὶ μηδέ ἐστιν*
*ἄλλο τι κριτήριον δι᾽ οὗ χρὴ κρίνειν κατὰ τὴν προκειμένην ὑπό-*
*θεσιν. ἀνεπίκριτον ἄρα καὶ ἀκατάληπτον ἔσται, πότερον κενο-* 50
*παθεῖ ἡ αἴσθησις ἢ καταλαμβάνει τι· ᾧ συνεισέρχεται τὸ μὴ*
*δεῖν ἡμᾶς τῇ αἰσθήσει μόνῃ προσέχειν ἐν τῇ κρίσει τῶν πρα-*
*γμάτων, περὶ ἧς οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν, εἰ καὶ τὴν ἀρχὴν h) κατα-*
*λαμβάνει τι. ἀλλ᾽ ἔστω κατὰ συγχώρησιν, τὰς αἰσθήσεις ἀντι-* 51
*ληπτικὰς εἶναι· οὐδὲν γὰρ ἧττον καὶ οὕτως ἄπιστοι εὑρεθήσον-*
*ται πρὸς τὴν κρίσιν τῶν ἐκτὸς ὑποκειμένων πραγμάτων. αἱ*

**nihil habere queat per quod iudicare possit, ut ipsi etiam fatentur, quam sensum et intellectum: si ostenderimus ipsum nec per solum sensum iudicare posse nec per solum intellectum neque per utrumque simul; compendio omnes particulares opiniones oppugnaverimus: omnes enim ad tria haec genera videntur referri. 49. incipiamus autem a sensibus. quum aliqui affirment vanas esse sensuum passiones, nihil enim his re ipsa subiici eorum quae percipere videntur, alia omnia ea vere subiici illis atque offerri pronuntient, a quibus se putant moveri; sint etiam qui dicant aliqua ex iis subiici aliqua autem minime: cui assentiamur non habebimus. neque enim sensu controversiam diiudicabimus, si quidem de eo disceptamus, an vana passione afficiatur, an potius vere comprehendat, nec ullo alio, quoniam nullum est aliud criterium quo iudicare oporteat secundum oppositam hypothesin. 50. erit igitur indiiudicabile et incomprehensibile, utrum vana passione sensus afficiatur an aliquid comprehendat. quo dato consequitur non oportere nos in rebus iudicandis a solius sensus iudicio pendere, quum de eo dicere non possimus an ullo modo quicquam comprehendat. 51. esto tamen per concessionem, sensus percipiendi vim habere: nihilominus enim et hoc pacto in iudicandis rebus extrinsecus subiectis fide indigni esse comperientur. nam sensus contrarie moventur ab externis.**

---

[*) immo: *οὐδὲν δὲ οὗτος ἔχοι ἄν.*]

*f*) *πρὸς ἁπάσας*] sic mss pro *πρὸς αὐτάς.*

*g*) *τινὲς μὲν κενοπαθεῖν τὰς αἰσθήσεις*] sic Heraclitus Democritus et alii, de quibus lib. 1 contra Logicos sect. 126 seq. et lib. 2 sect. 213.

*h*) *τὴν ἀρχὴν*] prorsus. omnino. ita saepe noster, ut infra sect. 199 et 242 et lib. 1 contra Math. sectione 32, 130, lib. 1 contra Log. sect. 70, 278, lib. 2 sect. 269, 337, 389, lib. 1 contra Phys. sect. 270, 325 et contra Ethicos sect. 131, contra Musicos sect. 8 *ὡς εἰ καὶ τὴν ἀρχὴν ἔνηφον ac si fuissent prorsus sobrii*, ubi male interpres, *ab initio*. et secundo adversus Logicos sect. 176 *οὐδ᾽ ὅλως ἔσται τὴν ἀρχὴν ὑπάρχον, prorsus omnino quidem non erit.* sic *μηδὲ τὴν ἀρχήν nullatenus, prorsus non* apud Origenem 1 contra Celsum p. 4 et alibi.

γοῦν αἰσθήσεις ὑπεναντίως ⁱ) κινοῦνται ὑπὸ τῶν ἐκτός· οἷον ἡ
γεῦσις ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ μέλιτος ὁτὲ μὲν πικράζεται ὁτὲ δὲ γλυκά-
ζεται, καὶ ἡ ὅρασις τὸ αὐτὸ χρῶμα ὁτὲ μὲν αἱμωπὸν ὁτὲ δὲ
52 λευκὸν εἶναι *). ἀλλ᾽ οὐδὲ ὄσφρησις ἑαυτῇ συμφωνεῖ. τὸ γοῦν
μύρον ὁ μὲν κεφαλαλγικὸς ἀηδὲς εἶναί φησι, ὁ δὲ μὴ οὕτως
P 79 ἔχων ἡδύ. καὶ οἱ θεόληπτοι ᵏ) δὲ καὶ οἱ φρενιτίζοντες ἀκούειν
δοκοῦσί τινων διαλεγομένων αὐτοῖς, ὧν ἡμεῖς οὐκ ἐπακούομεν.
καὶ τὸ αὐτὸ ὕδωρ τοῖς μὲν φλεγμαίνουσιν ἀηδὲς εἶναι δοκεῖ δι᾽
53 ὑπερβολὴν θερμότητος, τοῖς δ᾽ ἄλλοις χλιαρόν. πότερον οὖν
πάσας τὰς φαντασίας ἀληθεῖς εἶναι φήσειέ τις, ἢ τὰς **) μὲν
ἀληθεῖς, τὰς δὲ ψευδεῖς; εἰ καὶ ψευδεῖς ˡ) ἁπάσας εἰπεῖν ἀμή-
χανον, μηδὲν ἡμῶν ἐχόντων κριτήριον ὡμολογημένον δι᾽ οὗ κρι-
νοῦμεν ὃ προκρίνειν μέλλομεν, ἀλλὰ μηδὲ ἀποδείξεως εὐπορούν-
των ᵐ) ἀληθοῦς τε καὶ κεκριμένης, διὰ τὸ μέχρι νῦν ζητεῖσθαι
τὸ τῆς ἀληθείας κριτήριον, δι᾽ οὗ καὶ τὴν ἀληθῆ ἀπόδειξιν ἐπι-
54 κρίνεσθαι προσήκει. διὰ ταῦτα καὶ ὁ ἀξιῶν τοῖς μὲν κατὰ φύ-
σιν ἔχουσιν ἐν τούτοις πιστεύειν, τοῖς δὲ παρὰ φύσιν διακειμέ-
νοις μηδαμῶς, ἄτοπος ἔσται· οὔτε γὰρ ἀναποδείκτως τοῦτο λέ-
γων πιστευθήσεται οὔτε ἀπόδειξιν ἀληθῆ καὶ κεκριμένην ⁿ) ἕξει
55 διὰ τὰ προειρημένα. εἰ μέντοι καὶ συγχωρήσειέ τις τὰς μὲν

**exempli gratia gustatus ex eodem melle aliquando amarorem aliquando dulcedinem percipit, visus quoque eundem colorem modo sanguineum modo album esse putat. 52. sed ne olfactus quidem sibi consentit nam qui dolori capitis obnoxius est unguentum insuave esse dicit, at qui se non ita habet ait esse suave. iam vero et numine afflati ac phrenetici audire sibi videntur aliquos secum sermocinantes, quos nos non audimus: et eadem aqua inflammatione laborantibus videtur esse insuavis propter caloris vehementiam, aliis tepida 53. utrum igitur aliquis omnes phantasias veras esse, an partim veras partim falsas esse dixerit? quamquam et omnes dicere falsas esse non possumus, quum non habeamus ullum criterium extra omnem controversiam positum, quo diiudicemus id quod aliis antepondituri sumus, sed neque demonstratio ulla nobis suppetat vera et iudicata, quum adhuc quaeratur veritatis iudicatorium, quo etiam veram demonstrationem diiudicari oportet. 54. propterea et si quis habentibus quidem se secundum naturam esse credendum censeat, at praeter naturam se habentibus non item, absurda loquetur; neque enim sine demonstratione hoc dicens fidem faciet ne autem demonstrationem veram et iudicatam habeat, obstant ea quae diximus. 55. quin**

---

i) *αἱ γοῦν αἰσθήσεις ὑπεναντίως*] multa in eandem sententiam disputata supra lib. 1 sect. 100 seq. ubi dicta si placet vide.

[*) excidit *δοκεῖ* vel simile quid.]

k) *οἱ θεόληπτοι*] lib. 1 sect. 101 *οἱ μὲν φρενιτίζοντες καὶ οἱ θεοφορούμενοι δαιμόνων ἀκούειν δοκοῦσιν, ἡμεῖς δὲ οὔ*, ad quem locum plura annotavi. Hippocrates de virginum morbis t. 2 p. 356 *περὶ τῶν δειμάτων ὁκόσα φοβεῦνται οἱ ἄνθρωποι ἰσχυρῶς, ὥστε παραφρονέειν καὶ ὁρῆν δοκέειν δαίμονάς τινας ἐφ᾽ ἑωυτῶν δυσμενέας, ὁκότε μὲν νυκτὸς ὁκότε δὲ ἡμέρης ὁκότε δὲ ἀμφοτέρῃσι τῇσιν ὥρῃσιν.*

P 79 [**) legebatur *τὰς δὲ μὲν*].

l) *εἰ καὶ ψευδεῖς*] male quidam mss *ἢ καί*.

m) *εὐπορούντων*] ita pro *ἀπορούντων* Salmasius manu sua emendaverat, quam ipsius emendationem postea vidi mss auctoritate comprobari.

n) *ἀληθῆ καὶ κεκριμένην*] post *ἀληθῆ* in editis male irrepserat *εἶναι*, quod mss codicibus iubentibus eieci.

τῶν κατὰ φύσιν ἐχόντων φαντασίας εἶναι πιστάς, τὰς δὲ τῶν
παρὰ φύσιν διακειμένων ἀπίστους, καὶ οὕτως ἀδύνατος εὑρεθή-
σεται ἡ διὰ τῶν αἰσθήσεων μόνων κρίσις τῶν ἐκτὸς ὑποκειμέ-
νων. ἡ ὅρασις γοῦν καὶ ἡ κατὰ φύσιν ἔχουσα τὸν πύργον [o])
ὁτὲ μὲν στρογγύλον ὁτὲ δὲ τετράγωνον εἶναι λέγει· καὶ ἡ γεῦσις
τὰ αὐτὰ σιτία ἐπὶ μὲν τῶν κεκορεσμένων ἀηδῆ, ἐπὶ δὲ τῶν
πεινώντων [p]) ἡδέα φησὶν εἶναι· καὶ ἡ ἀκοὴ παραπλησίως τῆς
αὐτῆς φωνῆς νυκτὸς μὲν ὡς εὐμεγέθους [q]) ἀντιλαμβάνεται, ἡμέ-
ρας δὲ ἀμαυρᾶς· καὶ ἡ ὄσφρησις ἐπὶ μὲν τῶν πολλῶν δυσώδη, 56
ἐπὶ δὲ τῶν βυρσοδεψῶν οὐδαμῶς τὰ αὐτὰ εἶναι δοκεῖ· καὶ ἡ
αὐτὴ ἁφὴ εἰσιόντων ἡμῶν εἰς τὸ βαλανεῖον θερμαίνεται ἐπὶ τῆς
παραστάδος [r]), ἐξιόντων δὲ ψύχεται. διόπερ ἐπεὶ καὶ κατὰ φύ-
σιν ἔχουσαι αἱ αἰσθήσεις ἑαυταῖς μάχονται καὶ ἡ διαφωνία ἐστὶν
ἀνεπίκριτος, ἐπεὶ μὴ ἔχομεν ὡμολογημένον δι' οὗ κρίνεσθαι δύ-
νανται, τὰς αὐτὰς ἀπορίας ἀκολουθεῖν ἀνάγκη. καὶ ἄλλα δὲ
πλείω μεταφέρειν πρὸς τὴν τούτου κατασκευὴν ἐνδέχεται ἐκ τῶν
προειρημένων [s]) ἡμῖν περὶ τῶν τῆς ἐποχῆς τρόπων. διόπερ οὐκ
ἂν εἴη ἀληθὲς ἴσως τὸ τὴν αἴσθησιν μόνην δύνασθαι κρίνειν
τὰ ἐκτὸς ὑποκείμενα. οὐκοῦν ἐπὶ τὴν διάνοιαν μετέλθωμεν 57
τῷ λόγῳ. οἱ τοίνυν ἀξιοῦντες τῇ διανοίᾳ μόνῃ προσέχειν ἐν τῇ P 80
κρίσει τῶν πραγμάτων, πρῶτον μὲν ἐκεῖνο οὐχ ἕξουσιν δεικνύναι

etiam quamvis concedat aliquis, phantasias eorum quidem qui secundum naturam se habent, fide dignas esse, at eorum qui praeter naturam non item: hoc etiam modo comperietur fieri non posse ut per sensus solos externa subiecta iudicentur. visus enim etiam qui secundum naturam se habet, turrem interdum rotundam interdum quadratam esse dicit; et gustatus eosdem cibos in saturis quidem insuaves, at in famelicis suaves esse dicit; eodem modo et auditus eandem vocem noctu ut altam percipit, ut interdiu tenuem et depressam. 56. ipse quoque olfactus plerorumque hominum quae male olere pronuntiat, coriariorum non perinde. quin etiam idem tactus ingredientibus nobis balneum calefit in limine quod est inter duas ianuas, egredientibus autem frigefit. itaque quum ii etiam sensus qui secundum naturam se habent, sibi repugnent, sitque haec controversia indiiudicabilis, quia non confessum est et indubitatum a quo diiudicari possint: easdem dubitationes consequi necesse est. alia insuper multa ad rem hanc astruendam transferri ex iis quae de modis epoches disputavimus possint. quare nequaquam verum fuerit fortasse solum sensum de externis subiectis indicare posse. 57. itaque ad intellectum orationem convertamus. qui igitur censent intellectum solum sequendum esse in iudicatione rerum, primum quidem illud demonstrare non

---

o) ἡ ὅρασις τὸν πύργον] supra lib 1 sect. 118.

p) τῶν πεινώντων] ita legendum e mss et HStephani versione pro inepto πινόντων quod habebant editi. Salomo proverb. 27 7 ψυχὴ ἐν πλησμονῇ οὖσα κηρίοις ἐμπαίζει, ψυχῇ δὲ ἐνδεεῖ καὶ τὰ πικρὰ γλυκέα φαίνεται. Xenophon 3 [11 13] Memorabil. ὁρᾷς γὰρ ὅτι καὶ τῶν βρωμάτων τὰ ἥδιστα ἐὰν μέν τις προσφέρηται πρὶν ἐπιθυμεῖν, ἀηδῆ φαίνεται, κεκορεσμένοις δὲ καὶ βδελυγμίαν παρέχει· ἐὰν δέ τις προσφέρῃ λοιμὸν ἐμποιήσας, κἂν φαυλότερα ᾖ, πάνυ ἡδέα φαίνεται. plura de re notissima Ducaeus ad paginam 34 homiliae S. Chrysostomi ad Antiochenos t. 1.

q) εὐμεγέθους] ita quoque mss pro ἐκ μεγέθους.

r) ὑπὸ τῆς παραστάδος] malim ἐπὶ τῆς [quod reposuimus]. quid sit παραστάς balnei, exposui supra lib. 1 sect. 110.

s) ἐκ τῶν προειρημένων] supra lib. 1 cap. 14 seqq.

ὅτι καταληπτόν ἐστι τὸ εἶναι διάνοιαν. ἐπεὶ γὰρ ὁ μὲν Γορ-
γίας[t]) οὐδὲν εἶναι φάσκων οὐδὲ διάνοιαν εἶναί φησι, τινὲς δὲ
ταύτην ἀποφαίνονται ὑπάρχειν, πῶς οὖν ἐπικρινοῦσι[u]) τὴν δια-
φωνίαν; οὔτε γὰρ διανοίᾳ, ἐπεὶ τὸ ζητούμενον συναρπάσουσι,
οὔτε ἄλλῳ τινί· οὐδὲν γὰρ ἄλλο εἶναί φασι κατὰ τὴν ὑπόθεσιν
τὴν νῦν ὑποκειμένην, δι᾽ οὗ κρίνεται τὰ πράγματα· ἀνεπίκριτον
ἄρα καὶ ἀκατάληπτον ἔσται, πότερον ἔστι διάνοια ἢ οὐκ ἔστιν· ᾧ
συνεισέρχεται τὸ μὴ δεῖν μόνῃ τῇ διανοίᾳ προσέχειν ἐν τῇ τῶν πρα-
58 γμάτων κρίσει τῇ μηδέπω κατειλημμένῃ. ἀλλὰ κατειλήφθω ἡ διά-
νοια καὶ ὡμολογείσθω τὸ εἶναι ταύτην καθ᾽ ὑπόθεσιν, λέγω ὅτι οὐ
δύναται κρίνειν τὰ πράγματα· εἰ γὰρ μηδ᾽ ἑαυτὴν ἀκριβῶς ὁρᾷ,
ἀλλὰ διαφωνεῖ περί τε τῆς οὐσίας αὐτῆς καὶ τοῦ τρόπου τῆς γενέ-
σεως καὶ τοῦ τόπου[x]) ἐν ᾧ ἐστι, πῶς ἂν δυνηθείη τῶν ἄλλων τι
59 ἀκριβῶς καταλαμβάνειν; διδομένου δὲ καὶ τοῦ τὴν διάνοιαν κρι-
τικὴν εἶναι τῶν πραγμάτων, οὐχ εὑρήσομεν πῶς κατ᾽ αὐτὴν
κρινοῦμεν· πολλῆς γὰρ οὔσης τῆς κατὰ διάνοιαν διαφορᾶς,
ἐπειδὴ ἑτέρα μέν ἐστιν ἡ Γοργίου[y]) διάνοια, καθ᾽ ἥν φησι μηδὲν
εἶναι, ἑτέρα δὲ ἡ Ἡρακλείτου[z]), καθ᾽ ἣν λέγει πάντα εἶναι, ἑτέρα
δὲ ἡ τῶν λεγόντων τὰ δὲ μὲν εἶναι τὰ δὲ μὴ εἶναι, πῶς ἐπι-
κρίνωμεν τὴν τῶν διανοιῶν διαφορὰν οὐχ ἕξομεν, οὐδὲ δυνη-

poterunt posse comprehendi quod intellectus sit. quoniam enim Gorgias qui ait nihil esse, ne intellectum quidem esse dicit, alii autem eum existere pronuntiant, quomodo controversiam diiudicabunt? neque enim intellectu (alioqui id de quo quaeritur simul velut iam probatam arripient) nec ullo alio. nihil enim aliud esse dicunt iuxta hypothesin nunc propositam, per quod res iudicentur. indiiudicabile ergo fuerit et incomprehensibile, sit intellectus necne. ex quo infertur non esse sequendum solum intellectum in rerum iudicatione, quum ipse nondum sit comprehensus. 58. sed esto comprehendi intellectum et per suppositionem pro confesso sit illum existere: ipsum res iudicare non posse dico. nam si ne se ipsum quidem exacte perspicit, sed de substantia sua et de modo generationis et de loco in quo est ambigit: quomodo aliarum rerum quicquam exacte possit comprehendere? 59. quodsi etiam detur intellectum esse rerum diiudicativum, non inveniemus quonam pacto secundum eum iudicemus. quum enim magna sit intellectuum diversitas, quoniam alius est Gorgiae intellectus, secundum quem dicit nihil esse, alius Heracliti, secundum quem dicit omnia esse, alius eorum qui quaedam esse dicunt, quaedam non esse: nullam diiudicandae intellectuum differentiae

P 80 t) ὁ μὲν Γοργίας] Gorgias Leontinus libro περὶ τοῦ μὴ ὄντος ἢ περὶ φύσεως cuius verba servavit noster lib. 1 adversus Logicos ubi dicta, si lubet, vide.

u) πῶς οὖν ἐπικρινοῦσι] οὖν quod in editis exciderat, e mss revocavi.

x) καὶ τοῦ τόπου] ita legendum esse pro καὶ τοῦτό που, quod erat in editis, vel puer videat, etiamsi codices msti quod faciunt, non suffragarentur. constat sane inter philosophos non exiguam controversiam iamdudum intercessisse de loco ubinam sedes sit mentis in corpore, num in corde vigeat, an caput ac cerebrum velut arcem delegerit sibi, in quo gerat imperium atque oculorum, aurium, caeterorumque sensoriorum ministerio utatur, an vero vis eius per totum sanguinem atque adeo corpus dispersa sit, qua de re pluribus dicendi locus erit ad lib. 1 adversus Logicos.

y) ἑτέρα ἡ Γοργίου] de quo iam meminerat sect. 57 et mox plura dicet sect. 64.

z) ἑτέρα ἡ Ἡρακλείτου] Gorgias nihil ita vere esse aut se habere con-

σόμεθα εἰπεῖν, ὅτι τῇ μὲν τοῦδε διανοίᾳ κατακολουθεῖν προσή-
κει, τῇ τοῦδε δὲ οὐδαμῶς. ἤν τε γὰρ διανοίᾳ τινὶ κρίνειν τολ- 60
μῶμεν [a]) τῆς διαφωνίας μέρει συγκατατιθέμενοι, τὸ ζητούμενον
συναρπάσομεν [b]), ἤν τε ἑτέρῳ τινί, ψευσόμεθα, ὅτι μόνῃ τῇ δια-
νοίᾳ δεῖ κρίνειν τὰ πράγματα. λοιπὸν ἐκ τῶν περὶ κριτηρίου 61
τοῦ ὑφ' οὗ λεγομένου ῥηθέντων δεικνύναι δυνησόμεθα, ὅτι μήτε
τὴν ἀγχινουστέραν τῶν ἄλλων διάνοιαν εὑρεῖν δυνάμεθα, ὅτι τε,
ἂν εὕρωμεν τῶν τε γεγενημένων καὶ οὐσῶν διανοιῶν ἀγχινου-
στέραν διάνοιαν, ἐπεὶ ἄδηλόν ἐστιν εἰ πάλιν ταύτης ἑτέρα ἔσται
ἀγχινουστέρα, οὐ δεῖ προσέχειν αὐτῇ. ὅτι δὲ κἂν ὑποθώμεθα P 81
διάνοιαν ἧς ἐντρεχεστέρα οὐκ ἂν γένοιτο, οὐ συγκαταθησόμεθα 62
τῷ δι' αὐτῆς κρίνοντι, εὐλαβούμενοι μὴ ψευδῆ τινα λόγον προ-
φερόμενος διὰ τὸ ὀξυτάτης διανοίας μετεσχηκέναι δύναται ἡμᾶς
πείθειν ὅτι ἀληθής ἐστιν· οὐκοῦν οὐδὲ τῇ διανοίᾳ μόνῃ δεῖ
κρίνειν τὰ πράγματα [c]). λείπεται λέγειν ὅτι δι' ἀμφοτέρων, ὃ 63
πάλιν ἐστὶν ἀδύνατον· οὐ μόνον γὰρ οὐχ ὁδηγοῦσι αἰσθήσεις
τὴν διάνοιαν πρὸς κατάληψιν, ἀλλὰ καὶ ἐναντιοῦνται αὐτῇ·
ἀμέλει γοῦν ἐκ τοῦ τὸ μέλι τοῖσδε μὲν πικρὸν τοῖσδε δὲ γλυκὺ
φαίνεσθαι ὁ μὲν Δημόκριτος [d]) ἔφη μήτε γλυκὺ αὐτὸ εἶναι μήτε

**viam inveniemus, nec huius intellectum sequendum esse, illius autem minime dicere nobis licebit. 60. sive enim intellectu aliquo iudicare audeamus dissidentium parti assentientes, id de quo quaeritur simul velut iam probatum arripiemus; sive per aliquid aliud quam per intellectum, mentiemur, quia solo intellectu iudicare res oportet. 61. praeterea ex iis quae de criterio *a quo* dicebantur demonstrare poterimus, nos neque invenire posse qui sit intellectus aliis sollertior, neque licet invenerimus et eorum qui fuerunt et horum qui sunt sagacissimum intellectum (qui incertum est an rursum alius futurus sit aliquando hoc ipso solertior) illius sequendum esse iudicium. 62. quin etiam quamvis supponamus intellectum quo nullus umquam possit esse sagacior, non assentiemur ei qui per ipsum iudicabit metuentes ne falsam aliquam rationem proferens, eo quod acutissimo praeditus sit intellectu veram esse persuadere nobis possit. quamobrem ne intellectus quidem solus res iudicat. 63. superest ut res per sensus et intellectum iudicari dicamus, quod rursus fieri non potest. tantum abest enim ut sensus tamquam duces deducant intellectum ad comprehensionem, ut etiam adversentur ipsi; nam quoniam mel aliis amarum aliis dulce videtur, Democritus dixit neque dulce**

---

tendebat quale appareret, Heraclitus vicissim docebat omnia licet contraria, si ita sensibus viderentur, etiam vere ita in rebus existere, τὴν ἐναντιοτροπὴν per naturam suam suscipientibus. vide dicta ad lib. 1 cap. 29.

a) τολμῶμεν] ita mss pro δοκῶμεν quod in editis legebatur.

b) συναρπάσομεν] ita ms pro συναρπάζομεν. ex eodem ms paullo post περὶ κριτηρίου scripsi pro περὶ τοῦ κριτηρίου τοῦ ὑφ' οὗ λεγομένων ῥηθέντων, an λεγομένου [quod reposuimus]? sed λεγομένων potest sensus esse, quem in versione expressi, *illis quae de criterio a quo dici solent, allatis.*

c) δεῖ κρίνειν τὰ πράγματα] ita mss pro κρίνειν τὰ πράγματα δεῖ P 81
quod in editis erat. neque levia haec vel emendasse vel annotasse vitio mihi vertent harum literarum studiosi. quemadmodum enim libros Sexti libenter cupio tales quales ab auctore profecti sunt lectori exhibere, ita nec levissima quidem immutare temere in hoc scriptore vel non praeeuntibus libris aut rationibus quas indicavi clarissimis non suffragantibus ausus sum.

d) ὁ μὲν Δημόκριτος] supra lib. 1 cap. 30.

πικρόν, ὁ δὲ Ἡράκλειτος [e]) ἀμφότερα. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων
αἰσθήσεών τε καὶ αἰσθητῶν ὁ αὐτὸς λόγος. οὕτως ἀπὸ τῶν
αἰσθήσεων ὁρμωμένη ἡ διάνοια διάφορά τε καὶ μαχόμενα ἀπο-
φαίνεσθαι ἀναγκάζεται. τοῦτο δὲ ἀλλότριόν ἐστι κριτηρίου κατα-
64 ληπτικοῦ [f]). εἶτα κἀκεῖνο λεκτέον, ἤτοι πάσαις ταῖς αἰσθήσεσι
καὶ ταῖς πάντων διανοίαις [g]) κρινοῦσι τὰ πράγματα ἤ τισιν.
ἀλλ' εἰ μὲν πάσαις λέξει τις, ἀδύνατα ἀξιώσει, τοσαύτης μάχης
ἐν ταῖς αἰσθήσεσι καὶ ἐν ταῖς διανοίαις ἐμφαινομένης – ἄλλως τε
καὶ ἐπεὶ τῆς Γοργίου [h]) διανοίας ἀπόφασίς ἐστιν τὸ μὴ δεῖν μήτε
αἰσθήσει μήτε διανοίᾳ προσέχειν, περιτραπήσεται ὁ λόγος –
εἰ δέ τισι, τισὶ δὲ μή, πῶς κρινοῦσιν ὅτι ταῖσδε μὲν ταῖς
αἰσθήσεσι καὶ τῇ διανοίᾳ προσέχειν δεῖ ταῖσδε δὲ οὔ, μὴ ἔχον-
τες κριτήριον ὡμολογημένον, δι' οὗ τὰς διαφόρους αἰσθήσεις
65 τε καὶ διανοίας ἐπικρινοῦσιν; ἢν δὲ λέγωσιν ὅτι τὰς αἰσθήσεις
τε καὶ διανοίας τῇ διανοίᾳ καὶ ταῖς αἰσθήσεσι κρινοῦμεν [i]), τὸ
ζητούμενον συναρπάζουσι· περὶ γὰρ τούτου [k]), εἰ δύναταί τις διὰ
66 τούτων κρίνειν, ζητοῦμεν. εἶτα κἀκεῖνο ῥητέον ὅτι ἤτοι ταῖς
αἰσθήσεσι τάς τε αἰσθήσεις καὶ τὰς διανοίας κρίνεται ἢ ταῖς
διανοίαις τάς τε αἰσθήσεις καὶ τὰς διανοίας, ἢ ταῖς μὲν αἰσθή-
σεσι τὰς αἰσθήσεις καὶ ταῖς διανοίαις τὰς διανοίας, ἢ ταῖς μὲν
αἰσθήσεσι τὰς διανοίας, τῇ δὲ διανοίᾳ τὰς αἰσθήσεις. εἰ μὲν
οὖν ταῖς αἰσθήσεσιν ἢ τῇ διανοίᾳ ἀμφότερα κρίνειν ἐθελήσουσιν,

neque amarum ipsum esse, at Heraclitus esse utrumque. estque in aliis quoque sensibus et iis quae sensibus percipiuntur eadem ratio. unde fit ut a sensibus procedens intellectus diversa et pugnantia pronuntiare cogatur; hoc autem alienum est a criterio comprehendendi vim et facultatem habente. 64. deinde hoc etiam dicendum, aut omnium sensibus et omnium intellectibus nos res esse iudicaturos, aut aliquibus. iam si dixerit aliquis omnium, rem impossibilem postulabit, quum tanta in sensibus et intellectibus conspiciatur discrepantia (quin etiam quum Gorgiae intellectus neque sensus neque intellectus sequendum esse iudicium pronuntiet, retorquebitur oratio); at si aliquibus, quomodo iudicare poterunt his quidem sensibus et huic intellectui esse adhaerendum, illis non item, quum careant criterio de quo constet, per quod diversitatem sensuum et intellectuum diiudicent? 65. sin dicant nos sensus et intellectus sensibus et intellectibus iudicaturos, id de quo quaeritur arripiunt; nam hoc illud est quod in quaestione versatur, an aliquis per illos iudicare possit. 66. sed et hoc iis quae diximus est addendum, aut sensibus sensus et intellectus iudicari, aut intellectibus sensus et intellectus; aut sensibus quidem sensus, intellectibus vero intellectus; aut sensibus quidem intellectus, intellectu autem sensus. si igitur sensibus aut intellectu

---

e) ὁ δὲ Ἡράκλειτος] ibid. cap. 29.

f) κριτηρίου καταληπτικοῦ] ita recte mss pro κριτήριον.

g) διανοίαις] ita legit HStephanus, atque in altero codice fuisse testantur Genevenses, quod omnino praeferendum prae illo quod editi habent διαφωνίαις, ubi idem mox recurrit error, consimiliter a me emendatus.

h) τῆς Γοργίου] vide paullo ante sect. 57.

i) καὶ ταῖς αἰσθήσεσι κρινοῦμεν] hic verba sequebantur τισὶ δὲ μή, quae supra exciderant, aliena autem sunt ab hoc loco.

k) περὶ γὰρ τούτου] ita mss pro περὶ γὰρ τοῦ. mox διὰ τούτων scripsi pro διὰ τοῦτο sensu et constructione postulante. sic sect. 63 δι' ἀμφοτέρων κρίνειν.

οὐκέτι δι' αἰσθήσεως καὶ διανοίας κρινοῦσιν, ἀλλὰ δι' ἑνὸς τού-
των ὅπερ ἂν ἕλωνται, καὶ παρακολουθήσουσιν αὐτοῖς αἱ ἔμπρο- P 82
σθεν εἰρημέναι [l]) ἀπορίαι· εἰ δὲ ταῖς αἰσθήσεσι τὰς αἰσθήσεις 67
καὶ τῇ διανοίᾳ τὰς διανοίας ἐπικρινοῦσιν, ἐπειδὴ μάχονται καὶ
αἰσθήσεις αἰσθήσεσι καὶ διάνοιαι διανοίαις, ἥντινα ἂν λάβωσιν
ἀπὸ τῶν μαχομένων αἰσθήσεων πρὸς τὴν κρίσιν τῶν ἄλλων αἰ-
σθήσεων, τὸ ζητούμενον συναρπάζουσι· μέρος γὰρ τῆς διαφω-
νίας ὡς πιστὸν ἤδη λήψονται πρὸς τὴν τῶν ἐπ' ἴσης αὐτῷ ζη-
τουμένων ἐπίκρισιν. ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἐπὶ τῶν διανοιῶν λόγος. εἰ 68
δὲ ταῖς μὲν αἰσθήσεσι τὰς διανοίας ἐπικρινοῦσι, τῇ διανοίᾳ δὲ
τὰς αἰσθήσεις, ὁ διάλληλος εὑρίσκεται τρόπος, καθ' ὃν ἵνα μὲν
αἱ αἰσθήσεις [m]) ἐπικριθῶσι, δεῖ προκεκρίσθαι τὰς διανοίας· ἵνα
δὲ αἱ διάνοιαι δοκιμασθῶσι, χρὴ προδιακρίνεσθαι τὰς αἰσθήσεις.
ἐπεὶ οὖν μήτε ὑπὸ τῶν ὁμογενῶν τὰ ὁμογενῆ κριτήρια δύναται 69
ἐπικρίνεσθαι μήτε ὑπὸ ἑνὸς γένους ἀμφότερα τὰ γένη μήτε ὑπὸ
τῶν ἑτερογενῶν ἐναλλάξ, οὐ δυνησόμεθα προκρίνειν διάνοιαν
διανοίας ἢ αἴσθησιν αἰσθήσεως. διὰ δὲ τοῦτο οὐδὲ ἕξομεν διὰ
τίνος κρινοῦμεν· εἰ γὰρ μήτε πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν καὶ ταῖς
διανοίαις κρίνειν δυνησόμεθα μήτε εἰσόμεθα ποίαις μὲν δεῖ κρί-
νειν ποίαις δὲ μή, οὐχ ἕξομεν δι' οὗ κρινοῦμεν τὰ πράγματα.
ὥστε καὶ διὰ ταῦτα ἀνύπαρκτον ἂν εἴη τὸ κριτήριον τὸ δι' οὗ.

## ΚΕΦ. ζ.

### Περὶ τοῦ καθ' ὅ.

Ἴδωμεν οὖν ἑξῆς περὶ τοῦ κριτηρίου καθ' ὃ κρίνεσθαι λέ- 70

**utraque indicare volent, non amplius per sensum et intellectum iudicabunt, sed per unum horum quod elegerint, et eos supra dictae dubitationes comitabuntur. 67. sin sensibus sensus et intellectus diiudicabunt, quandoqnidem repugnant et sensus sensibus et intellectus intellectibus, quemcumque ceperint ex repugnantibus sensibus ad diiudicationem aliorum sensuum, id de quo quaeritur arripient. illud enim quod pars est controversiae tamquam fide dignum iam assument ad diiudicationem eorum, quae perinde atque ipsum in quaestione versantur. eadem autem et in intellectibus ratio. 68. at si sensibus quidem intellectus diiudicent, sensus autem intellectu, vitiosus modus unum mutuo per alterum probandi esse comperitur; secundum quem ut sensus diiudicentur oportet prius diiudicatos esse intellectus; ut vero intellectus examinentur, sensuum examen prius fiat necesse est. 69. quandoquidem igitur criteria neque ab eiusdem generis criteriis diiudicari possunt neque utrumque genus ab uno, sed nec a diversi generis criteriis permutatim: intellectum intellectui aut sensum sensui praeferre non poterimus, ideoque per quod iudicemus nihil habebimus; si enim neque omnibus sensibus et intellectibus iudicare poterimus nec sciemus quibus iudicare oporteat quibus non, nihil per quod res iudicemus nobis relinquetur. itaque etiam his de causis criterium *per quod* nequaquam existere possit.**

## CAP. VII.

### De criterio secundum quod.

**70. Dispiciamus ergo deinceps criterium secundum quod res iudicari**

---

*l) αἱ ἔμπροσθεν εἰρημέναι*] de sensuum quidem iudicio sect. 49 seq., P 82
de intellectus sect. 57 seq.

*m) ἵνα μὲν αἱ αἰσθήσεις*] ita mss pro *ἵνα αἰσθήσεις*.

*γουσι τὰ πράγματα. πρῶτον τοίνυν ἐκεῖνό ἐστι εἰπεῖν [τε] περὶ αὐτοῦ ὅτι ἀπερινόητός ἐστι ἡ φαντασία· λέγουσι γὰρ φαντασίαν εἶναι τύπωσιν ἐν ἡγεμονικῷ* [n]*. ἐπεὶ οὖν ἡ ψυχὴ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν πνεῦμά* [o] *ἐστιν ἢ λεπτομερέστερόν τι πνεύματος, ὥς φασιν, οὐ δυνήσεταί τις τύπωσιν ἐπινοεῖν ἐν αὐτῷ, οὔτε κατ᾽ εἰσοχὴν καὶ ἐξοχήν* [p]*, ὡς ἐπὶ τῶν σφραγίδων ὁρῶμεν, οὔτε κατὰ τὴν*
P 83 *τερατολογουμένην ἑτεροιωτικήν* [q]*· οὐ γὰρ ἂν μνήμην τοσούτων ἀναδέξαιτο θεωρημάτων ὅσα συνίστησι τέχνην, ἐν ταῖς ἐπιγενο-*
71 *μέναις ἑτεροιώσεσι τῶν προϋποκειμένων ἀπαλειφομένων. εἰ μέντοι καὶ ἐπινοηθῆναι δύναιτο ἡ φαντασία, ἀκατάληπτος* [r] *ἔσται·*

**dicunt. illud certe primum dicere de eo licet, phantasiam nos intelligere non posse; dicunt enim phantasiam esse impressionem in principatu mentis. quum igitur anima et principatus mentis spiraculum sint aut tenuius quiddam spiraculo, ut aiunt, non poterit quisquam impressionem in ipso imaginari, nec per depressionem ac prominentiam, ut in sigillis videmus, nec per illam quae mire confingitur vim alteratricem. neque enim recordationem reciperet mens tot praeceptorum quae artem constituunt, quandoquidem supervenientibus aliis alterationibus priores delerentur. 71. quin etiam si posset intelligi phantasia, nihilominus incomprehensibilis foret, quoniam est passio**

---

n) *φαντασίαν εἶναι τύπωσιν ἐν ἡγεμονικῷ*] Stoicorum haec definitio phantasiae, de qua dictum ad lib. 1 contra Logicos sect. 228 seq.

o) *πνεῦμα*] auram calidam ac tenuem intellige, quare *spiraculum* quam *spiritum* reddere malui, ne quis de spiritu incorporali cogitaret; infra sect 81 ex Stoicorum mente: *τὸ δὲ ἡγεμονικόν, σῶμα, ἔστι γὰρ κατ᾽ αὐτοὺς πνεῦμα.* lib. 3 sect. 188 *ἐν τῷ ἡγεμονικῷ, πνεύματι κατ᾽ αὐτοὺς ὑπάρχοντι.*

p) *οὔτε κατ᾽ εἰσοχὴν καὶ ἐξοχήν*] sculptura omnis et *τύπωσις* constat *εἰσοχῇ καὶ ἐξοχῇ*, ita ut alia in eadem emineant, alia depressa sint. in sigillis vero imagines ita inciduntur et cavantur, ut impressae deinde in cera emineant; nam quae ita sunt factae ut emineant in gemma (ex utroque quippe genere quam plurimae adhuc prisci operis in curiosorum cimeliothecis exstent) licet maioris saepe artificii sint, non solent cerae inprimi neque in sigillis adhiberi, in quibus depressas imagines redderent, quod est oculis minus iucundum. nolui itaque cum HStephano velut disiuncta ponere *nec per prominentiam nec per depressionem in profundum*, sed presse Graecorum verborum insistere vestigiis, ut unum membrum disiunctionis constituant haec *οὔτε κατ᾽ εἰσοχὴν καὶ ἐξοχήν*, cui deinde opponitur alterum, *οὔτε κατὰ τὴν ἑτεροιωτικήν.* Laërtius 7 45 ex Zenonis Citiei sententia: *τὴν δὲ φαντασίαν τύπωσιν ἐν ψυχῇ, τοῦ ὀνόματος οἰκείως μετενηνεγμένου ἀπὸ τῶν τύπων ἐν τῷ κηρῷ ὑπὸ τοῦ δακτυλίου γινομένων.*

q) *ἑτεροιωτικήν*] ex Laërtii 7 50 et Suida in *φαντασία* constat Chrysippum negasse quod phantasiae *τύπωσις* in anima ac fiat veluti sigilli
P 83 impressio in cera, *οὐδὲ γὰρ δεκτέον τὴν τύπωσιν οἱονεὶ τύπον σφραγιστῆρος.* ratio eius erat, quod animus innumeras pariter impressiones ac veluti formas admittere possit, cera non possit, *ἐπεὶ ἀνένδεκτόν ἐστι πολλοὺς τύπους κατὰ τὸ αὐτὸ περὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθαι.* dicebat itaque *τύπωσιν* illam esse *ἀλλοίωσιν* ac veluti commutationem alterationemque (*ἑτεροίωσιν*, 1 contra Physicos) quam cum explicare ac demonstrare evidentius Chrysippus non possit, Sextus explodit veluti *τερατολογουμένην*, hoc est monstrificam atque incredibilem. confer 1 adversus Logicos sect. 373 seq. et 228 seq.

r) *ἐπινοηθῆναι – – ἀκατάληπτος*] etiamsi notio phantasiae constaret atque intelligi posset, tamen nondum posset comprehendi revera phantasiam ita se habere. vide de hac distinctione supra sect. 22.

ἐπεὶ γὰρ πάθος ἐστὶν ἡγεμονικοῦ, τὸ δὲ ἡγεμονικὸν οὐ καταλαμβάνεται ὡς ἐδείξαμεν [s]), οὐδὲ τὸ πάθος αὐτοῦ καταληψόμεθα. εἶτα 72
εἰ καὶ δοίημεν ὅτι καταλαμβάνεται ἡ φαντασία, οὐ δύναται κρίνεσθαι καὶ κατ᾽ αὐτὴν τὰ πράγματα· οὐ γὰρ δι᾽ ἑαυτῆς ἐπιβάλλει τοῖς ἐκτὸς καὶ φαντασιοῦται ἡ διάνοια, ὥς φασιν, ἀλλὰ διὰ τῶν αἰσθήσεων. αἱ δὲ αἰσθήσεις τὰ μὲν ἐκτὸς ὑποκείμενα οὐ καταλαμβάνουσι, μόνα δὲ εἰ ἄρα τὰ ἑαυτῶν πάθη [t])· καὶ ἡ φαντασία οὖν τοῦ πάθους τῆς αἰσθήσεως ἔσται, ὅπερ διαφέρει τοῦ ἐκτὸς ὑποκειμένου. οὐ γὰρ τὸ αὐτό ἐστι τὸ μέλι τῷ γλυκάζεσθαί με καὶ τὸ ἀψίνθιον τῷ πικράζεσθαι, ἀλλὰ διαφέρει· εἰ δὲ διαφέρει τοῦτο τὸ πάθος τοῦ ἐκτὸς ὑποκειμένου, ἡ φαν- 73
τασία ἔσται οὐχὶ τοῦ ἐκτὸς ὑποκειμένου, ἀλλ᾽ ἑτέρου τινὸς διαφέροντος αὐτοῦ. εἰ οὖν κατὰ ταύτην κρίνει ἡ διάνοια, φαύλως κρίνει καὶ οὐ κατὰ τὸ ὑποκείμενον. διόπερ ἄτοπόν ἐστι τὸ κατὰ τὴν φαντασίαν τὰ ἐκτὸς κρίνεσθαι λέγειν. ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦτό 74
ἐστιν εἰπεῖν ὅτι ἡ ψυχὴ καταλαμβάνει διὰ τῶν αἰσθητικῶν παθῶν τὰ ἐκτὸς ὑποκείμενα, διὰ τὸ ὅμοια τὰ πάθη τῶν αἰσθήσεων εἶναι τοῖς ἐκτὸς ὑποκειμένοις. πόθεν γὰρ εἴσεται ἡ διάνοια, εἰ ὅμοιά ἐστιν τὰ πάθη τῶν αἰσθήσεων τοῖς αἰσθητοῖς, μήτε αὐτὴ τοῖς ἐκτὸς ἐντυγχάνουσα μήτε τῶν αἰσθήσεων αὐτῶν [u]) αὐτῇ τὴν φύσιν αὐτῶν δηλουσῶν, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν πάθη, καθάπερ ἐκ τῶν τρόπων τῆς ἐποχῆς [x]) ἐπελογισάμην; ὥσπερ 75
γὰρ ὁ ἀγνοῶν μὲν Σωκράτην εἰκόνα δὲ τούτου θεασάμενος οὐκ οἶδεν εἰ ὁμοία ἐστὶν ἡ εἰκὼν τῷ Σωκράτει, οὕτω καὶ ἡ διάνοια τὰ μὲν πάθη τῶν αἰσθήσεων ἐποπτεύουσα [y]) τὰ δὲ ἐκτὸς μὴ

principatus mentis: quum autem principatus mentis non comprehendatur, ut ostendimus, ne eius quidem passiónem comprehendemus. 72. deinde etiamsi concedamus comprehendi phantasiam, non possunt tamen per eam res iudicari. non enim per se ipsam applicat se ad externa et imagines concipit, ut aiunt, sed per sensus. at vero sensus externa quidem subiecta non comprehendunt, sed solas forte suas passiones: ergo etiam phantasia tantum ad passionem sensus referetur, quae differt ab externo subiecto; non enim idem est mel cum eo quod dulcedinem ex illo percipio, et absinthium cum eo quod amarorem, sed differt. 73. si autem differt passio ab externo subiecto, phantasia erit non externi subiecti, sed alicuius alius diversi ab ipso. si igitur secundum hanc iudicet intellectus, prave iudicabit et non secundum id quod sensibus subiicitur. quocirca dicere externa iudicari secundum phantasiam absurdum fuerit. 74. sed ne hoc quidem dici potest animum comprehendere per sensiles passiones externa subiecta, propterea quod similes sint passiones sensuum externis subiectis. unde enim sciet intellectus an similes sint passiones sensuum iis quae sensu percipiuntur, quum neque ipse cum externis quicquam commercii habeat, nec sensus ipsimet naturam eorum illi declarent sed suas passiones, sicut ex modis epoches ratiocinatus sum? 75. quemadmodum enim qui ignorat quidem Socratem, sed eius imaginem conspexit, nescit an similis sit imago Socrati, sic et intellectus passio-

s) ὡς ἐδείξαμεν] supra sect. 57 seq.
t) μόνα δὲ εἰ ἄρα τὰ ἑαυτῶν πάθη] hoc dixerat sect. 49 huius libri τὰς αἰσθήσεις κενοπαθεῖν. illud εἰ ἄρα Sceptici est ab dogmatica asseveratione abhorrentis.
u) μήτε τῶν αἰσθήσεων αὐτῶν] αὐτῶν addidi ex mss.
x) ἐκ τῶν τρόπων τῆς ἐποχῆς] lib. 1 sect. 100 seq.
y) ἐποπτεύουσα] ita reposui ex mss pro ὑποπτεύουσα quod erat in

θεωροῦσα, οὐδὲ εἰ ὅμοιά ἐστι τὰ τῶν αἰσθήσεων πάθη τοῖς ἐκτὸς ὑποκειμένοις, εἴσεται *). οὐδὲ καθ' ὁμοίωσιν ἄρα δυνήσε-
76 ται ταῦτα κρίνειν κατὰ τὴν φαντασίαν. ἀλλὰ δῶμεν κατὰ συγ-
P 84 χώρησιν πρὸς τὸ ἐπινοεῖσθαι τὴν φαντασίαν καὶ καταλαμβάνεσθαι ἔτι καὶ ἐπιδεκτικὴν εἶναι τοῦ κρίνεσθαι [a]) κατ' αὐτὴν τὰ πράγματα (καίτοι τοῦ λόγου πᾶν τὸ ἐναντίον ὑπομνήσαντος), οὐκοῦν ἤτοι πάσῃ φαντασίᾳ πιστεύσομεν, καθ' ἣν ἔλεγε πάσας τὰς φαντασίας ἀπίστους εἶναι, καὶ περιτραπήσεται ὁ λόγος [b]) εἰς τὸ μὴ εἶναι πάσας τὰς φαντασίας, ὥστε καὶ κατ' αὐτὰς κρίνε-
77 σθαι δύνασθαι τὰ πράγματα· εἰ δέ τισι, πῶς ἐπικρινοῦμεν ὅτι ταῖσδε μὲν ταῖς φαντασίαις πιστεύειν προσήκει, ταῖς δὲ ἀπιστεῖν; εἰ μὲν γὰρ ἄνευ φαντασίας, δώσουσιν ὅτι παρέλκει ἡ φαντασία πρὸς τὸ κρίνειν, εἴ γε χωρὶς αὐτῆς κρίνεσθαι δύνασθαι τὰ πράγματά τινα λέξουσιν· εἰ δὲ μετὰ φαντασίας δεήσει, πῶς λήψονται τὴν φαντασίαν, ἣν παραλαμβάνουσι πρὸς τὴν τῶν
78 ἄλλων φαντασιῶν κρίσιν; ἢ πάλιν αὐτοῖς ἄλλης φαντασίας δεήσει πρὸς τὴν κρίσιν τῶν ἄλλων φαντασιῶν, καὶ εἰς τὴν ἐκείνης κρίσιν ἄλλης καὶ εἰς ἄπειρον. ἀδύνατον δὲ ἄπειρα ἐπικρῖναι· ἀδύνατον ἄρα εὑρεῖν ποίαις μὲν φαντασίαις ὡς κριτηρίοις δεῖ χρῆσθαι, ποίαις δὲ οὐδαμῶς. ἐπεὶ οὖν, κἂν δῶμεν ὅτι κατὰ τὰς φαντασίας δεῖ κρίνειν τὰ πράγματα ἑκατέρωθεν περιτρέπεται ὁ λόγος καὶ ἐκ τοῦ πᾶσι πιστεύειν, καὶ ἐκ τοῦ τισὶ μὲν πιστεύειν ὡς κριτηρίοις, τισὶ δὲ ἀπιστεῖν, συνάγεται τὸ μὴ δεῖν τὰς φαντασίας πρὸς τὴν κρίσιν τῶν πραγμάτων ὡς κριτήρια

nes quidem sensuum subaspectans externa autem non intuens ne hoc quidem sciet an passiones sensuum externis subiectis similes sint. ergo ne per assimilationem quidem poterit haec indicare secundum phantasiam. 76. sed tamen demus per concessionem non solum imaginari nos posse phantasiam et comprehendere, sed etiam capacem ferendi de rebus iudicii esse (quamvis nostra disputatio omnino contrarium docuerit) consequetur, aut omni phantasiae fidem habendam esse, atque adeo etiam illi, secundum quam aliquis omnes phantasias fide indignas esse affirmabit, et eo retorquebitur oratio, ut non omnes phantasiae ita fidem mereri dicantur ut etiam secundum eas indicari res possint. 77. at si aliquibus *duntaxat* phantasiis *credendum esse dicamus*, quomodo diiudicabimus his quidem phantasiis esse fidem adhibendam illis autem minime? si enim absque phantasia *iudicaverint*, phantasiam ad iudicium de rebus ferendum supervacaneam esse concedent, siquidem sine ea posse res aliquas indicari dicent; sin cum phantasia iudicare res oportebit, quomodo illam phantasiam sibi sument, quam ad aliarum phantasiarum diiudicationem accipiunt? 78. aut rursum ipsis alia phantasia ad diiudicationem aliarum phantasiarum opus erit, et ad illius diiudicationem alia, et ita in infinitum. nullo modo autem infinita diiudicari possunt. nullo modo igitur licet invenire quibus phantasiis ut criteriis oporteat uti, quibus minime. quandoquidem igitur, etiamsi concedamus secundum phantasias res esse indicandas, utrinque retorquetur oratio et ex eo quod omnibus credendum sit, et ex eo quod quibusdam tantummodo, quibusdam nequaquam: hinc colligitur non debere phantasias ad di-

---

editis, et HStephanus quoque in codice suo repererat, vertit enim *subaspectans*.

z) εἴσεται] ita mss V et Savil. et HSteph. pro quo in editis: πόθεν γὰρ εἴσεται ἡ διάνοια παρ' αὐτοῖς quod ex superioribus repetitum videtur.

P 84 a) τοῦ κρίνεσθαι] ita rectius mss pro τούτου.

b) περιτραπήσεται ὁ λόγος] confer lib. 1 contra Logicos sect. 389 seq.

παραλαμβάνειν. ταῦτα μὲν ἀρκεῖ νῦν εἰπεῖν ὡς ἐν ὑποτυπώσει [c]) 79
καὶ πρὸς τὸ κριτήριον, καθ' ὃ κρίνεσθαι τὰ πράγματα ἐλέγετο. εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι οὐ πρόκειται ἡμῖν ἀποφήνασθαι [d]), ὅτι ἀνύπαρκτόν ἐστι τὸ κριτήριον τὸ τῆς ἀληθείας (τοῦτο γὰρ δογματικόν), ἀλλ' ἐπεὶ οἱ δογματικοὶ πιθανῶς δοκοῦσι κατεσκευακέναι ὅτι ἔστι τι κριτήριον ἀληθείας, ἡμεῖς αὐτοῖς πιθανοὺς δοκοῦντας εἶναι λόγους ἀντεθήκαμεν, οὔτε ὅτι ἀληθεῖς εἰσι διαβεβαιούμενοι οὔτε ὅτι πιθανώτεροι τῶν ἐναντίων, ἀλλὰ διὰ τὴν φαινομένην ἴσην πιθανότητα τούτων τε τῶν λόγων καὶ τῶν παρὰ τοῖς Δογματικοῖς κειμένων τὴν ἐποχὴν συνάγοντες.

## ΚΕΦ. η'.

### Περὶ ἀληθοῦς καὶ ἀληθείας.

Εἰ μέντοι καὶ δοίημεν καθ' ὑπόθεσιν εἶναί τι τῆς ἀληθείας 80
κριτήριον, ἄχρηστον εὑρίσκεται καὶ μάταιον, ἐὰν ὑπομνήσωμεν P 85
ὅτι ὅσον ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τῶν Δογματικῶν ἀνύπαρκτος μέν ἐστιν ἡ ἀλήθεια, ἀνυπόστατον δὲ τὸ ἀληθές. ὑπομιμνήσκομεν δὲ οὕτως. λέγεται διαφέρειν τῆς ἀληθείας τὸ ἀληθὲς [e]) 81
τριχῶς, οὐσίᾳ συστάσει δυνάμει· οὐσίᾳ μέν, ἐπεὶ τὸ μὲν ἀληθὲς ἀσώματόν [f]) ἐστιν, ἀξίωμα γάρ ἐστι καὶ λεκτόν, ἡ δὲ ἀλή-

**indicationem rerum tamquam criteria accipi. 79. haec ut in brevi institutione disputasse sat erit etiam adversus criterium, secundum quod res indicari dicebantur. sciendum est autem nobis non propositum esse ostendere nullum esse veritatis criterium (hoc enim dogmaticum est), sed quoniam Dogmatici probabiliter videntur astruxisse esse aliquod veritatis criterium, nos eis rationes quae probabiles videntur opposuimus; non tamen eas esse veras nec contrariis probabiliores affirmamus, sed propter probabilitatem, quam videntur habere parem et hae rationes et illae quae a Dogmaticis positae sunt, assensum retinendum esse colligimus.**

## CAP. VIII.

### De vero et veritate.

**80. Quodsi etiam per suppositionem concedamus aliquod esse veritatis criterium, inutile comperitur esse et vanum si doceamus ex iis quae a Dogmaticis dicuntur non existere veritatem nec posse subsistere verum. sic autem hoc docemus. 81. dicitur differre verum a veritate trifariam, substantia constitutione potentia; substantia quidem, quia verum incorporeum est, siquidem pronuntiatum est et dictum, at veritas corpus; est enim sci-**

---

c) *ὡς ἐν ὑποτυπώσει*] breviter et in compendio. vide ad lib. 1 sub init.
d) *οὐ πρόκειται ἡμῖν ἀποφήνασθαι*] hoc iterum inculcat infra sect. 103 et lib. 1 adversus Logicos sect. 443 et lib. 2.
e) *τῆς ἀληθείας τὸ ἀληθές*] est haec Stoicorum distinctio subtilius ut P 85
solent ab aliis disputata, de qua locus dicendi plura ad lib. 1 adversus Logicos et lib. 2.
f) *ἀσώματον*] Stoici *λεκτόν* et *ἀξίωμα* negabant esse corpora, ut patet ex lib. 1 contra Grammaticos sect. 28, 155 et lib. 2 contra Logicos. Seneca epist. 117 *dico:* Cato ambulat. *non corpus quidem est quod nunc loquor, sed enuntiativum quiddam de corpore, quod alii effatum vocant, alii enuntiatum, alii edictum.* infra lib. 3 sect. 52 *εἰ μὲν γὰρ λεκτόν ἐστιν ὁ λόγος καὶ ἀσώματος, ὡς οἱ Στωϊκοί φασιν.* per *ἀξίωμα* intelligebant pronuntiatum enuntiationem propositionem. *λεκτόν* latius il-

θεια σῶμα[g])· ἔστι γὰρ ἐπιστήμη πάντων ἀληθῶν[h]) ἀποφαντική· ἡ δὲ ἐπιστήμη πως[*]) ἔχον ἡγεμονικόν[i]), ὥσπερ καὶ ἡ πως ἔχουσα χείρ, πυγμή, τὸ δὲ ἡγεμονικὸν σῶμα[k])· ἔστι γὰρ κατ᾽
82 αὐτοὺς πνεῦμα. συστάσει δέ, ἐπεὶ μὲν τὸ ἀληθὲς ἁπλοῦν τί ἐστιν, οἷον ἐγὼ διαλέγομαι, ἡ δὲ ἀλήθεια ἀπὸ πολλῶν ἀληθῶν
83 γνώσεως συνίσταται. δυνάμει δέ, ἐπεὶ ἡ μὲν ἀλήθεια ἐπιστήμης ἔχεται, τὸ δὲ ἀληθὲς οὐ πάντως. διόπερ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἐν μόνῳ σπουδαίῳ[l]) φασὶν εἶναι, τὸ δὲ ἀληθὲς καὶ ἐν φαύλῳ·
84 ἐνδέχεται γὰρ τὸν φαῦλον ἀληθές τι εἰπεῖν. ταῦτα μὲν οἱ Δογματικοί· ἡμεῖς δὲ πάλιν τῆς κατὰ τὴν συγγραφὴν προαιρέ-

**entia omnium verorum pronuntiativa. scientia autem est principatus mentis certo quodam modo se habens, quemadmodum certus quidam manus habitus est pugnus, at principatus mentis est corpus; est enim secundum eos spiraculum. 82. constitutione autem** *dicitur verum a veritate differre*, **eo quod verum quidem simplex sit quiddam, ut ego disputo, veritas autem ex multorum verorum cognitione constet. 83. potentia vero quoniam veritati quidem scientia adhaeret, at vero non necessario. unde fit ut veritatem quidem in solo sapiente dicant esse, verum autem etiam in stulto; contingere enim potest ut stultus veri aliquid dicat. 84. et haec quidem Dogmatici. nos autem vicissim instituti operis rationem habentes ad solum verum**

---

lis patebat. hinc infra sect. 104 *ἀξίωμα* definitur quod sit *λεκτόν*, ubi dicta si placet vide. ambigue itaque *λεκτόν* ab interprete Laërtii 7 63 redditur *effatum*, nam omne quidem effatum est *λεκτόν* secundum Stoicos, sed non vicissim, nam ut idem Laërtius eodem loco et Suidas in *κατηγόρημα* notat, *κατηγορήματα* etiam sunt *λεκτά*, hoc est, habent aliquam significationem, ut equus Socrates albor. Basarius Ammonii interpres *λεκτόν* vertit *dictile*, HStephanus *dicibile*, *vel in dicto seu dictione consistens*, vel etiam *quod in verbo consistit*. his omnibus *dictum* praetuli, ut usitatius et Graeco vocabulo congruentius. quemadmodum autem *λεκτόν* et *ἀξίωμα* incorporeum Stoicis, ita *φωνή* corpus, ut notarunt viri docti ad Laërtium 7 55 ex Gellii 5 15 Eustathio ad Iliad. *β* v. 490 aliisque.

*g*) *ἀλήθεια σῶμα*] Stoicis sapientia virtutes vitia artes memoria phantasia affectus appetitiones assensiones (et nescio quid non) inter corpora referebantur ut iam pridem notarunt viri docti ad Laërtium 7 55 et Lipsius in Physiologia Stoica lib. 2 diss. 4. non mirum itaque veritatem etiam pro corpore habitam esse ob causas quas mox affert Sextus, et quibus licet addere, quod veritas tamquam res vera efficere aliquid et movere hominum animos potest. in hanc sententiam Seneca epist. 117 *placet nostris, quod bonum est, esse corpus: quia quod bonum est, facit: quicquid facit corpus est.*

*h*) *πάντων ἀληθῶν*] infra sect. 84 *ἡ ἀλήθεια σύστημα τῆς τῶν ἀληθῶν γνώσεως εἶναι λεγομένη.*

[*) legebatur *πῶς* hic et infra.]

*i*) *ἡ δὲ ἐπιστήμη πως ἔχον ἡγεμονικόν*] sic Seneca epist. 113 *virtus nihil est aliud quam animus quodammodo se habens.*

*k*) *τὸ δὲ ἡγεμονικὸν σῶμα*] supra sect. 70 Tertullianus de anima cap. 7, ubi ostendit Zenonem Citieum, etsi animum *spiritum consitum* definit, tamen cum Cleanthe ac Chrysippo habere pro corpore.

*l*) *τὴν μὲν ἀλήθειαν ἐν μόνῳ σπουδαίῳ*] per *σπουδαῖον* hoc loco ut saepe alias v. g. apud Laërtium 7 117, 119 etc. intelligendus est Stoicorum ille sapiens, quem solum aiebant esse divitem amicum regem solum etiam non opinari neque falso assentiri, de quo multa Lipsius II 8 manuduct. et noster infra lib. 1 contra Logicos sect. 423, 432. apud Laërtium 7 83 legas scitum Stoicorum, *διαλεκτικὸν ἀεὶ εἶναι τὸν σοφόν.*

σεως m) στοχαζόμενοι πρὸς μόνον τὸ ἀληθὲς νῦν τοὺς λόγους ποιησόμεθα. ἐπεὶ συμπεριγράφεται n) τούτῳ καὶ ἡ ἀλήθεια, σύστημα τῆς τῶν ἀληθῶν γνώσεως εἶναι λεγομένη. πάλιν δὲ ἐπεὶ τῶν λόγων οἱ μέν εἰσι καθολικώτεροι, δι' ὧν αὐτὴν τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἀληθοῦς κινοῦμεν, οἱ δὲ εἰδικοί, δι' ὧν δείκνυμεν ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν φωνῇ τὸ ἀληθὲς ἢ ἐν λεκτῷ ἢ ἐν τῇ κινήσει τῆς διανοίας o), τοὺς καθολικωτέρους ἐκθέσθαι μόνους ὡς πρὸς τὸ παρὸν ἀρκεῖν ἡγούμεθα. ὥσπερ γὰρ τείχους θεμελίῳ P 86
κατενεχθέντι καὶ τὰ ὑπερκείμενα πάντα συγκαταφέρεται p), οὕτω τῇ τοῦ ἀληθοῦς ὑποστάσει διατρεπομένῃ καὶ αἱ κατὰ μέρος Δογματικῶν εὑρεσιλογίαι q) συμπεριγράφονται.

## ΚΕΦ. Θ'.
## Εἰ ἔστι τι φύσει ἀληθές.

Διαφωνίας τοίνυν οὔσης περὶ τοῦ ἀληθοῦς παρὰ τοῖς Δογμα- 85
τικοῖς, ἐπεί τινες μέν φασιν εἶναί τι ἀληθές, τινὲς δὲ μηδὲν εἶναι r) ἀληθές, οὐκ ἐνδέχεται τὴν διαφωνίαν ἐπικρῖναι. ἐπειδὴ ὁ λέγων εἶναί τι ἀληθὲς οὔτε ἄνευ ἀποδείξεως τοῦτο λέγων πιστευθήσεται διὰ τὴν διαφωνίαν, ἥν τε καὶ ἀπόδειξιν βούληται φέ-

**orationem dirigemus, quia hoc includitur etiam veritas, quae accumulatio cognitionis verorum esse dicitur. rursum autem quia rationum aliae sunt generaliores, quibus ipsam subsistentiam veri attentamus, aliae speciales, quibus ostendimus ipsum verum non esse in voce aut in dicto aut in notione intellectus: generaliores exponere in praesentia satis esse putamus. quemadmodum enim quum muri fundamentum ruinam dedit, omnia etiam superimposita corruunt, sic veri subsistentia sublata etiam particularia Dogmaticorum commenta una excluduntur.**

## CAP. IX.
## An aliquid sit natura verum.

**85. Quum igitur controversia sit de vero inter Dogmaticos, quoniam nonnulli quidem aliquid verum esse dicunt nonnulli autem nihil esse verum, fieri non potest ut diiudicetur controversia, quoniam qui dicit esse aliquid verum, si absque demonstratione hoc dicat, fidem non obtinebit propter controversiam; sin demonstrationem afferre velit, si falsam hanc esse fa-**

---

m) *τῆς κατὰ τὴν συγγραφὴν προαιρέσεως*] **brevitatis studium intellige, quod in hoc opere sibi Sextus proposuit.**

n) *συμπεριγράφεται*] **de hoc vocabulo, quod mox hac ipsa sectione repetit, dixi supra lib. 1 sect. 14.**

o) *οὐκ ἐν φωνῇ ἢ ἐν λεκτῷ ἢ ἐν τῇ κινήσει διανοίας*] **quemadmodum Ammonius in librum philosophi** *περὶ ἑρμηνείας* **p. 7 ait** *λεκτόν* **esse** *μέσον νοήματος καὶ πράγματος*, **ita noster hoc loco illud medium facit inter vocem et cogitationem.**

p) *τὰ ὑπερκείμενα πάντα συγκαταφέρεται*] **ita reposui ex mss pro** P 86
*ὑποκείμενα.* **Salmasius ex ingenio legebat** *ἐπικείμενα.*

q) *εὑρεσιλογίαι*] **etiam hoc rectum puto licet ms Savil.** *εὑρεσιολογίαι*, **atque** *εὑρεσιολογοῦντες* **[ubi est** *εὑρεσιλογ.*] **1 Pyrrhon. sect. 63 et** *εὑρεσιολογεῖν* **lib. contra Ethicos sect. 7 [ubi itidem est** *εὑρεσιλ.*], **ubi dicta, si placet vide.** *δογματικὴ εὑρεσιλογία* **supra sect. 9 huius libri.**

r) *μηδὲν εἶναι*] **ita mss pro** *μή* **et mox** *βούληται φέρειν*, **pro** *βούλεται.* **pro** *διαφωνίαν* **V quandoque** *διαφωνείαν*. **porro ad argumentum ipsum illustrandum conferendus liber 2 adversus Logicos.**

ρειν, ἢν μὲν ψευδῆ ταύτην εἶναι συνομολογήσῃ, ἄπιστος ἔσται· ἀληθῆ δὲ ἀπόδειξιν εἶναι λέγων εἰς τὸν διάλληλόν τε ἐμπίπτει λόγον, καὶ ἀπόδειξιν αἰτηθήσεται ἀληθῆ αὐτὴν ὑπάρχειν καὶ ἐκείνης ἄλλην, καὶ μέχρις ἀπείρου [s])· ἀδύνατον δὲ ἄπειρα ἀπο-
86 δεῖξαι· ἀδύνατον ἄρα γνῶναι καὶ ὅτι ἐστί τι ἀληθές. καὶ μὴν τὸ τὶ, ὅπερ φασὶν εἶναι πάντων γενικώτατον, ἤτοι ἀληθὲς ἢ ψεῦδός ἐστιν, ἢ οὔτε ἀληθὲς οὔτε ψεῦδος, ἢ καὶ ψεῦδος καὶ ἀληθές. εἰ μὲν οὖν ψεῦδος αὐτὸ εἶναι φήσουσιν, ὁμολογήσουσιν ὅτι ἐστὶ πάντα ψευδῆ· ὥσπερ γὰρ ἐπεί τι ζῷον ἔμψυχόν ἐστι, καὶ πάντα τὰ ζῷα τὰ κατὰ μέρος ἔμψυχά ἐστιν, οὕτως εἰ τὸ γενικώτατον πάντων τὸ τὶ ψεῦδός ἐστι, καὶ πάντα τὰ κατὰ μέρος ἔσται ψευδῆ καὶ οὐδὲν ἀληθές· ᾧ συνεισάγεται τὸ μηδὲν εἶναι ψευδές. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πάντα ἐστὶ ψευδῆ, καὶ τὸ ἐστί τι ψεῦδος, τῶν πάντων καθεστὼς ψεῦδος ἔσται, εἰ δὲ ἀληθές ἐστι τὸ τὶ, πάντα ἔσται ἀληθῆ· ᾧ συνεισάγεται πάλιν τὸ μηδὲν
87 εἶναι ἀληθές, εἴ γε καὶ αὐτὸ τοῦτο (τὶ ὑπάρχον) λέγω δὲ τὸ μηδὲν εἶναι ἀληθές, ἀληθές ἐστιν. εἰ δὲ καὶ ψεῦδός ἐστι καὶ ἀληθὲς τὸ τὶ, ἕκαστον τῶν κατὰ μέρος καὶ ψεῦδος ἔσται καὶ ἀληθές· ἐξ οὗ συνεισάγεται τὸ μηδὲν φύσει ἀληθὲς εἶναι· τὸ γὰρ φύσιν ἔχον τοιαύτην ὥστε εἶναι ἀληθὲς πάντως οὐκ ἂν εἴη ψευδές· εἰ δ' οὔτε ψευδές ἐστιν οὔτε ἀληθὲς τὸ τί, ὁμολογεῖται ὅτι καὶ πάντα τὰ ἐπὶ μέρους μήτε ψευδῆ μήτε ἀληθῆ εἶναι λε-
P 87 γόμενα, οὐκ ἔσται ἀληθῆ. καὶ διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἄδηλον ἡμῖν
88 ἔσται εἰ ἔστιν ἀληθές. πρὸς τούτοις ἤτοι φαινόμενά ἐστι μόνον τὰ ἀληθῆ ἢ ἄδηλα μόνον, ἢ τῶν ἀληθῶν τὰ μὲν ἄδηλά ἐστι

sus fuerit, fides ei non habebitur. at si demonstrationem esse veram dicat, in vitiosum modum probandi mutuo unum per alterum incidit. et demonstratio ab eo postulabitur qua demonstret veram illam esse, et huius quoque alia, et ita usque in infinitum: nullo modo autem infinita demonstrari possunt; nullo modo itaque cognosci potest esse aliquid verum. 86. quin etiam ipsum aliquid, quod omnium generalissimum esse dicunt, aut verum aut falsum est, aut neque verum neque falsum, aut verum simul et falsum. si ergo falsum ipsum esse dicent, falsa esse omnia fatebuntur. quemadmodum enim quia aliquid quod est animal animatum est, particulatim quoque omnia animalia animata sunt, eodem modo si generalissimum omnium "aliquid" falsum est, omnia quoque particularia erunt falsa et nihil verum. ex quo etiam concluditur nihil esse falsum. nam haec propositio "omnia sunt falsa" et haec "est aliquid falsum" quum sub appellatione omnium contineatur, erit falsa. 87. quodsi verum sit aliquid, vera erunt omnia; ex quo infertur rursus nihil esse verum, si quidem et istud ipsum, nimirum nihil esse verum, quod et ipsum est aliquid, sit verum. at si et verum et falsum est "aliquid", unumquodque particularium et falsum erit et verum; ex quo infertur nihil natura verum esse. nam quod naturam talem habet ut verum sit, nullo modo possit esse falsum. at si nec falsum nec verum est aliquid, pro confesso est omnia particularia, quae neque falsa neque vera esse dicuntur, vera nequaquam futura. quare et propter haec obscurum nobis erit an sit verum. 88. insuper vero aut ea solum quae evidentia sunt, sunt vera, aut ea solum quae obscura sunt, aut verorum alia obscura sunt

s) *μέχρις ἀπείρου*] ms Savil. *μέχρι εἰς ἄπειρον*. idem argumentum lib. 2 contra Logicos. quod deinde ait, *τὸ τὶ*, *aliquid* esse omnium generalissimum, hoc recurrit infra sect. 223. etiam cavillationem illam si omnia falsa sint, inde sequi omnia esse vera, repetit iterum infra sect. 188.

τὰ δὲ φαινόμενα· οὐδὲν δὲ τούτων ἐστὶν ἀληθές, ὡς δείξομεν, οὐδὲν ἄρα ἐστὶν ἀληθές. εἰ μὲν οὖν φαινόμενα μόνον ἐστὶ τὰ ἀληθῆ, ἤτοι πάντα τὰ φαινόμενα λέξουσιν εἶναι ἀληθῆ ἤ τινα· καὶ εἰ μὲν πάντα, περιτρέπεται ὁ λόγος — φαίνεται γάρ τισι[t]) τὸ μηδὲν εἶναι ἀληθές — εἰ δέ τινα, ἀνεπικρίτως μὲν οὐ δύναταί τις λέγειν ὅτι τάδε μέν ἐστιν ἀληθῆ τάδε δὲ ψευδῆ, κριτηρίῳ δὲ χρώμενος ἤτοι φαινόμενον εἶναι λέξει τοῦτο τὸ κριτήριον ἢ ἄδηλον. καὶ ἄδηλον μὲν οὐδαμῶς· μόνα γὰρ ὑπόκεινται νῦν ἀληθῆ τὰ φαινόμενα· εἰ δὲ φαινόμενον, ἐπεὶ ζητεῖται[u]) τίνα 89
μὲν φαινόμενά ἐστιν ἀληθῆ τίνα δὲ ψευδῆ, καὶ τὸ λαμβανόμενον φαινόμενον πρὸς τὴν κρίσιν τῶν φαινομένων πάλιν ἑτέρου δεήσεται κριτηρίου φαινομένου, κἀκεῖνο ἄλλου, καὶ μέχρις ἀπείρου. ἀδύνατον δὲ ἄπειρα ἐπικρίνειν· ἀδύνατον ἄρα καταλαβεῖν εἰ φαινόμενά ἐστι μόνον τὰ ἀληθῆ. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ λέγων τὰ ἄδηλα μόνα εἶναι 90
ἀληθῆ, πάντα μὲν οὐ λέξει εἶναι ἀληθῆ· οὐ γὰρ καὶ τὸ ἀρτίους εἶναι τοὺς ἀστέρας[x]) ἀληθὲς εἶναι λέξει ἢ τὸ περιττοὺς τούτους ὑπάρχειν· εἰ δέ τινα, τίνι κρινοῦμεν ὅτι τάδε μὲν τὰ ἄδηλά ἐστιν ἀληθῆ τάδε δὲ ψευδῆ; φαινομένῳ μὲν γὰρ οὐδαμῶς· εἰ δὲ ἀδήλῳ ἐπιζητοῦμεν τίνα τῶν ἀδήλων ἐστὶν ἀληθῆ καὶ τίνα ψευδῆ, δεήσεται καὶ τοῦτο τὸ ἄδηλον ἀδήλου ἑτέρου τοῦ ἐπικρινοῦντος αὐτό, κἀκεῖνο ἄλλου καὶ μέχρις ἀπείρου. διόπερ οὐδὲ ἄδηλα μόνον ἐστὶ τἀληθῆ. λείπεται λέγειν ὅτι τῶν ἀληθῶν τὰ μέν ἐστι 91
φαινόμενα τὰ δὲ ἄδηλα· ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἄτοπον. ἤτοι γὰρ

alia sunt evidentia. at nihil horum verum est, ut demonstrabimus; nihil igitur est verum. nam si evidentia solum sint vera, vel omnia evidentia dicent esse vera vel aliqua. et si quidem omnia, retorquetur oratio (quibusdam enim evidens videtur nihil esse verum); sin aliqua, absque dijudicatione quidem nemo dicere potest, haec esse vera illa autem falsa; at iudicatorio utens aut evidens esse dicet hoc indicatorium aut obscurum. et obscurum quidem nequaquam dixerit; sola enim evidentia nunc supponuntur esse vera. 89. sin autem evidens dicat esse, quoniam quae evidentia sint vera quae item falsa ambigitur, etiam illud evidens quod ad diiudicationem evidentium sumetur rursum alio indicatorio evidente egebit, et illud alio, et ita usque in infinitum. atqui nullo modo possunt infinita diiudicari; nullo modo igitur etiam potest an vera sint evidentia solum comprehendi. 90. itidem qui obscura sola esse vera dicit, omnia quidem esse vera non dixerit; non enim etiam parem esse stellarum numerum verum esse dicet aut imparem: sin autem dicet aliqua, unde haec quidem obscura esse vera illa autem falsa diiudicabimus? aliquo enim evidente nequaquam diiudicetur, at si per obscurum investigemus quae ex incertis sint vera et quae falsa, nimirum indigebit et hoc obscurum alio obscuro quod diiudicet ipsum et illud alio, et ita usque in infinitum. quamobrem neque obscura solum sunt vera. 91. huc ergo redigimur, ut vera partim evidentia partim obscura esse dicamus. sed hoc quoque absurdum est. nam aut omnia et evidentia et ob-

---

t) *φαίνεται γάρ τισι*] ut Gorgiae de quo supra sect. 59 et Xeniadi de quo 2 contra Logicos sect. 399. caeterum pro *γάρ τισι* quod sensu postulante et mss iubentibus rescripsi, editi habebant *γάρ φησι*. P 87

u) *ἐπεὶ ζητεῖται*] ita recte mss pro *ἐπιζητεῖται*.

x) *τὸ ἀρτίους εἶναι τοὺς ἀστέρας*] infra sect. 97 lib. 2 contra Logicos. Cicero Lucullo: *qui omnia sic incerta dicunt, ut stellarum numerus par an impar sit nesciatur, quasi desperatos aliquos relinquamus.*

πάντα τά τε φαινόμενα καὶ τὰ ἄδηλά ἐστιν ἀληθῆ, ἢ τινὰ φαι-
νόμενα καί τινα ἄδηλα. εἰ μὲν οὖν πάντα, πάλιν περιτραπήσε-
ται ὁ λόγος[y]) ἀληθοῦς εἶναι διδομένου καὶ τοῦ μηδὲν εἶναι ἀλη-
θές. λεχθήσεται δὲ ἀληθὲς καὶ τὸ ἀρτίους εἶναι τοὺς ἀστέρας
92 καὶ τὸ περιττοὺς τούτους ὑπάρχειν. εἰ δέ τινα τῶν φαινομένων
καί τινα τῶν ἀδήλων ἐστὶν ἀληθῆ, πῶς ἐπικρινοῦμεν ὅτι τῶν
φαινομένων τάδε μέν ἐστιν ἀληθῆ, τάδε δὲ ψευδῆ; εἰ μὲν διὰ
φαινομένου, εἰς ἄπειρον ἐκβάλλεται ὁ λόγος· εἰ δὲ δι' ἀδήλου,
P 88 ἐπεὶ καὶ τὰ ἄδηλα δεῖται κρίσεως, πάλιν τοῦτο ἄδηλον διὰ τίνος
κριθήσεται· εἰ μὲν διὰ φαινομένου, ὁ διάλληλος εὑρίσκεται τρό-
93 πος, εἰ δὲ δι' ἀδήλου, ὁ εἰς ἄπειρον ἐκβάλλων. ὁμοίως δὲ καὶ
περὶ τῶν ἀδήλων λεκτέον· ὁ μὲν γὰρ ἀδήλῳ τινὶ κρίνειν αὐτὰ
ἐπιχειρῶν εἰς ἄπειρον ἐκβάλλεται, ὁ δὲ φαινομένῳ ἢ ἀεὶ φαι-
νόμενον προσλαμβάνων εἰς ἄπειρον, ἢ ἐπὶ ἄδηλον μεταβαίνων
εἰς τὸν διάλληλον. ψεῦδος ἄρα ἐστὶ τὸ λέγειν, τῶν ἀληθῶν τὰ
94 μὲν εἶναι φαινόμενα τὰ δὲ ἄδηλα. εἰ οὖν μήτε τὰ φαινόμενά
ἐστιν ἀληθῆ μήτε τὰ ἄδηλα μόνα μήτε τινὰ μὲν φαινόμενα τινὰ
δὲ ἄδηλα, οὐδέν ἐστιν ἀληθές. εἰ δὲ μηδέν ἐστιν ἀληθές, τὸ
δὲ κριτήριον δοκεῖ πρὸς τὴν κρίσιν τοῦ ἀληθοῦς χρησιμεύειν,
ἄχρηστον καὶ μάταιόν ἐστι τὸ κριτήριον, κἂν δῶμεν αὐτὸ κατὰ
συγχώρησιν ἔχειν τινὰ ὑπόστασιν. καὶ εἴ γε ἐφεκτέον περὶ τοῦ
εἰ ἔστι τι ἀληθές, ἀκόλουθόν ἐστι τοὺς λέγοντας ὡς διαλεκτική
ἐστιν ἐπιστήμη ψευδῶν καὶ ἀληθῶν[z]) καὶ οὐδετέρων προπετεύ-
95 εσθαι. ἀπόρου δὲ τοῦ κριτηρίου τῆς ἀληθείας φανέντος, οὔτε
περὶ τῶν ἐναργῶν εἶναι δοκούντων (ὅσον ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ὑπὸ

scura sunt vera, aut quaedam ex evidentibus et quaedam ex obscuris. si igitur omnia, rursum retorquebitur oratio, quum verum etiam hoc esse concedatur, nihil esse verum. dicetur autem verum etiam hoc, nimirum parem esse stellarum numerum, et illud quoque esse imparem illarum numerum. 92. at si aliqua eorum quae evidentia videntur et aliqua obscurorum vera sunt, qui diiudicabimus ex evidentibus haec quidem esse vera, illa autem falsa? si quidem per evidens id velimus facere, in infinitum protrahitur oratio; sin per obscurum, quoniam etiam obscurae res indicatione indigent, rursum hoc obscurum, per quod iudicabitur? si quidem per evidens, comperitur modus vitiosus probandi mutuo unum per alterum; sin per obscurum, modus ad infinitum compellens. 93. idem et de obscuris dicendum est. nam qui aliquo obscuro iudicare ipsa aggreditur, in infinitum extruditur; at qui evidente, aut semper assumens id quod evidens videtur, ad infinitum, aut ad obscurum transiens, ad vitiosum modum probandi mutuo unum per alterum compellitur. falsum est ergo quod dicitur, verorum alia esse evidentia alia obscura. 94. si igitur neque evidentia sola vera sunt neque obscura sola, nec quaepiam ex evidentibus quaepiam ex obscuris, nihil est verum. at si nihil est verum, criterium autem debet ad indicationem veri conducere, inutile et vanum est criterium, etiamsi existere illud per concessionem demus. quodsi assensum retinere oportet de hoc, an sit aliquid verum, inde colligitur eos qui dicunt dialecticen esse scientiam falsorum et verorum et neutrorum temerarie loqui. 95. quum autem criterium veritatis nullo modo posse inveniri patuerit, non amplius neque de

y) *περιτραπήσεται ὁ λόγος*] simile argumentum supra sect. 86.
P 88 z) *ἐπιστήμη ψευδῶν καὶ ἀληθῶν*] constat Stoicos ita definiisse dialecticam, infra sect. 247, et contra Ethicos. Laërtius 7 42, Suidas in *Διαλεκτική*.

τῶν Δογματικῶν) ἔτι οἷόν τέ ἐστι διισχυρίζεσθαι οὔτε περὶ τῶν
ἀδήλων. ἐπεὶ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐναργῶν ταῦτα καταλαμβάνειν οἱ
Δογματικοὶ νομίζουσιν, ἐὰν ἐπέχειν περὶ τῶν ἐναργῶν καλουμέ-
νων ἀναγκαζώμεθα, πῶς ἂν περὶ τῶν ἀδήλων ἀποφαίνεσθαι
τολμήσαιμεν; ἐκ πολλοῦ δὲ τοῦ περιόντος καὶ πρὸς τὰ ἄδηλα 96
τῶν πραγμάτων ἰδίως ἐνστησόμεθα. καὶ ἐπειδὴ ταῦτα διὰ ση-
μείου τε καὶ ἀποδείξεως καταλαμβάνεσθαι καὶ κρατύνεσθαι δοκεῖ,
διὰ βραχέων ὑπομνήσομεν ὅτι καὶ περὶ τοῦ σημείου καὶ περὶ τῆς
ἀποδείξεως ἐπέχειν προσήκει. ἀρξώμεθα δὲ ἀπὸ σημείου. καὶ
γὰρ ἡ ἀπόδειξις τῷ γένει σημεῖον [a]) εἶναι δοκεῖ.

## ΚΕΦ. ι'.

## Περὶ σημείου.

Τῶν πραγμάτων τοίνυν κατὰ τοὺς Δογματικοὺς τὰ μέν ἐστι 97
πρόδηλα τὰ δὲ ἄδηλα. καὶ τῶν ἀδήλων τὰ μὲν καθάπαξ ἄδηλα
τὰ δὲ πρὸς καιρὸν ἄδηλα τὰ δὲ φύσει ἄδηλα. καὶ πρόδηλα μὲν
εἶναί φασι τὰ ἐξ ἑαυτῶν εἰς γνῶσιν ἡμῖν ἐρχόμενα, οἷόν ἐστι
τὸ ἡμέραν εἶναι· καθάπαξ δὲ ἄδηλα, ἃ μὴ πέφυκεν εἰς τὴν
ἡμετέραν πίπτειν κατάληψιν, ὡς τὸ ἀρτίους εἶναι τοὺς ἀστέρας·
πρὸς καιρὸν δὲ ἄδηλα, ἅπερ τὴν φύσιν ἔχοντα ἐναργῆ παρά 98
τινας [b]) ἔξωθεν περιστάσεις κατὰ καιρὸν ἡμῖν ἀδηλεῖται, ὡς ἐμοὶ P 89
νῦν ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις [c])· φύσει δὲ ἄδηλα τὰ μὴ ἔχοντα
φύσιν ὑπὸ τὴν ἡμετέραν πίπτειν ἐνάργειαν, ὡς οἱ νοητοὶ πόροι [d])·

**iis quae manifesta esse secundum Dogmaticorum scita putantur neque de obscuris quisquam asseveratione affirmare possit. quum enim ex manifestis se haec comprehendere Dogmatici arbitrentur, si de iis quae manifesta vocantur assensum cohibere cogamur, quomodo de obscuris pronuntiare audeamus? 96. ex plurimum abundanti tamen etiam rebus obscuris peculiariter rationes nostras opponemus; et quoniam hae per signum et demonstrationem comprehendi et firmae reddi videntur, de signo quoque et de demonstratione retinendum esse assensum docebimus. incipiamus autem a signo; nam demonstratio videtur esse e generibus signorum.**

## CAP. X.

## De signo.

**97. Ex rebus igitur secundum Dogmaticos aliae sunt manifestae aliae obscurae, et obscurarum aliae omnino aliae ad tempus aliae obscurae natura. manifestas esse dicunt, quae ex se ipsis in notitiam nobis veniunt, qualis est haec diem esse. prorsus autem obscuras, quarum natura non fert ut sub nostram cadant comprehensionem, ut stellarum numerum esse parem. 98. ad tempus autem obscuras, quae quum alioqui naturam habeant evidentem, tamen propter aliqua extrinsecus accidentia, ad tempus nobis obscurae fiunt, ut mihi nunc Atheniensium civitas. natura autem obscurae, quarum natura non permittit ut evidentes nobis sint, ut corporum pori quos**

---

a) *τῷ γένει σημεῖον*] demonstratio etiam inter signa refertur, adeoque eius genus est signum, ut hominis animal infra sect. 122, 131 et 134 et 2 adversus Logicos.

b) *παρά τινας*] ita recte Salmasius pro *περί τινας*, atque ita legitur etiam 1 contra Logicos sect. 145 seq. ubi eadem rerum *ἀδήλων* distinctio.

c) *ὡς ἐμοὶ νῦν ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις*] ex his verbis colligas Sextum P 89 Athenis aliquando versatum. idem repetit laudato adversus Logicos loco.

d) *οἱ νοητοὶ πόροι*] infra sect. 140.

οὗτοι γὰρ οὐδέποτε ἐξ ἑαυτῶν φαίνονται, ἀλλ' εἰ ἄρα ἐξ ἑτέρων καταλαμβάνεσθαι ἂν νομισθεῖεν, οἷον τῶν ἱδρώτων ἢ τινος
99 παραπλησίου. τὰ μὲν οὖν πρόδηλα μὴ δεῖσθαι σημείου φασίν, ἐξ ἑαυτῶν γὰρ αὐτὰ καταλαμβάνεσθαι· ἀλλ' οὐδὲ τὰ καθάπαξ ἄδηλα, ἅτε δὴ μηδὲ τὴν ἀρχὴν καταλαμβανόμενα· τὰ δὲ πρὸς καιρὸν ἄδηλα καὶ τὰ φύσει ἄδηλα διὰ σημείων μὲν καταλαμβάνεσθαι, οὐ μὴν διὰ τῶν αὐτῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς καιρὸν ἄδηλα διὰ τῶν ὑπομνηστικῶν, τὰ δὲ φύσει ἄδηλα διὰ τῶν ἐν-
100 δεικτικῶν. τῶν οὖν σημείων τὰ μέν ἐστιν ὑπομνηστικὰ κατ' αὐτούς [e]), τὰ δὲ ἐνδεικτικά. καὶ ὑπομνηστικὸν μὲν σημεῖον καλοῦσιν ὃ συμπαρατηρηθὲν τῷ σημαινομένῳ τῷ δι' ἐναργείας ἅμα τῷ ὑποπεσεῖν, ἐκείνου ἀδηλουμένου, ἄγει ἡμᾶς εἰς ὑπόμνησιν τοῦ συμπαρατηρηθέντος [f]) αὐτῷ, καὶ νῦν ἐναργοῦς μὴ ὑποπί-
101 πτοντος, ὡς ἔχει ἐπὶ τοῦ καπνοῦ καὶ τοῦ πυρός· ἐνδεικτικὸν δὲ ἐστι σημεῖον, ὥς φασιν, ὃ μὴ συμπαρατηρηθὲν τῷ σημειωτῷ [g]) δι' ἐναργείας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως κατασκευῆς [h]), σημαίνει τὸ οὗ ἐστι σημεῖον, ὥσπερ οὖν αἱ περὶ τὸ σῶμα κινήσεις σημεῖά εἰσι τῆς ψυχῆς. ὅθεν καὶ ὁρίζονται τοῦτο τὸ σημεῖον οὕτως· σημεῖόν ἐστιν ἐνδεικτικὸν ἀξίωμα ἐν ὑγιεῖ συνημμένῳ προ-
102 καθηγούμενον, ἐκκαλυπτικὸν τοῦ λήγοντος. διττῆς οὖν οὔσης τῶν

**mente imaginamur; hi enim numquam ex se ipsis conspiciuntur, sed ex aliis comprehendi existimare quis possit, nimirum ex sudoribus aut aliqua re huiusmodi. 99. res igitur manifestas non egere signo dicunt, ex se ipsis enim eas comprehendi, sed neque eas quae prorsus obscurae sint, quod nullo modo comprehendantur, sed eas quae ad tempus sint incertae et quae natura incertae per signa quidem comprehendi, non tamen per eadem, sed eas quidem quae ad tempus sunt obscurae, per signa commonefactoria, quae autem natura sint obscurae, per indicatoria. 100. signorum igitur alia sunt commonefactoria secundum eos, alia indicatoria. commonefactorium vocant quod una cum re signata oblatum evidenter observatumque simul atque sub sensus nostros ceciderit, illa interim obscura existente, ducit nos ad recordationem eius quod una cum eo observatum fuit, et nunc evidenter sub sensus non cadit, ut videre est in fumo et igne. 101. indicatorium autem signum est, ut aiunt, quod non observatum una cum signato evidenter, sed ex propria natura et constitutione significat id cuius est signum; quemadmodum corporis motus signa sunt animae. unde hoc signum ita definiunt, signum est demonstrativum pronuntiatum in bono connexo antecedens, a quo consequens detegitur. 102. quum igitur duplex sit signorum differentia, ut**

---

e) *κατ' αὐτούς*] Stoicos intellige adversus quos potissimum non modo Academicorum exarsit ingenium, ut verbis utar Augustini 3 16 contra Academicos, sed etiam Sextus noster frequentissime pugnat. porro quod apud Sextum hoc loco et contra Logicos vocatur *σημεῖον ὑπομνηστικόν*, apud Laërtium 9 96 video *αἰσθητὸν* appellari, et *νοητὸν* contra, quod Sexto est *ἐνδεικτικόν*.

f) *συμπαρατηρηθέντος*] ita mss pro *συμπαρατιθέντος*. eadem mox *ἐναργῶς* pro *ἐναργοῦς*.

g) *συμπαρατηρηθὲν τῷ σημειωτῷ*] ita legendum notavit Salmasius pro *σημείῳ τῷ*. eadem menda lib. 2 adversus Logicos. definitio signi expenditur infra sect. 104 seq.

h) *φύσεως κατασκευῆς*] ita mss pro *φύσεως καὶ κατασκευῆς*, quod erat in editis.

σημείων διαφορᾶς, ὡς ἔφαμεν, οὐ πρὸς πᾶν σημεῖον ἀντιλέγομεν, ἀλλὰ πρὸς μόνον τὸ ἐνδεικτικὸν ὡς ὑπὸ τῶν Δογματικῶν[i]) πεπλάσθαι δοκοῦν· τὸ γὰρ ὑπομνηστικὸν πεπίστευται ὑπὸ τοῦ βίου· ἐπεὶ καπνὸν ἰδών τις σημειοῦται πῦρ, καὶ οὐλὴν θεασάμενος τραῦμα γεγενῆσθαι λέγει. ὅθεν οὐ μόνον οὐ μαχόμεθα τῷ βίῳ, ἀλλὰ καὶ συναγωνιζόμεθα, τῷ μὲν ὑπ' αὐτοῦ πεπιστευμένῳ ἀδοξάστως συγκατατιθέμενοι, τοῖς δὲ τῶν Δογματικῶν ἰδίως ἀναπλαττομένοις ἀνθιστάμενοι. ταῦτα μὲν οὖν ἥρμοζεν 103
ἴσως προειπεῖν ὑπὲρ τῆς σαφηνείας τοῦ ζητουμένου· λοιπὸν δὲ ἐπὶ τὴν ἀντίρρησιν χωρῶμεν, οὐκ ἀνύπαρκτον δεῖξαι τὸ ἐνδει- P 90
κτικὸν σημεῖον πάντως ἐσπουδακότες, ἀλλὰ τὴν φαινομένην ἰσοσθένειαν τῶν φερομένων λόγων πρός τε τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀνυπαρξίαν ὑπομιμνήσκοντες.

## ΚΕΦ. ιαʹ.

## Εἰ ἔστι τὶ σημεῖον ἐνδεικτικόν.

Τὸ σημεῖον τοίνυν, ὅσα ἐπὶ τοῖς λεγομένοις περὶ αὐτοῦ παρὰ 104
τοῖς Δογματικοῖς, ἀνεπινόητόν ἐστιν· αὐτίκα γοῦν οἱ ἀκριβῶς περὶ αὐτοῦ διειληφέναι δοκοῦντες οἱ Στωϊκοὶ βουλόμενοι παραστῆσαι τὴν ἔννοιαν τοῦ σημείου φασὶν σημεῖον εἶναι ἀξίωμα[k]) ἐν ὑγιεῖ συνημμένῳ προκαθηγούμενον, ἐκκαλυπτικὸν τοῦ λήγοντος. καὶ τὸ μὲν ἀξίωμά φασιν εἶναι λεκτὸν[l]) αὐτοτελὲς ἀπόφαν-

diximus, non omni signo contradicimus, sed soli indicatorio sive demonstrativo, utpote quod a Dogmaticis confictum esse videatur; nam admonitorium fidem in vita communi obtinet. quisquis enim fumum vidit, signum ignis animo concipit, et cicatricem intuitus vulnus fuisse dicit. unde non solum non adversamur vitae communi, sed etiam ipsi patrocinamur, siquidem rei quae in illa impetrat fidem, suffragamur, ita ut nullam opinionem statuamus, iis vero quae peculiariter a Dogmaticis confinguntur, repugnamus. 103 atque haec praemittenda ni fallor erant ad rei de qua quaeritur explicationem; nunc ad refutationem ipsam recta tendamus, non omnino conaturi ostendere quod indicatorium signum nullum detur, sed apparentem utrinque aequalem vim rationum quibus et esse signum eiusmodi et nullum esse colligitur, commemoraturi.

## CAP. XI.

## An sit aliquod signum indicatorium.

104. Signum ergo, quantum attinet ad ea quae dicunt de illo Dogmatici, intelligere non possumus. ac, ne longius abeam, Stoici ipsi, qui exacte de eo disseruisse videntur, quid denotent per signum ostendere volentes dicunt signum esse pronuntiatum in bono connexo antecedens, quo consequens detegitur. et pronuntiatum quidem esse aiunt dictum per se per-

---

i) ὑπὸ τῶν Δογματικῶν] ὑπὸ τῶν Δογματικῶν φιλοσόφων καὶ τῶν λογικῶν ἰατρῶν 2 adversus Logicos.

k) σημεῖον εἶναι ἀξίωμα] haec definitio signi fuit supra sect. 101. adde P 90
lib. 2 adversus Logicos sect. 244.

l) ἀξίωμά φασιν εἶναι λεκτόν] quid intellexerint Stoici per λεκτόν, attigi iam sect. 81, nunc plenius ut intelligatur, apponam haec Gassendi de philosophia Epicuri p. 69 *solent Stoici tria quaedam coniugata admittere, 1 rem quae voce effertur, diciturque ipsis τὸ τυγχάνον, quasi dicant ens vel extra occurrens, 2 vocem φωνὴν quae profertur, et 3 significationem vocis, τὸ σημαινόμενον* (Sextus 2 contra Logicos) *quae*

τον ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ· ὑγιὲς δὲ συνημμένον τὸ μὴ ἀρχόμενον ἀπὸ
105 ἀληθοῦς καὶ λῆγον ἐπὶ ψεῦδος. τὸ γὰρ συνημμένον ἤτοι ἄρχεται ἀπὸ ἀληθοῦς καὶ λήγει ἐπὶ ἀληθές, οἷον "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστιν"· ἢ ἄρχεται ἀπὸ ψεύδους καὶ λήγει ἐπὶ ψεῦδος, οἷον "εἰ πέταται ἡ γῆ, πτερωτή ἐστιν ἡ γῆ"· ἢ ἄρχεται ἀπὸ ἀληθοῦς καὶ λήγει ἐπὶ ψεῦδος, οἷον "εἰ ἔστιν ἡ γῆ, πέταται ἡ γῆ"· ἢ ἄρχεται ἀπὸ ψεύδους καὶ λήγει ἐπὶ ἀληθές, οἷον "εἰ πέταται ἡ γῆ, ἔστιν ἡ γῆ". τούτων δὲ μόνον τὸ ἀπὸ ἀληθοῦς ἀρχόμενον καὶ λῆγον
106 ἐπὶ ψεῦδος μοχθηρὸν εἶναί φασιν, τὰ δ᾽ ἄλλα ὑγιῆ. προκαθηγούμενον δὲ λέγουσι τὸ ἐν συνημμένῳ ἀρχομένῳ ἀπὸ ἀληθοῦς καὶ λήγοντι ἐπὶ ἀληθὲς ἡγούμενον. ἐκκαλυπτικὸν δέ ἐστι τοῦ λήγοντος, ἐπεὶ τὸ "γάλα ἔχει αὕτη" τοῦ "κεκύηκεν"m) αὕτη" δηλωτικὸν εἶναι δοκεῖ, ἐν τούτῳ τῷ συνημμένῳ "εἰ γάλα ἔχει αὕτη,
107 κεκύηκεν αὕτη". ταῦτα μὲν οὗτοι. ἡμεῖς δὲ λέγομεν πρῶτον ὅτι ἄδηλόν ἐστιν, εἰ ἔστι τι λεκτόν n). ἐπεὶ γὰρ τῶν Δογματικῶν
P 91 οἱ μὲν Ἐπικούρειοί o) φασιν μὴ εἶναί τι λεκτόν, οἱ δὲ Στωϊκοὶ

**fectum enuntiabile quantum in se ipso. bonum autem connexum vocant, quod non incipit a vero, et in falsum desinit. 105. nam connexum aut incipit a vero et desinit in verum ut "si dies est, lux est"; aut incipit a falso et desinit in falsum ut "si volat terra, alata est terra"; aut incipit a vero et desinit in falsum ut "si est terra, volat terra", aut incipit a falso et desinit in verum ut "si volat terra, est terra". ex his autem unicum vitiosum esse dicunt, id videlicet quod a vero incipit et in falsum desinit, reliqua autem vera. 106. antecedens autem vocant quod in connexo incipiente a vero et desinente in verum praecedit. est autem detectivum consequentis, quia in hoc connexo "si ista lac habet, concepit" haec verba "ista lac habet" esse videntur declarativa illorum "ista concepit". 107. haec quidem illi. nos autem primum dicimus incertum esse an λεκτόν sive dictum eiusmodi detur. quoniam enim ex Dogmaticis Epicurei quidem id esse negant, Stoici**

---

*quidem in mente solius intelligentis* (*non autem barbari licet pariter audientis*) *subsistet. ad haec sententia illorum est rem et vocem esse corporea, significationem autem* (sive ideam significatam) *esse id incorporeum, quod proprie appellant λεκτόν* dictum. *denique putant veritatem et falsitatem competere non rei, non voci, sed significationi seu dicto duntaxat; non omni quidem, sed illi solum* (perfecto et αὐτοτελεῖ) *quod axioma vocant* (Peripatetici propositionem sive enuntiationem). nam datur etiam *λεκτὸν ἀτελές*, si dicam verbi gratia, *scribit*, habet enim significationem, sed imperfectam. perfecta erit *Socrates scribit*, hoc est quod axioma appellabant Stoici. vide Laërtium 7 63. at *nihil* Damascius negat esse *λεκτόν*, quia nulla eius est idea (in opere ms *περὶ ἀρχῶν* p. 11). *τὸ δὲ οὐδὲν οὐδὲ ἄρα ἀποφατόν, οὐδὲ λεκτὸν ὅλως οὐδὲ γνωστὸν ὁπωσοῦν, ὥστε οὔτε [οὐδὲ?] ἀποφῆναι τὴν ἀπόφασιν δυνατόν.*

*m*) *τὸ γάλα ἔχει αὕτη, τοῦ κεκύηκεν*] ita legendum esse notavit Salmasius et satis patet ex eo quod sequitur, *εἰ γάλα ἔχει αὕτη, κεκύηκεν αὕτη*. de *προκαθηγουμένῳ* autem confer si placet infra sect. 117 seq.

*n*) *ἔστι τι λεκτόν*] ita mss et mox *μὴ εἶναί τι λεκτόν*, licet utrobique *τι* in editis exsulabat.

*o*) *οἱ μὲν Ἐπικούρειοι*] Epicuro Stratonem Physicum iungit Sextus 2 contra Logicos [sect. 13], quos ait voces tantum et res admisisse in quibus veritas et falsitas locum haberet. Plutarchus contra Colotem Epicureum p. 1119 *τίνες μᾶλλον ὑμῶν πλημμελοῦσι περὶ τὴν διάλεκτον, οἳ τὸ λεκτῶν γένος οὐσίαν τῷ λόγῳ παρεχόντων* (ita legendum pro *παρέχοντες* ut Gassendus acute monuit) *ἄρδην ἀναιρεῖτε, τὰς φωνὰς καὶ τὰ τυγχάνοντα μόνον ἀπολιπόντες, τὰ δὲ μεταξὺ σημαινόμενα πράγματα*

εἶναι· ὅταν λέγωσιν οἱ Στωϊκοὶ εἶναί τι λεκτόν, ἤτοι μόνῃ φάσει
χρῶνται ἢ καὶ ἀποδείξει. ἀλλ' εἰ μὲν φάσει, ἀντιθήσουσιν αὐ-
τοῖς οἱ Ἐπικούρειοι φάσιν τὴν λέγουσαν ὅτι οὐκ ἔστι τι λεκτόν·
εἰ δὲ ἀπόδειξιν παραλήψονται, ἐπεὶ ἐξ ἀξιωμάτων συνέστηκε λε-
κτῶν ἡ ἀπόδειξις, ἐκ τῶν λεκτῶν δὲ συνεστῶσα [p]) οὐ δυνήσεται
πρὸς πίστιν τοῦ λεκτὸν εἶναι παραλαμβάνεσθαι. ὁ γὰρ μὴ δι-
δοὺς εἶναι λεκτὸν πῶς συγχωρήσει σύστημα λεκτῶν ὑπάρχειν;
διὰ τοῦ ζητουμένου τοίνυν τὸ ζητούμενον πιστοῦσθαι βούλεται 108
ὁ ἐκ τῆς ὑπάρξεως τοῦ συστήματος τῶν λεκτῶν εἶναί τι λεκτὸν
πειρώμενος κατασκευάζειν. εἰ οὖν μήτε ἁπλῶς μήτε δι' ἀποδεί-
ξεως ἐνδέχεται παριστᾶν ὅτι ἔστι τι λεκτόν, ἄδηλόν ἐστιν ὅτι
ἔστι τι λεκτόν. ὁμοίως δὲ καὶ εἰ ἔστιν ἀξίωμα [q])· λεκτὸν γάρ ἐστι
τὸ ἀξίωμα. μήποτε δὲ καὶ εἰ καθ' ὑπόθεσιν εἶναί τι λεκτὸν δο- 109
θείη, τὸ ἀξίωμα ἀνύπαρκτον εὑρίσκεται συνεστηκὸς ἐκ λεκτῶν
μὴ συνυπαρχόντων ἀλλήλοις. οἷον γοῦν ἐπὶ τοῦ "εἰ ἡμέρα ἔστι,
φῶς ἔστι", ὅτε λέγω τό "ἡμέρα ἔστιν", οὐδέπω ἐστὶ τό "φῶς ἐστί".
καὶ ὅτε λέγω τό "φῶς ἐστί", οὐκέτι ἐστὶ τό "ἡμέρα ἐστίν". εἰ οὖν
τὰ μὲν συγκείμενα ἔκ τινων [r]) ἀδύνατον ὑπάρχειν μὴ συνυπαρ-
χόντων ἀλλήλοις τῶν μερῶν αὐτῶν, τὰ δὲ ἐξ ὧν σύγκειται τὸ
ἀξίωμα οὐ συνυπάρχει ἀλλήλοις, οὐχ ὑπάρξει τὸ ἀξίωμα. ἵνα 110

autem contra; quum dicunt Stoici dictum eiusmodi aliquid esse, aut sola enuntiatione aut simul demonstratione ad hoc affirmandum utuntur. si sola enuntiatione utentur, opponent ipsis Epicurei enuntiationem quae dictum esse aliquid negat: sin demonstrationem assument, quia ex pronuntiatis quae et ipsa λεκτά sive dicta sunt, constat demonstratio, id quod ex dictis constat non poterit assumi ut probetur dictum dari. qui enim dictum dari non concedit, quomodo esse dictorum congeriem concedet? 108. ergo ex controverso confirmare vult controversum quisquis ex existentia congeriei dictorum conatur astruere dictum aliquod dari. si ergo neque simplici affirmatione neque cum demonstratione ostendi potest dictum aliquid esse, utique an aliquod dictum sit obscurum est. similiter res se habet cum pronuntiato nam et ipsum λεκτόν sive dictum esse affirmant. 109. sed fortasse etiamsi per suppositionem concedatur dictum aliquod dari, pronuntiatum tamen nullam existere comperietur, quod constat ex dictis simul non coëxistentibus. exempli gratia in hoc: si dies est, lux est, quum dico, dies est, nondum est, lux est. et quum dico, lux est, nondum est, dies est. si igitur ea quae ex aliquibus composita sunt existere non possunt nisi partes eorum simul coëxistant, at vero partes ex quibus pronuntiatum compositum est non coëxistunt invicem, non existet pronuntiatum. 110. ut autem

---

(ideas vocibus illis significatas) δι' ὧν γίνονται μαθήσεις διδασκαλίαι προλήψεις νοήσεις ὁρμαὶ συγκαταθέσεις τὸ παράπαν οὐδὲ εἶναι λέγοντες. repudiaverunt itaque Epicurei λεκτόν, hoc est negarunt dari eiusmodi incorpoream rei significatae ideam a mentis sensu per vocem declarato P 91
et re ipsa significata diversam, in qua verum et falsum subsistere Stoici contendebant. ut adeo Stoicorum haec et Epicureorum controversia non valde absimilis fuerit illi, quae intercessit inter sectas Scholasticorum, qui realium et qui nominalium nomine veniebant.

p) ἐκ τῶν λεκτῶν δὲ συνεστῶσα] confer lib. 2 contra Log. sect. 77.

q) καὶ εἰ ἔστιν ἀξίωμα] in editis male omissum illud εἰ, quod e mss restitui. restituendum vidit etiam Salmasius.

r) συγκείμενα ἔκ τινων] post συγκείμενα in editis erat αὐτῶν, quod sensu et mstorum auctoritate suffragante eieci. porro idem argumentum repetit noster infra sect. 144.

δὲ καὶ ταῦτα παραλίπωμεν, τὸ ὑγιὲς συνημμένον ἀκατάληπτον εὑρεθήσεται· ὁ μὲν γὰρ Φίλων [s]) φησὶν ὑγιὲς εἶναι συνημμένον τὸ μὴ ἀρχόμενον [t]) ἀπὸ ἀληθοῦς καὶ λῆγον ἐπὶ ψεῦδος, οἷον ἡμέρας οὔσης καὶ ἐμοῦ διαλεγομένου τό "εἰ ἡμέρα ἐστίν, ἐγὼ διαλέγομαι". ὁ δὲ Διόδωρος [u]) ὃ μήτε ἐνεδέχετο μήτε ἐνδέχεται ἀρχόμενον ἀπὸ ἀληθοῦς λήγειν ἐπὶ ψεῦδος· καθ᾽ ὃν τὸ μὲν εἰρημένον συνημμένον ψεῦδος εἶναι δοκεῖ, ἐπεὶ ἡμέρας μὲν οὔσης,
P 92 ἐμοῦ δὲ σιωπήσαντος, ἀπὸ ἀληθοῦς ἀρξάμενον ἐπὶ ψεῦδος κατα-
111 λήξει. ἐκεῖνο δὲ ἀληθές [x]) "εἰ οὐκ ἔστιν ἀμερῆ τῶν ὄντων στοιχεῖα, ἔστιν ἀμερῆ τῶν ὄντων στοιχεῖα"· ἀεὶ γὰρ ἀπὸ ψευδοῦς ἀρχόμενον, τοῦ "οὐκ ἔστιν ἀμερῆ τῶν ὄντων στοιχεῖα", εἰς ἀληθὲς καταλήξει κατ᾽ αὐτὸν τό "ἔστιν ἀμερῆ τῶν ὄντων στοιχεῖα". οἱ δὲ τὴν συνάρτησιν [y]) εἰσάγοντες ὑγιὲς εἶναί φασι συνημμένον, ὅταν τὸ ἀντικείμενον [z]) τῷ ἐν

haec quoque omittamus, bonum connexum quale demum sit comprehendi non posse reperietur. nam Philo dicit minime vitiosum esse connexum, quod non incipit a vero et desinit in falsum, ut, die existente et me disputante, hoc, si dies est, ego disputo. at Diodorus ait, quod neque umquam contigit neque potest contingere ut bonum connexum incipiat a vero et in falsum desinat. secundum quem illud quidem connexum quod diximus falsum esse videtur, quia die quidem existente, me autem tacere incipiente, a vero incipiens in falsum desinit. 111. at illud verum est, si non sint individua rerum elementa, sunt individua rerum elementa. semper enim a falso incipiens, quod est, non esse individua rerum elementa in verum desinet, quod illius indicio est, individua esse rerum elementa. at qui cohaerentiam connexionis iubent respicere minime vitiosum connexum esse aiunt, quum id

---

s) *ὁ μὲν γὰρ Φίλων*] Philonem Stoicum intellige, cuius librum *περὶ σημασιῶν* impugnavit Chrysippus, teste Laërtio 7 91. quod vero hoc connexum probaverit, narrat etiam Sextus lib. 2 contra Logicos sect. 113, 114.

t) *τὸ μὴ ἀρχόμενον*] laudato libri 2 adversus Logicos loco hoc exemplum a Philone affertur quod recte concludit, *si volat terra, habet pennas.* at Sextus h. l. affert de industria exemplum eiusmodi, quod male concludit, licet habeat requisita a Philone proposita. nam si ponas de nocte hoc argumentum: *si dies est, ego disputo*, incipit a non vero, non enim est dies, et desinit in falsum, neque enim tunc disputo. per accidens tamen aliquando vera esse utraque propositio esse potest, ut Sextus innuit, die nempe existente meque disputante. confer lib. 2 adversus Log. sect. 115 seq.

u) *ὁ δὲ Διόδωρος*] Diodorus Cronus, Stoicus et ipse ac Dialecticus acutissimus, cuius praeter Sextum noster et alios in Bibliotheca Graeca 3 15 mihi laudatos meminit etiam Achilles Tatius isagoge in Aratum. noster infra lib. 2 adversus Log. sect. 115.

P 92 x) *ἐκεῖνο δὲ ἀληθές*] quia Diodorus dixerat connexa bona esse in quibus e falso antecedente aliquid colligitur, v. g. *si asinus volat, habet pennas*, hinc Sextus obiicit ex Diodori sententia etiam bonum fore hoc connexum, *si elementa rerum non constant ex atomis, constant ex atomis*, quia nempe etiam hoc verum colligit ex antecedente falso.

y) *τὴν συνάρτησιν*] nexum propositionum et cohaerentiam, cui *διάρτησις* infra sect. 146. 162 opponitur, quando res repugnant vel non cohaerent, et sect. 153, 238 *διηρτῆσθαι* et *ἀσυνάρτητος* [deinde vulgo *συνεισάγοντες*, quod correxit Wyttenbach. ad Plut. Mor. 3 p 280 Oxon.]

z) *ὅταν τὸ ἀντικείμενον*] oppositorum eadem ratio cum sit, necesse est opposita quoque inter se connexa esse.

αὐτῷ λήγοντι μάχηται τῷ ἐν αὐτῷ ἡγουμένῳ. καθ' οὓς τὰ μὲν εἰ-
ρημένα συνημμένα ἔσται μοχθηρά, ἐκεῖνο δὲ ἀληθές [a]), εἰ ἡμέρα
ἐστίν, ἡμέρα ἐστίν. οἱ δὲ τῇ ἐμφάσει κρίνοντές [b]) φασι ὅτι ἀλη- 112
θές ἐστι συνημμένον οὗ τὸ λῆγον ἐν τῷ ἡγουμένῳ περιέχεται
δυνάμει, καθ' οὓς τό εἰ ἡμέρα ἐστίν, ἡμέρα ἐστί, καὶ πᾶν δια-
φορούμενον [c]) ἀξίωμα συνημμένον ἴσως ψεῦδος ἔσται. αὐτὸ γάρ
τι ἐν ἑαυτῷ περιέχεσθαι, ἀμήχανον. ταύτην τοίνυν τὴν διαφω- 113
νίαν ἐπικριθῆναι ἀμήχανον ἴσως ἂν εἶναι δόξει*)· οὔτε γὰρ ἀνα-
ποδείκτως προκρίνοντές τινα τῶν στάσεων τῶν προειρημένων
πιστοὶ ἐσόμεθα οὔτε μετὰ ἀποδείξεως. καὶ γὰρ ἡ ἀπόδειξις ὑγιὴς
εἶναι δοκεῖ, ὅταν ἀκολουθῇ τῇ διὰ τῶν λημμάτων αὐτῆς συμ-
πλοκῇ τὸ συμπέρασμα αὐτῆς, ὡς λῆγον ἡγουμένῳ, οἷον οὕτως,
εἰ ἡμέρα ἐστίν, φῶς ἐστιν· ἀλλὰ μὴν [d]) ἡμέρα ἐστί, φῶς ἄρα
ἐστίν. εἴπερ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι, καὶ ἡμέρα ἐστὶ καὶ φῶς ἐστι.
ζητουμένου δὲ περὶ τοῦ πῶς κρινοῦμεν τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λή- 114
γοντος πρὸς τὸ ἡγούμενον, ὁ διάλληλος εὑρίσκεται τρόπος· ἵνα

quod oppositum est consequentis, antecedenti connexi adversatur. secundum quos ea quae iam dicta sunt connexa erunt vitiosa; illud autem verum, si dies est, dies est. 112. at enim qui ex significationis vi et emphasi indicant verum esse connexum dicunt, ubi consequens includitur potentia in antecedente; secundum quos hoc, si dies est, dies est, et omne conduplicatum axioma connexum fortasse falsum erit. nam aliquid in se ipso comprehendi impossibile est. 113. haec igitur controversia indiiudicabilis videri possit; neque enim sine demonstratione proferentes aliquam praedictarum enuntiationum fide digni erimus, nec cum demonstratione, nam demonstratio tum demum esse videtur minime vitiosa, quum eius conclusio sequitur eius per sumptiones consertionem, ut consequens ex antecedente, hoc modo, si dies est, lux est; atqui dies est, lux est igitur. si dies est, lux est; et dies est et lux est. 114. quum autem quaeritur quomodo diiudicabimus consequentiam consequentis ad antecedens, vitiosus mutuo probandi unum

a) ἐκεῖνο δὲ ἀληθές] verum quidem est, *si dies est, dies est*, sed nugatorium, itaque ἀληθές Sextus hoc loco opponit μοχθηρῷ et confundit cum eo quod iam dixerat ὑγιές, bonum connexum, et secundum ipsorum regulas haud improbandum. tale est apud Ciceronem in Lucullo c. 30 *si lucet, lucet: lucet autem, lucet igitur.*

b) τῇ ἐμφάσει κρίνοντες] ἔμφασις est potestas significandi plus quam verbo exprimitur, unde latens in illo ac comprehensum deinde erui ac tamquam consequens colligi potest. hinc Cicero lib. 4 Rhetor. ad Herennium c. 54 inter *significationis* sive ἐμφάσεως species unam memorat quam *per consequentiam* appellat. Plutarchus libro de *EI* apud Delphos p. 387 συνάρτησιν, ἔμφασιν atque σχέσιν coniungit, ὅτι, εἰ ἡμέρα, φῶς ἐστιν, οὐδὲν ἄλλο συνίησι πλὴν ἄνθρωπος, ἡγουμένου καὶ λήγοντος, ἐμφάσεώς τε καὶ συναρτήσεως τούτων πρὸς ἄλληλα καὶ σχέσεως. hoc autem loco Sextus τῇ ἐμφάσει κρίνεσθαι a συναρτήσει distinguit, vocatque si consequens cum antecedente non modo nexum habeat, sed in eo lateat ac comprehendatur.

c) πᾶν τὸ διαφορούμενον] Stoici διαφορούμενον ἀξίωμα appellabant ἓν ἀξίωμα δὶς λαμβανόμενον, lib. 2 adversus Logicos, eandem propositionem dupliciter in eodem connexo adhibitam, semel pro antecedente, ac semel pro consequente. hinc emendandus Sextus in eodem adversus Logicos libro, ubi ἐξ ἀξιώματος διαφόρου male legebatur pro διαφορουμένου, ut ad illum locum annotavi. emendandus etiam Diogenes Laërtius vel supplendus potius 7 69 ἐξ ἀξιώματος μὲν διαφορουμένου οἷον, εἰ ἡμέρα ἐστίν lege: εἰ ἡμέρα ἐστίν, ἡμέρα ἐστίν.

[*) immo: δόξειεν]

d) ἀλλὰ μὴν] sic mss pro ἀλλὰ ἐπεί.

μὲν γὰρ ἡ κρίσις τοῦ συνημμένου ἀποδειχθῇ, τὸ συμπέρασμα
τοῖς λήμμασι τῆς ἀποδείξεως [e]) ἀκολουθεῖ, ὡς προειρήκαμεν. ἵνα
δὲ πάλιν τοῦτο πιστευθῇ, δεῖ τὸ συνημμένον καὶ τὴν ἀκολου-
115 θίαν ἐπικεκρίσθαι, ὅπερ ἄτοπον. ἀκατάληπτον ἄρα τὸ ὑγιὲς
συνημμένον. ἀλλὰ καὶ τὸ προκαθηγούμενον ἄπορόν ἐστι· τὸ μὲν
P 93 γὰρ προκαθηγούμενον [f]), ὥς φασιν, ἐστὶ τὸ ἡγούμενον ἐν τοι-
ούτῳ συνημμένῳ, ὃ ἄρχεται ἀπὸ ἀληθοῦς καὶ λήγει ἐπὶ ἀληθές.
116 εἰ δὲ ἐκκαλυπτικόν ἐστι τοῦ λήγοντος τὸ σημεῖον, ἤτοι πρόδη-
λόν ἐστι τὸ λῆγον ἢ ἄδηλον. εἰ μὲν οὖν πρόδηλον, οὐδὲ τοῦ
ἐκκαλύψαντος [g]) δεήσεται, ἀλλὰ συγκαταληφθήσεται αὐτῷ καὶ
οὐκ ἔστιν αὐτοῦ σημειωτόν, διόπερ οὐδὲ ἐκεῖνο τούτου σημεῖον.
εἰ δὲ ἄδηλον, ἐπεὶ περὶ τῶν ἀδήλων διαπεφώνηται ἀνεπικρίτως,
ποῖα μέν ἐστιν αὐτῶν ἀληθῆ, ποῖα δὲ ψευδῆ, καὶ ὅλως εἰ ἔστι
τι αὐτῶν ἀληθές, ἄδηλον ἔσται, εἰ εἰς ἀληθὲς λήγει [h]) τὸ συνημ-
μένον. ᾧ συνεισέρχεται καὶ τὸ ἄδηλον εἶναι, εἰ προκαθηγεῖται
117 τὸ ἐν αὐτῷ ἡγούμενον. ἵνα δὲ καὶ ταῦτα παραλίπωμεν, οὐ δύνα-
ται ἐκκαλυπτικὸν εἶναι τοῦ λήγοντος, εἴ γε πρὸς τὸ σημεῖόν ἐστι
τὸ σημειωτόν, καὶ διὰ τοῦτο συγκαταλαμβάνεται αὐτῷ· τὰ γὰρ
πρός τι ἀλλήλοις συγκαταλαμβάνεται [i]). καὶ ὥσπερ τὸ δεξιὸν πρὸ
τοῦ ἀριστεροῦ ὡς δεξιὸν ἀριστεροῦ καταληφθῆναι οὐ δύναται,
οὐδὲ ἀνάπαλιν, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν πρός τι παραπλησίως,
οὕτως οὐδὲ τὸ σημεῖον πρὸ τοῦ σημειωτοῦ καταληφθῆναι δυνα-
118 τὸν ἔσται. εἰ δ' οὐ προκαταλαμβάνεται τὸ σημεῖον τοῦ σημει-

per alterum modus esse comperitur. nam ut diiudicatio connexi demonstretur, conclusio sumptiones demonstrationis sequitur, sicut antea diximus. ut vicissim hoc credatur, oportet connexum et consequentiam diiudicatam esse, quod absurdum est. 115. incomprehensibile est igitur quodnam sit bonum connexum. sed et antecedens in connexo quid sit, intelligi non potest; nam antecedens, ut aiunt, est quod praecedit in eo connexo quod incipit a vero et desinit in verum. 116. quodsi declarativum hoc est signum consequentis, aut manifestum est illud consequens aut occultum. si manifestum, non egebit declaranto, sed una comprehendetur cum eo; nec est eius significatum, adeoque nec illud huius signum. quodsi occultum, quia de occultis controversia est indiiudicabilis, quaenam ex eis sint vera, quae falsa, et an ullo modo sit aliquid eorum verum, incertum erit, an sit verum quod dicit connexum. cum quo et hoc colligitur, etiam obscurum esse an re ipsa antecedat, quod in eo est antecedentis loco. 117. sed ut haec quoque omittamus, non potest declarativum esse consequentis, si quidem consequens est signatum respectu signi, et propterea una cum eo comprehenditur. eorum enim quae referuntur ad aliquid, alterum cum altero comprehenditur. et quemadmodum dextrum ante sinistrum comprehendi non potest, tamquam dextrum sinistri, nec e converso, et itidem in aliis quae sunt ad aliquid, sic neque signum ante signatum comprehendi potest. 118. quodsi non comprehenditur signum ante id quod significatur, ne declarativum qui-

e) τῆς ἀποδείξεως] ita scribendum pro τοῖς ex sensu ipso perspicuum et ex mss.

P 93 f) τὸ μὲν γὰρ προκαθηγούμενον] supra sect. 106.

g) ἐκκαλύψαντος] ita mss pro ἐκκαλύψοντος. licet ἐκκαλυψόντων etiam infra sect. 128 et alibi et 170.

h) εἰ εἰς ἀληθὲς λήγει] ita ex mss reposui pro εἰ ἀληθὲς λέγει.

i) ἀλλήλοις συγκαταλαμβάνεται] infra sect. 125 et 169 et lib. 2 contra Logicos.

ωτοῦ, οὐδὲ ἐκκαλυπτικὸν αὐτοῦ δύναται ὑπάρχειν τοῦ ἅμα αὐτῷ καὶ μὴ μετ' αὐτὸ καταλαμβανομένου. οὐκοῦν καὶ ὅσον ἐπὶ τοῖς κοινότερον λεγομένοις ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων ἀνεπινόητόν ἐστι τὸ σημεῖον· καὶ γὰρ πρός τι καὶ ἐκκαλυπτικὸν τοῦ σημειωτοῦ, πρὸς ᾧ φασιν αὐτὸ εἶναι, τοῦτο εἶναι λέγουσιν. ὅθεν εἰ μὲν πρός τί 119
ἐστι καὶ πρὸς τῷ σημειωτῷ, συγκαταλαμβάνεσθαι πάντως ὀφείλει τῷ σημειωτῷ, καθάπερ τὸ ἀριστερὸν τῷ δεξιῷ, καὶ τὸ ἄνω τῷ κάτω, καὶ τὰ ἄλλα πρός τι· εἰ δὲ ἐκκαλυπτικόν ἐστι τοῦ σημειωτοῦ, προκαταλαμβάνεσθαι αὐτοῦ πάντως ὀφείλει, ἵνα προεπιγνωσθὲν εἰς ἔννοιαν ἡμᾶς ἀγάγῃ τοῦ ἐξ αὐτοῦ γινωσκομένου πράγματος. ἀδύνατον δὲ ἐννοῆσαι πρᾶγμα μὴ δυνάμενον 120
πρὸ ἐκείνου γνωσθῆναι, οὗ προκαταλαμβάνεσθαι ἀνάγκην ἔχει[k])· ἀδύνατον ἄρα ἐπινοεῖν τι καὶ πρός τι ὂν καὶ ἐκκαλυπτικὸν ἐκείνου ὑπάρχον πρὸς ὃ[l]) νοεῖται. τὸ δὲ σημεῖον καὶ πρός τί φασιν εἶναι καὶ ἐκκαλυπτικὸν τοῦ σημειωτοῦ· ἀδύνατον ἄρα ἐστὶν ἐπινοῆσαι τὸ σημεῖον. πρὸς τούτοις κἀκεῖνο λεκτέον, δια- 121
φωνία γέγονε παρὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν, τῶν μὲν λεγόντων εἶναί τι P 94
σημεῖον ἐνδεικτικόν, τῶν δὲ μηδὲν εἶναι σημεῖον ἐνδεικτικὸν φασκόντων. ὁ λέγων οὖν εἶναί τι σημεῖον ἐνδεικτικόν, ἤτοι ἁπλῶς ἐρεῖ καὶ ἀναποδείκτως ψιλῇ φάσει χρώμενος ἢ μετὰ ἀποδείξεως. ἀλλ' εἰ μὲν φάσει μόνῃ χρήσεται, ἄπιστος ἔσται, εἰ δὲ ἀποδεῖξαι βουλήσεται, τὸ ζητούμενον συναρπάσει. ἐπεὶ γὰρ ἡ ἀπό- 122
δειξις τῷ γένει σημεῖον[m]) εἶναι λέγεται, ἀμφισβητουμένου τοῦ πότερόν ἐστί τι σημεῖον ἢ οὐκ ἔστιν, ἀμφισβήτησις ἔσται καὶ

dem eius esse potest, quod cum ipso et non post ipsum comprehenditur. itaque vel ex iis quae communiter disputantur ab illis qui diversam opinionem fovent, signum est huiusmodi quod intellectu concipi non possit. nam ipsum dicunt referri ad aliquid, et declarativum significati, ad quod ipsum referri aiunt. 119. unde consequitur, si quidem refertur ad aliquid et ad significatum, necesse esse ut una cum signato percipiatur, ut sinistrum una cum dextro, et quod deorsum una cum eo quod sursum est, et ut alia relata sive quae ad aliquid referuntur; at si declarativum est signati, necesse omnino est ut ante ipsum comprehendatur, ut ante cognitum nos ad notionem ducat rei quae ex ipso cognoscitur. 120. atqui non potest intellectu concipi res, quae ante illud cognosci nequeat, quo prius tamen comprehendi eam sit necesse; non potest igitur intellectu concipi quicquam quod et referatur ad aliquid, et eius sit declarativum ad quod referri intelligitur. at signum dicunt referri ad aliquid, et declarativum signati; ex quibus consequitur fieri nulla ratione posse ut in intellectu aliquam signi conceptionem habeamus. 121. quibus hoc addi debet, controversia fuit aetate superiori, quum alii dicerent esse aliquod signum indicatorium, alii ullum esse negarent. qui igitur dicit esse aliquod signum indicatorium, aut simpliciter et sine demonstratione hoc dicet nuda enuntiatione utens, aut cum demonstratione. si sola enuntiatione utetur, fide carebit; sin demonstrare volet, id de quo quaeritur arripiet. 122. quandoquidem enim demonstratio e genere signorum esse dicitur, quum dubitetur sit aliquod signum necne, dubium erit etiam sitne demonstratio an non sit. sicuti (ut hoc supponamus) si quae-

k) οὗ προκαταλαμβάνεσθαι ἀνάγκην ἔχει] ita mss quemadmodum etiam Salmasius coniecerat. male enim editi, οὐ προκαταλαμβάνεσθαι ἀνάγκην ἔχειν.

l) πρὸς ὃ] ms Savil. πρὸς ᾧ, minus bene.

m) τῷ γένει σημεῖον] supra sect. 96. P 94

*περὶ τοῦ πότερόν ἐστιν ἀπόδειξις ἢ οὐδαμῶς, ὥσπερ καθ' ὑπόθεσιν ζητουμένου, εἰ ἔστι ζῷον, ζητεῖται καὶ περὶ τοῦ εἰ ἔστιν ἄνθρωπος, ζῷον γὰρ ὁ ἄνθρωπος. ἄτοπον δὲ τὸ ζητούμενον διὰ τοῦ ἐπ' ἴσης ζητουμένου ἢ δι' αὐτοῦ ἀποδεικνύναι· οὐδὲ*) δι' ἀποδείξεως ἄρα δυνήσεταί τις διαβεβαιοῦσθαι ὅτι ἔστι ση-*
123 *μεῖον. εἰ δὲ μήτε ἁπλῶς μήτε μετὰ ἀποδείξεως οἷόν τέ ἐστι περὶ τοῦ σημείου διαβεβαιωτικῶς ἀποφαίνεσθαι, ἀδύνατόν ἐστι περὶ αὐτοῦ καταληπτικὴν ἀπόφασιν ποιήσασθαι· εἰ δὲ μὴ καταλαμβάνεται μετὰ ἀκριβείας τὸ σημεῖον, οὐδὲ σημαντικὸν εἶναι λεχθήσεταί τινος, ἅτε δὴ μηδὲ αὐτὸ ὁμολογούμενον· διὰ δὲ τοῦτο οὐδὲ σημεῖον ἔσται. ὅθεν καὶ κατὰ τοῦτον τὸν ἐπιλογι-*
124 *σμὸν ἀνύπαρκτον ἔσται τὸ σημεῖον καὶ ἀνεπινόητον. ἔτι μέντοι κἀκεῖνο ῥητέον· ἤτοι φαινόμενα μόνον ἐστὶ τὰ σημεῖα ἢ ἄδηλα μόνον, ἢ τῶν σημείων τὰ μέν ἐστι φαινόμενα τὰ δὲ ἄδηλα* [n]). *οὐδὲν δὲ τούτων ἐστὶν ὑγιές· οὐκ ἄρα ἔστι σημεῖον. ὅτι μὲν οὖν ἄδηλα οὐκ ἔστι πάντα τὰ σημεῖα, ἐντεῦθεν δείκνυται· τὸ ἄδηλον οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ φαίνεται ὥς οἱ Δογματικοί φασιν, ἀλλὰ δι' ἑτέρου ὑποπίπτει. καὶ τὸ σημεῖον οὖν, εἰ ἄδηλον εἴη, ἑτέρου δεήσεται σημείου ἀδήλου, ἐπεὶ μηδὲν φαινόμενόν ἐστι σημεῖον κατὰ τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν, κἀκεῖνο ἄλλου καὶ μέχρις ἀπείρου. ἀδύνατον δὲ ἄπειρα σημεῖα λαμβάνειν· ἀδύνατον ἄρα τὸ σημεῖον καταληφθῆναι ἄδηλον ὄν. διὰ δὲ τοῦτο καὶ ἀνύπαρκτον ἔσται, μὴ δυνάμενον σημαίνειν τι καὶ σημεῖον εἶναι διὰ τὸ μὴ*
125 *καταλαμβάνεσθαι. εἰ δὲ πάντα τὰ σημεῖα φαινόμενά ἐστιν, ἐπεὶ καὶ πρός τί ἐστι τὸ σημεῖον καὶ πρὸς τῷ σημειωτῷ, τὰ δὲ πρός*

ritur an sit animal, quaeritur et de hoc, an sit homo; animal enim est homo. absurdum est autem id quod quaeritur per id quod pariter quaeritur aut per se ipsum demonstrare. ergo ne demonstratione quidem poterit quisquam affirmare dari signum. 123. quodsi nec simpliciter nec cum demonstratione potest de signo affirmative pronuntiari, neutiquam de eo velut de re comprehensa pronuntiationem facere licet. quodsi non comprehenditur exacte signum, ne significativum quidem esse dicetur rei ullius, quum neque de ipso satis constet; propterea nec signum quidem erit. secundum hanc ratiocinationem ergo nec existens erit signum et huiusmodi quod intellectu concipere nequeamus. 124. illud tamen insuper dicendum est, aut evidentia solum sunt signa aut obscura, aut ex signis alia evidentia obscura alia. at nihil est horum verum; non est igitur signum. nam obscura non esse omnia signa hinc ostenditur: obscurum non ex se ipso evidens est ut Dogmatici aiunt, sed per aliud sub sensus cadit; ergo et signum si obscurum sit, alio signo egebit, quod et ipsum obscurum sit, si quidem secundum propositam suppositionem non est ullum signum evidens et illud iterum alio et ita usque in infinitum. at infinita signa accipere nullo modo licet. nullo modo igitur signum comprehendere licet, quod sit obscurum; propterea neque ullum tale existet, quum non possit significare aliquid, neque signum esse, eo quod non comprehendatur. 125. quodsi omnia signa evidentia sunt, quoniam et signum est ex iis quae referuntur ad aliquid et ad signatum; eorum

---

[*) legebatur *οὔτε*?]

n) *ἄδηλα*] *obscura* malui reddere, quam cum HStephano *incerta*, nam non modo *φαινομένοις* opponuntur, sed etiam describuntur, *ἃ οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ φαίνεται, ἀλλὰ δι' ἑτέρου ὑποπίπτει.* eadem itaque hoc loco *ἄδηλα* quae lib. 2 adversus Logicos *ἀφανῆ*. sic infra sect. 135 in definitione demonstrationis *ἐπιφορὰ ἄδηλος* non est incerta conclusio sed quae obscura antea fuerat.

τι συγκαταλαμβάνεται [o]) ἀλλήλοις, τὰ σημειωτὰ εἶναι λεγόμενα
σὺν τοῖς φαινομένοις καταλαμβανόμενα φαινόμενα ἔσται. ὥσπερ P 95
γὰρ ἅμα ὑποπιπτόντων τοῦ τε δεξιοῦ καὶ τοῦ ἀριστεροῦ, οὐ μᾶλ-
λον τὸ δεξιὸν τοῦ ἀριστεροῦ ἢ τὸ ἀριστερὸν τοῦ δεξιοῦ φαίνε-
σθαι λέγεται, οὕτως συγκαταλαμβανομένων τοῦ τε σημείου καὶ
τοῦ σημειωτοῦ, οὐ μᾶλλον τὸ σημεῖον ἢ τὸ σημειωτὸν φαίνεσθαι
ῥητέον. εἰ δὲ φαινόμενόν ἐστι τὸ σημειωτόν, οὐδὲ σημειωτὸν 126
ἔσται μὴ δεόμενον τοῦ σημανοῦντος αὐτὸ καὶ ἐκκαλύψαντος. ὅθεν
ὥσπερ ἀναιρουμένου δεξιοῦ οὐδὲ ἀριστερόν ἐστιν, οὕτως ἀναι-
ρουμένου τοῦ σημειωτοῦ οὐδὲ σημεῖον εἶναι δύναται· ὥστε ἀνύπαρ-
κτον εὑρίσκεται τὸ σημεῖον, εἴπερ φαινόμενα μόνα εἶναι λέγοι
τις τὰ σημεῖα. λείπεται λέγειν ὅτι τῶν σημείων τὰ μέν ἐστι φαι- 127
νόμενα, τὰ δὲ ἄδηλα· καὶ οὕτως δὲ αἱ ἀπορίαι μένουσι. τῶν
τε γὰρ φαινομένων σημείων τὰ σημειωτὰ εἶναι λεγόμενα φαινό-
μενα ἔσται καθὰ προειρήκαμεν, καὶ μὴ δεόμενα τοῦ σημανοῦν-
τος οὐδὲ σημειωτὰ ὅλως ὑπάρξει· ὅθεν οὐδὲ ἐκεῖνα σημεῖα ἔσται,
μηδὲν σημαίνοντα· τά τε ἄδηλα σημεῖα χρῄζοντα τῶν ἐκκαλυ- 128
ψόντων αὐτά, ἐὰν μὲν ὑπὸ ἀδήλων σημαίνεσθαι λέγηται, εἰς
ἄπειρον ἐκπίπτοντος τοῦ λόγου ἀκατάληπτα εὑρίσκεται καὶ διὰ
τοῦτο ἀνύπαρκτα, ὡς προειρήκαμεν [p])· ἐὰν δὲ ὑπὸ φαινομένων,
φαινόμενα ἔσται σὺν τοῖς φαινομένοις αὐτῶν σημείοις καταλαμ-
βανόμενα· διὰ δὲ τοῦτο καὶ ἀνύπαρκτα. ἀδύνατον γὰρ εἶναί τι
πρᾶγμα, ὃ καὶ ἄδηλόν ἐστι φύσει καὶ φαίνεται. τὰ δὲ σημεῖα
περὶ ὧν ἐστιν ὁ λόγος, ἄδηλα ὑποτιθέντα φαινόμενα εὑρέθη κατὰ
τὴν περιτροπὴν τοῦ λόγου. εἰ οὖν μήτε πάντα τὰ σημεῖα φαι- 129
νόμενά ἐστι μήτε πάντα ἄδηλα μήτε τῶν σημείων τινὰ μέν ἐστι

**autem quae ad aliquid referuntur alterum cum altero una comprehenditur, ea quae signata esse dicuntur, si comprehendantur cum evidentibus signis evidentia et ipsa erunt. quemadmodum enim quum una sub sensus nostros cadunt dextrum et sinistrum, non magis dextrum quam sinistrum, aut sinistrum quam dextrum dicitur apparere, ita si una comprehendantur signum et res quae per ipsum signatur, non magis signum quam id quod per ipsum significatur, evidens esse dicendum est. 126. quodsi evidens sit signatum, ne signatum quidem erit, quum non egeat alio a quo significetur et a quo declaretur. unde quemadmodum sublato dextro ne sinistrum quidem existit, ita sublato signato ne signum quidem existere potest. itaque nullum existere signum comperitur, si quis signa dicat tantum esse evidentia. 127. superest igitur ut ex signis alia evidentia, alia obscura esse dicantur. sed hoc quoque modo in iisdem dubitationibus haerebimus; nam evidentium signorum ea quae dicuntur esse signata evidentia erunt, ut diximus; et si non egeant ullo a quo signentur, ne signata quidem esse poterunt. unde ne illa quidem signa erunt utpote nihil signantia. 128. signa autem obscura, quae indigent declarantibus ea aliis signis, siquidem ab obscuris significari dicantur, quum oratio in infinitum exeat, incomprehensibilia comperiuntur et propterea nec existentia, ut antea diximus. at si ab evidentibus, ipsa quoque evidentia erunt, utpote quae cum evidentibus suis signis comprehendantur, ideoque non existentia. fieri enim non potest ut res ulla obscura sit natura eademque evidens. at signa de quibus loquimur, quum supposita sint esse obscura, evidentia esse comperimus retorquendo orationem. 129. si ergo nec omnia signa evidentia sunt nec omnia obscura, nec signorum quaedam sunt evi-**

o) *τὰ δὲ πρός τι συγκαταλαμβάνεται*] supra sect. 119. adde sect. 169.
p) *ὡς προειρήκαμεν*] sect. 124. P 95

φαινόμενα τινὰ δὲ ἄδηλα, καὶ παρὰ ταῦτα οὐδέν ἐστιν, ὥς καὶ
130 αὐτοί φασιν, ἀνύπαρκτα ἔσται τὰ λεγόμενα σημεῖα. ταῦτα μὲν
οὖν ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν ἀρκέσει νῦν εἰρῆσθαι πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ
μὴ εἶναι σημεῖον ἐνδεικτικόν. ἑξῆς δὲ καὶ τὰς ὑπομνήσεις τοῦ
εἶναί τι σημεῖον ἐκθησόμεθα, ἵνα τὴν ἰσοσθένειαν [q]) τῶν ἀντι-
κειμένων λόγων παραστήσωμεν. ἤτοι οὖν σημαίνουσί τι αἱ κατὰ
τοῦ σημείου φωναὶ φερόμεναι, ἢ οὐδὲν σημαίνουσι. καὶ εἰ μὲν
131 ἄσημοί εἰσι, πῶς ἂν κινήσειαν τὴν ὕπαρξιν τοῦ σημείου; εἰ δὲ
σημαίνουσι τί ἐστι σημεῖον, ἔτι ἤτοι ἀποδεικτικοί εἰσιν οἱ λόγοι
οἱ κατὰ τοῦ σημείου, ἢ οὐκ ἀποδεικτικοί· ἀλλ᾽ εἰ μὲν οὐκ ἀπο-
δεικτικοί, οὐκ ἀποδεικνύουσι τὸ μὴ εἶναι σημεῖον· εἰ δὲ ἀπο-
P 96 δεικτικοί, ἐπεὶ ἡ ἀπόδειξις τῷ γένει σημεῖόν ἐστιν, ἐκκαλυπτικὴ
οὖσα τοῦ συμπεράσματος, ἔσται σημεῖον. ὅθεν καὶ συνερωτᾶται
λόγος τοιοῦτος, εἰ ἔστι τι σημεῖον [r]), ἔστι σημεῖον· καὶ εἰ μὴ
ἔστι σημεῖον, ἔστι σημεῖον· τὸ γὰρ μὴ εἶναι σημεῖον δι᾽ ἀπο-
δείξεως (ἣ δὴ ἔστι σημεῖον) δείκνυται. ἤτοι δὲ ἔστι σημεῖον, ἢ
132 οὐκ ἔστι σημεῖον, ἔστιν ἄρα σημεῖον. τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ παράκει-
ται [s]) τοιοῦτος λόγος· εἰ οὐκ ἔστι τι σημεῖον, οὐκ ἔστι σημεῖον·
καὶ εἰ ἔστι σημεῖον, ὅ φασιν οἱ Δογματικοὶ σημεῖον εἶναι, οὐκ
ἔστι σημεῖον. τὸ γὰρ σημεῖον περὶ οὗ ὁ λόγος, κατὰ τὴν ἐπί-

dentia quaedam obscura, et praeter haec nihil est, ut ipsi quoque aiunt, nulla existent quae vocantur signa. 130. haec igitur pauca de multis nunc dixisse sat erit ad docendum non dari signum indicativum. deinceps iam autem rationes exponemus quibus doceri possit aliquod esse signum, ut aequipollentiam contrariarum rationum ostendamus. aut igitur significant aliquid voces quae contra signum afferuntur, aut nihil significant, et si quidem insignificabiles sunt, quomodo labefactare possint existentiam signi? 131. sin autem significant quid sit signum, aut demonstrativae sunt rationes quae adversus signum afferuntur, aut non demonstrativae. si non sunt demonstrativae, non demonstrant non esse signum; sin demonstrativae, quoniam demonstratio e genere signorum est, declarativa conclusionis, erit signum. unde et huiusmodi argumentum ab illis proponitur, si aliquod est signum, est signum; et si non est signum, est signum. nam hoc non esse signum per demonstrationem (quae quidem est signum) ostenditur. porro autem est signum, aut non est signum; est ergo signum. 132. huic autem argumentationi ex adverso stat argumentum huiusmodi, si non est aliquod signum, non est signum, et si est signum quod dicunt Dogmatici signum esse, non est signum. nam signum de quo agitur, quale illud imaginantur et ad ali-

---

q) τὴν ἰσοσθένειαν] prora haec ac puppis Scepticismi, rationes dubitandi ex utraque parte adducere atque in promptu habere aequalis ponderis, atque in neutram ita inclinantes ut assensum sustinere non liceat, sed ἴσην πιθανότητα prae se ferentes. confer sect. 79, 103, 185 et lib. 2 adversus Logicos.

P 96 r) εἰ ἔστι τι σημεῖον etc.] argumentum quale Stoici vocabant λόγον διὰ δύο τροπικῶν, de quo dixi supra ad sect. 3.

s) παράκειται] HStephanus vertit *consequitur*. at non consequitur hoc argumentum ex altero, verum tamquam ἰσοσθενές illi a Sexto opponitur, estque eiusdem generis quale superius, nimirum λόγος διὰ δύο τροπικῶν, sed contrarium concludens. itaque malui reddere *ex adverso stat*, puto enim παράκειται hoc loco idem esse quod ἀντίκειται in solemni illo Scepticorum: παντὶ λόγῳ λόγος ἴσος ἀντίκειται, supra lib. 1 cap. 27. [an ἀντιπαράκειται?]

νοιαν αὐτοῦ *), καὶ πρός τι εἶναι λεγόμενον καὶ ἐκκαλυπτικὸν τοῦ σημειωτοῦ, ἀνύπαρκτον εὑρίσκεται, ὡς παρεστήσαμεν. ἤτοι δέ ἐστι σημεῖον ἢ οὐκ ἔστιν σημεῖον· οὐκ ἄρα ἔστι σημεῖον. καὶ 133 περὶ τῶν φωνῶν δὲ τῶν ὑπὲρ τοῦ σημείου αὐτοὶ ἀποκρινάσθωσαν οἱ Δογματικοί, πότερον σημαίνουσί τι ἢ οὐδὲν σημαίνουσιν. εἰ μὲν γὰρ οὐδὲν σημαίνουσιν, οὐ πιστοῦται τὸ εἶναι σημεῖον· εἰ δὲ σημαίνουσιν, ἀκολουθήσει αὐταῖς τὸ σημειωτόν. τοῦτο δὲ ἦν τὸ εἶναί τι σημεῖον, ᾧ ἕπεται τὸ εἶναι σημεῖον, ὡς ὑπεμνήσαμεν κατὰ τὴν τοῦ λόγου περιτροπήν. πλὴν ἀλλ' οὕτω πιθανῶν καὶ πρὸς τὸ εἶναι σημεῖον καὶ πρὸς τὸ μὴ εἶναι λόγων φερομένων, οὐ μᾶλλον εἶναι σημεῖον ἢ μὴ εἶναι ῥητέον.

## ΚΕΦ. ιβʹ.

## Περὶ ἀποδείξεως.

Φανερὸν μὲν ἐκ τούτων ὅτι οὐδὲ ἡ ἀπόδειξις ὁμολογούμενόν 134 τι πρᾶγμά ἐστι· εἰ γὰρ περὶ τοῦ σημείου ἐπέχομεν καὶ ἡ ἀπόδειξις δὲ σημεῖόν t) τί ἐστι, καὶ περὶ τῆς ἀποδείξεως ἐπέχειν ἀνάγκη. καὶ γὰρ εὑρήσομεν τοὺς περὶ τοῦ σημείου λόγους ἠρωτημένους ἐφαρμόζεσθαι δυναμένους καὶ κατὰ τῆς ἀποδείξεως, ἐπεὶ καὶ πρός τι εἶναι δοκεῖ καὶ ἐκκαλυπτικὴ τοῦ συμπεράσματος· οἷς ἠκολούθει τὰ πρὸς τὸ σημεῖον ἡμῖν εἰρημένα σχεδὸν ἅπαντα. εἰ δὲ δεῖ καὶ ἰδίως περὶ ἀποδείξεως εἰπεῖν, συντόμως 135 ἐπελεύσομαι τὸν περὶ αὐτῆς λόγον πρότερον σαφηνίσαι πειραθεὶς διὰ βραχέων, τί φασιν εἶναι τὴν ἀπόδειξιν. ἔστιν οὖν, ὥς φασιν, ἡ ἀπόδειξις λόγος δι' ὁμολογουμένων u) λημμάτων κατὰ

quid referri dicunt et declarativum esse signati, nusquam existere comperitur, ut ostendimus. porro aut est signum, aut non est signum; non est ergo signum. 133. de vocibus autem quae de signo proferuntur, respondeant ipsimet Dogmatici, significent aliquid necne. nam si nihil significant, non confirmatur esse signum, sin autem significant, eas sequetur significatum. hoc autem erat esse aliquod signum, ex quo consequitur esse signum, ut monuimus orationem retorquendo. iam quum et ad ostendendum esse signum et ad ostendendum non esse rationes aeque probabiles afferantur, non magis esse signum quam non esse dicendum est.

## CAP. XII.

## De demonstratione.

134. Manifestum est igitur ex his ne demonstrationem quidem rem esse de qua constet. nam si de signo assensum retinemus et ipsa quoque demonstratio signum aliquod est, etiam de demonstratione assensum retinere necesse fuerit. comperiemus enim argumenta quae de signo proposita sunt, etiam adversus demonstrationem aptari posse, quia et ad aliquid referri videtur et declarativa esse conclusionis; ex quibus sequebantur ea fere omnia quae adversus signum diximus. 135. si tamen et seorsim de demonstratione verba facere oporteat, paucis eius tractationem expediam, si prius breviter explicare conatus fuero, quid dicant esse demonstrationem. est ergo (ut aiunt) demonstratio argumentum per confessas et indubitatas sumptiones col-

---

[*) immo *αὐτῶν*.]

*t*) *ἡ ἀπόδειξις δὲ σημεῖον*] supra sect. 96, 122, 131.

*u*) *δι' ὁμολογουμένων*] ita mss pro *διομολογουμένων*. Cicero 4 Academ. quaest. c. 8 *argumenti conclusio quae est Graece ἀπόδειξις ita definitur: ratio quae ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur ad-*

συναγωγὴν ἐπιφορὰν ἐκκαλύπτων ἄδηλον. σαφέστερον δὲ ὃ λέ-
P 97 γουσιν ἔσται διὰ τούτων· λόγος ἐστὶ σύστημα ἐκ λημμάτων
136 καὶ ἐπιφορᾶς· τούτου δὲ λήμματα μὲν εἶναι λέγεται τὰ πρὸς
κατασκευὴν τοῦ συμπεράσματος συμφώνως λαμβανόμενα ἀξιώ-
ματα· ἐπιφορὰ δὲ συμπέρασμα[x]) τὸ ἐκ τῶν λημμάτων κατα-
σκευαζόμενον ἀξίωμα· οἷον ἐν τούτῳ, εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι·
ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστί, φῶς ἄρα ἐστί, τὸ μὲν φῶς ἄρα ἐστὶ
137 συμπέρασμά ἐστι, τὰ δὲ λοιπὰ λήμματα. τῶν δὲ λόγων οἱ μὲν
εἰσι συνακτικοί[y]), οἱ δὲ ἀσύνακτοι. συνακτικὸς μέν, ὅταν τὸ
συνημμένον, τὸ ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τοῦ διὰ τῶν τοῦ λόγου λημ-
μάτων συμπεπλεγμένου, λῆγον δὲ εἰς τὴν ἐπιφορὰν αὐτοῦ, ὑγιὲς
ᾖ, οἷον ὁ προειρημένος λόγος συνακτικός ἐστιν, ἐπεὶ τῇ διὰ τῶν
λημμάτων αὐτοῦ συμπλοκῇ ταύτῃ, ἡμέρα ἐστί, καὶ εἰ ἡμέρα
ἐστί, φῶς ἐστιν, ἀκολουθεῖ τὸ φῶς ἐστιν, ἐν τούτῳ τῷ συνημ-
μένῳ, εἰ ἡμέρα ἐστί, καὶ εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστιν. ἀσύνακτοι
138 δὲ οἱ μὴ οὕτως ἔχοντες. τῶν δὲ συνακτικῶν οἱ μέν εἰσιν ἀλη-
θεῖς, οἱ δὲ οὐκ ἀληθεῖς[z])· ἀληθεῖς μέν, ὅταν μὴ μόνον τὸ
συνημμένον ἐκ τῆς τῶν λημμάτων συμπλοκῆς καὶ τῆς ἐπιφορᾶς,
ὡς προειρήκαμεν, ὑγιὲς ᾖ, ἀλλὰ καὶ τὸ συμπέρασμα καὶ τὸ διὰ
τῶν λημμάτων αὐτοῦ συμπεπλεγμένον ἀληθὲς ὑπάρχῃ, ὅ ἐστιν
ἡγούμενον ἐν τῷ συνημμένῳ. ἀληθὲς δὲ συμπεπλεγμένον ἐστὶ τὸ
πάντα ἔχον ἀληθῆ, ὡς τὸ ἡμέρα ἐστί, καὶ εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς
139 ἐστιν. οὐκ ἀληθεῖς δὲ οἱ μὴ οὕτως ἔχοντες· ὁ γὰρ τοιοῦτος λό-

ligendo, declarans conclusionem quae antea obscura fuerat. quod porro dicunt, ex his apertius erit. argumentum, aiunt, est quod constat ex sumptionibus et conclusione. 136. huius autem sumptiones esse dicuntur pronuntiata, quae ex consensu ad astruendam conclusionem accipiuntur. illatio autem sive conclusio est pronuntiatum quod ex sumptionibus astruitur; ut in his, si dies est, lux est, atqui dies est, ergo lux est, istud quidem, ergo lux est, pro conclusione est, reliqua autem sumptiones. 137. argumentorum hinc alia sunt colligendi vim habentia alia non habentia. colligendi vim habent, quando connexum quod incipit a sumptionibus argumenti conserte positis, et desinit in conclusionem eius, verum est; exempli gratia argumentum supradictum colligendi vim habet, quia hanc sumptionum eius factam consertionem, dies est, et si dies est, lucet, consequitur, lucet, in hoc connexo, si dies est, lucet. colligere autem non possunt quae non ita se habent. 138. porro ex his colligendi vim habentibus argumentis alia vera sunt alia falsa; vera quidem, quum non solum connexum ex sumptionum consertione et conclusione, ut diximus, verum est, sed etiam conclusio et id quod in sumptionibus eius consertum est verum est, quod est in connexo antecedens. verum autem consertum est quod omnia habet vera, ut hoc, dies est, et, si dies est, lucet. 139. falsa autem argumenta colligendi vi

---

ducit. confer quae viri docti ad Laërt. ¶ 45 et nostrum infra sect. 140, 143.

P 97 x) *ἐπιφορὰ δὲ συμπέρασμα*] ita rectius mss pro *ἢ συμπέρασμα* et mox *κατασκευαζόμενον* pro *κατασκευαζομένων*.

y) *οἱ μέν εἰσι συνακτικοί*] confer lib. 2 adversus Logicos sect. 303 seq. et 415 seq.

z) *οἱ δὲ οὐκ ἀληθεῖς*] dantur enim argumenta quae recte concludunt quidem, sed quoniam e falsis, etiam falsa, ut: si asinus volat, habet pennas, lib. 2 contra Log. sect. 413, 415.

γος ἡμέρας οὔσης [a]) "εἰ νύξ ἐστι, σκότος ἐστίν· ἀλλὰ μὴν νύξ ἐστι, σκότος ἄρα ἐστί" συνακτικὸς μέν ἐστιν, ἐπεὶ τὸ συνημμένον τοῦτο ὑγιές ἐστιν, "εἰ νύξ ἐστι, καί, εἰ νύξ ἐστι [b]), σκότος ἄρα ἐστὶν οὐ μέντοι ἀληθής· τὸ γὰρ ἡγούμενον συμπεπλεγμένον ψεῦδός ἐστι, τὸ νύξ ἐστι· καὶ εἰ νύξ ἐστι, σκότος ἐστί, ψεῦδος ἔχον ἐν ἑαυτῷ [c]) τὸ νύξ ἐστι. ψεῦδος γάρ ἐστι συμπεπλεγμένον τὸ ἔχον ἐν ἑαυτῷ ψεῦδος. ἔνθεν καὶ ἀληθῆ λόγον εἶναί φασι τὸν δι' ἀληθῶν λημμάτων ἀληθὲς συνάγοντα συμπέρασμα. πάλιν 140 δὲ τῶν ἀληθῶν λόγων οἱ μέν εἰσιν ἀποδεικτικοὶ οἱ δ' οὐκ ἀποδεικτικοί· καὶ ἀποδεικτικοὶ μὲν οἱ διὰ προδήλων ἄδηλόν τι συνάγοντες, οὐκ ἀποδεικτικοὶ δὲ οἱ μὴ τοιοῦτοι· οἷον ὁ μὲν τοιοῦτος λόγος "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι· ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστί, φῶς ἄρα ἐστίν", οὐκ ἔστιν ἀποδεικτικός. τὸ γὰρ φῶς εἶναι, ὅπερ ἐστὶν αὐτοῦ συμπέρασμα, πρόδηλόν ἐστιν. ὁ δὲ τοιοῦτος "εἰ ἱδρῶτες ῥέουσι διὰ τῆς ἐπιφανείας, εἰσὶ νοητοὶ πόροι· ἀλλὰ μὴν ἱδρῶτες P 98 ῥέουσι διὰ τῆς ἐπιφανείας, εἰσὶν ἄρα νοητοὶ πόροι" ἀποδεικτικός ἐστι τὸ συμπέρασμα ἔχων ἄδηλον τό "εἰσὶν ἄρα νοητοὶ πόροι". τῶν δὲ ἄδηλόν τι συναγόντων οἱ μὲν ἐφοδευτικῶς μόνον ἄγου- 141 σιν ἡμᾶς διὰ τῶν λημμάτων ἐπὶ τὸ συμπέρασμα, οἱ δὲ ἐφοδευτικῶς ἅμα καὶ ἐκκαλυπτικῶς. οἷον ἐφοδευτικῶς μὲν οἱ ἐκ πίστεως καὶ μνήμης ἠρτῆσθαι δοκοῦντες, οἷός ἐστιν ὁ τοιοῦτος "εἴ τίς σοι θεῶν [d]) εἶπεν ὅτι πλουτήσει οὗτος, πλουτήσει οὗτος· οὑτοσὶ δὲ ὁ θεὸς (δείκνυμι δὲ καθ' ὑπόθεσιν τὸν Δία) εἶπέ σοι ὅτι

pollentia sunt quae hoc non habent. quoniam enim dies iam est, haec argumentatio "si nox est, tenebrae sunt, atqui nox est, ergo tenebrae sunt" habet quidem colligendi vim, quia connexum hoc recte concludit "nox est, et si nox est, tenebrae sunt", non tamen est vera. nam praecedens consertum est falsum, hoc videlicet, nox est, et, si nox est, tenebrae sunt, quum in se ipso falsum hoc habeat, nox est; falsa enim est verborum consertio quae in se ipsa habet falsum. unde et veram argumentationem esse dicunt eam, quae ex veris sumptionibus veram colligit conclusionem. 140. rursum autem verarum argumentationum aliae sunt demonstratoriae, aliae non demonstratoriae; et demonstratoriae quidem, quae per manifesta colligunt aliquid obscurum; non demonstratoriae autem, quae non sunt tales. ut hoc quidem argumentum "si dies est, lux est: atqui dies est, lux est ergo" non est demonstrativum, nam lucem esse, quae est eius conclusio, manifestum est. tale autem "si sudores fluunt per superficiem, dantur pori, qui intellectu percipi possunt: atqui sudores fluunt per superficiem, ergo dantur pori qui intellectu percipi queunt" demonstrativa est, quippe quae conclusionem habeat obscuram hanc, pori ergo dantur qui intellectu percipi possunt. 141. ex iis autem quae aliquod obscurum colligunt aliae ephodeutice tantum sive viam veluti monstrando ducunt nos per sumptiones ad conclusionem, aliae ephodeutice simul et declarative. ephodeutice, quae ex fide et memoria pendere videntur, qualis est haec "si quis tibi deorum dixit fore ut iste ditescat, iste ditescet. hic autem deus (suppono autem ostendi Iovem) dixit

a) ἡμέρας οὔσης] haec verba addenda fuere ex 2 adversus Log. sect. 311 et 413.

b) εἰ νύξ ἐστι] ita mss pro ἡ νύξ.

c) ἐν ἑαυτῷ] ita eadem mss pro αὐτῷ. mox ψευδὲς γάρ ἐστι συμπεπλεγμένον scribit Salmasius pro ψεῦδος. sed id mihi repugnantibus mss non visum necessarium.

d) εἴ τίς σοι θεῶν] ita scribendum ex lib. 2 [sect. 313] adversus Logicos pro εἴ τις σοι. P 98

πλουτήσει οὗτος, πλουτήσει ἄρα οὗτος". συγκατατιθέμεθα γὰρ τῷ συμπεράσματι οὐχ οὕτως διὰ τὴν τῶν λημμάτων ἀνάγκην
142 ὡς πιστεύοντες τῇ τοῦ θεοῦ ἀποφάσει. οἱ δὲ οὐ μόνον ἐφοδευτικῶς, ἀλλὰ καὶ ἐκκαλυπτικῶς ἄγουσιν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ συμπέρασμα, ὡς ὁ τοιοῦτος "εἰ ῥέουσι διὰ τῆς ἐπιφανείας ἱδρῶτες[e]), εἰσὶ νοητοὶ πόροι· ἀλλὰ μὴν τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον ἄρα". τὸ γὰρ ῥεῖν τοὺς ἱδρῶτας ἐκκαλυπτικόν ἐστι τοῦ πόρους εἶναι διὰ τὸ προειλῆφθαι ὅτι διὰ ναστοῦ σώματος ὑγρὸν οὐ δύναται φέρε-
143 σθαι. ἡ οὖν ἀπόδειξις καὶ λόγος εἶναι ὀφείλει καὶ συνακτικὸς καὶ ἀληθὴς καὶ ἄδηλον ἔχων συμπέρασμα καὶ ἐκκαλυπτόμενον ὑπὸ τῆς δυνάμεως τῶν λημμάτων. καὶ διὰ τοῦτο εἶναι λέγεται ἀπόδειξις λόγος δι' ὁμολογουμένων λημμάτων κατὰ συναγωγὴν ἐπιφορὰν ἐκκαλύπτων ἄδηλον. διὰ τούτων μὲν οὖν σαφηνίζειν εἰώθασι τὴν ἔννοιαν τῆς ἀποδείξεως.

## ΚΕΦ. ιγ'.

## Εἰ ἔστιν ἀπόδειξις.

144 Ὅτι δὲ ἀνύπαρκτός ἐστιν ἡ ἀπόδειξις, ἀπ' αὐτῶν ὧν λέγουσι ἐπιλογίζεσθαι δυνατόν, ἕκαστον τῶν περιεχομένων ἐν τῇ ἐννοίᾳ διατρέποντα· οἷον γοῦν ὁ λόγος σύγκειται ἐξ ἀξιωμάτων, τὰ δὲ σύνθετα πράγματα οὐ δύναται ὑπάρχειν, ἐὰν μὴ τὰ ἐξ ὧν συνέστηκεν ἀλλήλοις συνυπάρχῃ[f]), ὡς πρόδηλον ἀπὸ κλίνης καὶ τῶν παραπλησίων, τὰ δὲ μέρη τοῦ λόγου ἀλλήλοις οὐ συνυπάρχει. ὅτε γὰρ λέγομεν τὸ πρῶτον λῆμμα, οὐδέπω ὑπάρχει οὔτε τὸ ἕτερον λῆμμα οὔτε ἡ ἐπιφορά· ὅτε δὲ τὸ δεύτερόν φαμεν, τὸ μὲν πρότερον λῆμμα οὐκέτι ὑπάρχει, ἡ δὲ ἐπιφορὰ οὐδέπω ἐστίν.

fore ut iste ditescat; ditescet ergo iste". assentimur enim conclusioni, non tam propter sumptionum necessitatem, quam quod credamus dei pronuntiationi. 142. aliae non solum ephodeutice sed etiam declarative ducunt nos ad conclusionem, ut haec "si fluunt sudores per superficiem, dantur pori quos imaginari possumus: atqui prius, ergo et posterius". nam fluere sudores est declarativum huius, videlicet poros esse; quod praeconcepta sit in animo illa opinio per solidum corpus humidum non posse ferri. 143. ergo demonstratio et argumentum esse debet et colligendi vi pollens et verum et obscuram habens conclusionem, sed quae vi sumptionum declaretur. atque ideo dicitur demonstratio esse argumentatio quae per collectionem ex sumptionibus concessis conclusionem quae obscura fuerat declarat ac manifestam facit. et haec sunt quibus demonstrationis notionem explicare solent.

## CAP. XIII.

## An sit demonstratio.

144. Demonstrationem autem nullam dari colligere ex iis ipsis quae dicunt licet, si quis singula eorum quae in notione demonstrationis comprehenduntur, evertat. verbi gratia argumentum ex pronuntiatis constat; res autem compositae non possunt existere, nisi ea ex quibus constant simul invicem coëxistant ut perspicuum est ex lecto et similibus, at vero partes argumenti simul non coëxistunt. dum enim dicimus priorem sumptionem, nondum existit neque altera sumptio neque conclusio; dum autem posteriorem, prior non amplius existit, conclusio vero nondum existit; dum

e) εἰ ἱδρῶτες] supra sect. 98.
f) συνυπάρχῃ] supra sect. 109.

ὅτε δὲ τὴν ἐπιφορὰν προφερόμεθα, τὰ λήμματα αὐτῆς οὐκέτι ὑφέστηκεν· οὐ συνυπάρχει ἄρα ἀλλήλοις τὰ μέρη τοῦ λόγου· ὅθεν οὐδὲ ὁ λόγος ὑπάρχειν δόξει. χωρὶς δὲ τούτων ὁ συνακτι- P 99
κὸς λόγος ἀκατάληπτός ἐστιν· εἰ γὰρ οὗτος κρίνεται ἀπὸ τοῦ 145
συνημμένου ἀκολουθίας, ἡ δὲ κατὰ τὸ συνημμένον ἀκολουθία ἀνεπικρίτως διαπεφώνηται καὶ ἔστιν ἴσως ἀκατάληπτος, ὡς ἐν τῷ περὶ σημείου λόγῳ [g]) ὑπεμνήσαμεν, καὶ ὁ συνακτικὸς λόγος ἀκατάληπτος ἔσται. οἵ γε μὴν Διαλεκτικοί [h]) φασιν ἀσύνακτον 146
λόγον γίγνεσθαι ἤτοι παρὰ διάρτησιν ἢ παρὰ ἔλλειψιν ἢ παρὰ τὸ κατὰ μοχθηρὸν ἠρωτῆσθαι σχῆμα ἢ κατὰ παρολκήν· οἷον κατὰ διάρτησιν μέν, ὅταν μὴ ἔχῃ τὰ λήμματα ἀκολουθίαν πρὸς ἄλληλά τε καὶ τὴν ἐπιφορὰν ὡς ὁ τοιοῦτος "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστιν· ἀλλὰ μὴν πυροὶ ἐν ἀγορᾷ πωλοῦνται, Δίων ἄρα περιπατεῖ". παρὰ δὲ παρολκήν, ὅταν εὑρίσκηται [i]) λῆμμα παρέλκον πρὸς τὴν τοῦ λόγου συναγωγήν, οἷον "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστιν· ἀλλὰ μὴν καὶ ἡμέρα ἐστίν, ἀλλὰ καὶ Δίων περιπατεῖ, φῶς ἄρα ἐστί". παρὰ δὲ τὸ ἐν μοχθηρῷ ἠρωτῆσθαι σχήματι [k]), ὅταν μὴ 147
ᾖ τὸ σχῆμα τοῦ λόγου συνακτικόν, οἷον ὄντων συλλογισμῶν [l]), ὥς φασι, τούτων, "εἰ ἡμέρα ἐστίν, φῶς ἐστιν· ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστί, φῶς ἄρα ἐστίν". "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστιν [m])· οὐχὶ δὲ φῶς

porro conclusionem pronuntiamus, eius sumptiones non amplius existunt; non igitur partes argumenti invicem coëxistunt. unde ne argumentum quidem existere videbitur. 145. praeterea argumentum colligendi vim habens quale sit comprehendi nequit. nam si hoc indicatur ex connexi consequentia, at quae consequentia connexi sit, ita controversum est, ut diiudicari non possit, et fortasse et ipsum nequit comprehendi, ut docuimus quum de signo ageremus etiam quale sit argumentum, colligendi vim habens comprehendi non poterit. 146. quin etiam ipsi Dialectici dicunt orationem fieri ineptam ad colligendum aut propter incohaerentiam aut propter omissionem aut eo quod in mala forma proposita sit aut propter superfluitatem. propter incohaerentiam, quum sumptiones non habent cohaerentiam inter se et conclusionem ut haec "si dies est, lux est: atqui frumenta in foro venduntur, ergo Dion ambulat". 147. propter superfluitatem autem, quum invenitur sumptio supervacanea ad orationis collectionem ut "si dies est, lux est: atqui etiam dies est, quin etiam Dion ambulat, lux est igitur". eo autem quod in mala forma proposita sit, quum forma orationis non est apta ad colligendum ut,

g) ἐν τῷ περὶ σημείου λόγῳ] sect. 117 seq. P 99
h) οἵ γε μὴν Διαλεκτικοί] Dialecticorum nomine Stoicos intellige, non confundendos cum antiquioribus Dialecticis Euclideis. quae autem hoc loco de quattuor vitiis argumentorum ex Stoicorum ac Chrysippi maxime τεχνολογίᾳ Sextus disserit, conferenda sunt cum libro 2 adversus Logicos sect. 429 seq.
i) ὅταν εὑρίσκηται] ita grammaticae regulae postulant pro εὑρίσκεται et habent mss.
k) σχήματι] ita mss pro voce nihili ἀσχήμοσι. in iisdem mss ὅτ' ἂν pro ὅταν. per σχῆμα autem sive formam hoc loco intelligit rationem argumenti ex connexo formandi; nam in exemplo subiecto pro vitiosa forma haberi ait, si ex consequenti colligatur antecedens, cum ex antecedente consequens colligi debeat. infra sect. 154.
l) ὄντων συλλογισμῶν] syllogismos vocat duo argumenta συνακτικά quae habes etiam infra sect. 157, quibus tertio loco mox λόγον opponit ἀσύνακτον. sic paullo infra pro συνακτικῷ ponit συλλογιστικόν, sect. 149.
m) εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστιν] verba φῶς ἐστιν exciderant, quae sensu postulante revocavi.

ἐστιν, οὐκ ἄρα ἡμέρα ἐστίν". ὁ λόγος ἀσύνακτός ἐστιν οὗτος "εἰ
ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστιν· ἀλλὰ μὴν φῶς ἐστιν, ἡμέρα ἄρα [n])
148 ἐστίν". ἐπεὶ γὰρ ἐπαγγέλλεται τὸ συνημμένον ἐντὸς τοῦ ἐν αὐτῷ
ἡγουμένου [o]) εἶναι καὶ τὸ λῆγον, εἰκότως τοῦ ἡγουμένου προσ-
λαμβανομένου ἐπάγεται καὶ τὸ λῆγον, καὶ τοῦ λήγοντος ἀναι-
ρουμένου ἀναιρεῖται καὶ τὸ ἡγούμενον· εἰ γὰρ ἦν τὸ ἡγούμενον,
ἦν ἂν καὶ τὸ λῆγον. τοῦ δὲ λήγοντος προσλαμβανομένου οὐ
πάντως τίθεται καὶ τὸ ἡγούμενον· οὐδὲ γὰρ ὑπισχνεῖτο τὸ συν-
ημμένον τῷ λήγοντι ἀκολουθεῖν τὸ ἡγούμενον· ἀλλὰ τῷ ἡγου-
149 μένῳ τὸ λῆγον μόνον. διὰ τοῦτο οὖν ὁ μὲν ἐκ συνημμένου καὶ
τοῦ ἡγουμένου τὸ λῆγον συνάγων συλλογιστικὸς [p]) εἶναι λέγεται,
καὶ ὁ ἐκ συνημμένου καὶ τοῦ ἀντικειμένου τοῦ λήγοντος τὸ ἀν-
τικείμενον τῷ ἡγουμένῳ συνάγων. ὁ δὲ ἐκ συνημμένου καὶ τοῦ
P 100 λήγοντος τὸ ἡγούμενον συνάγων, ἀσύνακτος, ὡς ὁ προειρηκώς·
παρ' ὃ καὶ ἀληθῶν ὄντων τῶν λημμάτων αὐτοῦ ψεῦδος συν-
άγει, ὅταν λυχναίου φωτὸς ὄντος νυκτὸς λέγηται· τὸ μὲν γὰρ
"εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι" συνημμένον ἀληθές ἐστι, καὶ ἡ "ἀλλὰ
μὴν φῶς ἐστι" πρόσληψις [q]), ἡ δὲ "ἡμέρα ἄρα" ἐπιφορὰ ψευδής.
150 κατὰ παράλειψιν δέ ἐστι μοχθηρὸς λόγος, ἐν ᾧ παραλείπεταί
τι τῶν πρὸς τὴν συναγωγὴν τοῦ συμπεράσματος χρησιμευόντων
οἷον ὑγιοῦς ὄντος, ὡς οἴονται, τοῦ λόγου τούτου "ἤτοι ἀγαθός

quum haec sint, ut aiunt, argumenta recte colligentia "si dies est, lux est: atqui dies est, ergo lux est". "si dies est, lux est: lux autem non est, non ergo dies est". tum argumentum ineptum ad colligendum est hoc: "si dies est, lux est: atqui lux est, dies ergo est". 148. quia enim promittit connexum intra antecedens suum contineri etiam consequens, merito, quum assumitur antecedens, inducitur etiam consequens; et quum consequens tollitur, tollitur etiam antecedens. nam si existeret antecedens, existeret etiam consequens. at quum consequens assumitur, non necessario ponitur etiam antecedens; non enim promittebat connexum ex consequente sequi antecedens, sed duntaxat consequens colligi ex antecedente. 149. propterea argumentatio ea quae ex connexo et antecedente colligit consequens, recte colligere dicitur, item quae ex connexo et opposito consequentis, oppositum antecedenti colligit; at ea quae ex connexo et consequente colligit antecedens, dicitur ad colligendum inepta, ut ea quam ante diximus; quia etiamsi verae sint eius sumptiones, falsum colligit, si eam proferas noctu, quum lux est lucernae. nam hoc, "si dies est, lux est" connexum verum est, et haec assumptio est vera "atqui lux est" sed falsa est conclusio haec "dies est ergo". 150. propter omissionem autem est vitiosa argumentatio, in qua omittitur aliquid eorum quae ad colligendam conclusionem faciunt, ut, quum vera sit, ut putant, haec argumentatio "aut bonae sunt divitiae aut malae aut indiffe-

n) *ἀλλὰ μὴν φῶς ἐστιν, ἡμέρα ἄρα*] ita scribendum esse satis suadent quae sequuntur. antea male legebatur, *ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστί, φῶς ἄρα ἐστίν.*

o) *τοῦ ἐν αὐτῷ ἡγουμένου*] ita mss pro *ἐν ἑαυτῷ.*

p) *συλλογιστικός*] id est *συνακτικός*, recte ac firmiter concludens. prior nempe ex illis duobus syllogismis erat: *si dies est, lux est*; *atqui dies est, ergo lux est*, in quo ex connexo et antecedente consequens colligitur. alter: *si dies est, lux est; non est autem lux*, *non est ergo dies*, colligit ex connexo et consequentis opposito oppositum antecedentis. tertius contra *ἀσύνακτος*, *si dies est*, *lux est; atqui lux est*, *ergo est dies*, concludit antecedens et connexo et consequente.

P 100 q) *πρόσληψις*] subintellige, *ἀληθής*. [in antecedd. legebatur *λέγεται.*]

*ἐστιν ὁ πλοῦτος ἢ κακὸς ἢ ἀδιάφορος· οὔτε δὲ κακός ἐστιν οὔτε*
*ἀδιάφορος, ἀγαθὸς ἄρα ἐστίν" φαῦλός ἐστι παρὰ ἔλλειψιν οὗτος*
*ὁ λόγος "ἤτοι ἀγαθός ἐστιν ὁ πλοῦτος ἢ κακός· οὐκ ἔστι δὲ*
*κακός, ἀγαθὸς ἄρα ἐστίν". ἐὰν οὖν δείξω ὅτι οὐδεμία διαφορὰ* 151
*τῶν ἀσυνάκτων διακρίνεσθαι δύναται κατ᾽ αὐτοὺς ἀπὸ τῶν συν-*
*ακτικῶν, ἔδειξα ὅτι ἀκατάληπτός ἐστιν ὁ συνακτικὸς λόγος, ὡς*
*περιττὰς εἶναι τὰς κατὰ διαλεκτικὴν αὐτοῖς φερομένας ἀπειρο-*
*λογίας.*[r]) *δείκνυμι δὲ οὕτως· ὁ κατὰ διάρτησιν*[s]) *ἀσύνακτος λό-* 152
*γος ἐλέγετο ἐγνωρίσθαι ἐκ τοῦ μὴ ἔχειν ἀκολουθίαν τὰ λήμματα*
*αὐτοῦ πρὸς ἄλληλα καὶ τὴν ἐπιφοράν. ἐπεὶ οὖν τῆς γνώσεως*
*τῆς ἀκολουθίας ταύτης δεῖ προηγεῖσθαι τὴν κρίσιν τοῦ συνημ-*
*μένου, ἀνεπίκριτον δέ ἐστι τὸ συνημμένον, ὡς ἐπελογισάμην*[t]),
*ἔσται καὶ*[u]) *ὁ κατὰ διάρτησιν ἀσύνακτος λόγος. καὶ γὰρ ὁ λέ-*
*γων κατὰ διάρτησιν ἀσύνακτον εἶναί τινα λόγον, φάσιν μὲν προ-*
*φερόμενος μόνην, ἀντιτιθεμένην αὐτῷ φάσιν ἕξει τὴν ἀντικειμέ-*
*νην τῇ προειρημένῃ· ἀποδεικνὺς δὲ διὰ λόγου ἀκούσεται ὅτι δεῖ*
*τὸν λόγον τοῦτον πρότερον συνακτικὸν εἶναι, εἶθ᾽ οὕτως ἀπο-*
*δεικνύειν ὅτι ἀσυνάρτητα τὰ λήμματα τοῦ διηρτῆσθαι λεγομένου*
*λόγου. οὐ γνωσόμεθα δὲ εἰ ἔστιν ἀποδεικτικός, μὴ ἔχοντες συν-* 153
*ημμένου σύμφωνον κρίσιν, ᾗ κρινοῦμεν εἰ ἀκολουθεῖ τῇ διὰ τῶν*
*λημμάτων τοῦ λόγου συμπλοκῇ τὸ συμπέρασμα. καὶ κατὰ τοῦτο*[x])

**rentes: at neque malae sunt, neque indifferentes, ergo bonae sunt"; vitiosum est quod sequitur argumentum propter omissionem "aut bonae sunt divitiae, aut malae, at malae non sunt, ergo sunt bonae". 151. itaque si ostendero nullam posse secundum eos differentiam statui ac diiudicari inter argumenta colligendi vim habentia et ea quae ad colligendum inepta sunt, ostensum a me fuerit comprehendi non posse quae demum sit colligendi vim habens argumentatio, adeo ut supervacanea sit illa immensa quae ab iis in dialectica affertur verbositas. sic autem illud ostendo: 152. argumentum propter incohaerentiam dicebatur ineptum ad colligendum cognosci ex eo, quod eius sumptiones bonam inter se ipsas et inter conclusionem non haberent consecutionem. quoniam igitur diiudicatio connexi debet cognitionem huius consecutionis anteire, connexum autem diiudicari nequit, ut supra disputavimus; diiudicari etiam non poterit quodnam sit argumentum quod propter incohaerentiam connexi ineptum sit ad concludendum. nam qui dicit aliquod argumentum esse ineptum ad colligendum propter incohaerentiam, si enuntiationem solam proferat qua hoc affirmet, opponetur illi contraria enuntiatio; sin demonstret per argumentum, illi dicetur debere argumentum hoc prius colligendi vi pollere, et tum demum ostendere non cohaerentes esse sumptiones argumenti quod incohaerentia laborare dicitur. 153. neque vero sciemus sitne argumentum illud demonstrativum, quippe qui non habeamus connexi diiudicationem uno omnium consensu approbatam, qua iudicemus an conclusio sequatur ex connexione sumptionum argumenti. quocirca etiam secundum hoc ab argu-**

---

r) *αὐτοῖς φερομένας ἀπειρολογίας*] recte reprehendit prolixitatem et verbositatem subtilem Stoicorum, qui tricis dialecticis sexcenta volumina impleverant, solius enim Chrysippi exstabant plus quam trecenta. *ματαιοπονίαν* vocat infra sect. 206 *περιττά* et *μάτην πεπονημένα*. sect. 236.

s) *κατὰ διάρτησιν*] supra sect. 146. est autem *διάρτησις* incohaerentia, cui sect. 111 *συνάρτησις* opponitur.

t) *ὡς ἐπελογισάμην*] sect. 110 seq.

u) *ἔσται καὶ*] *ἀνεπίκριτος* videlicet. statim pro *καὶ ὁ κατὰ διάρτησιν*, ms Vratislav. habet *καὶ ὁ κατὰ διαίρεσιν*, vitiose.

x) *καὶ κατὰ τοῦτο*] ita mss pro *οὐ κατὰ τοῦτο*.

οὖν οὐχ ἕξομεν διακρίνειν τῶν συνακτικῶν τὸν κατὰ διάρτησιν
154 μοχθηρὸν εἶναι λόγον. τὰ δὲ αὐτὰ ἐροῦμεν πρὸς τὸν λέγοντα
P 101 μοχθηρὸν εἶναι λόγον τινὰ παρὰ τὸ ἐν φαύλῳ σχήματι [y]) ἠρωτῆσθαι· ὁ γὰρ κατασκευάζων ὅτι μοχθηρόν τι σχῆμά ἐστιν, οὐχ ἕξει ὁμολογούμενον συνακτικὸν λόγον δι' οὗ δυνήσεται συνάγειν
155 ὃ φησι. δυνάμει δὲ ἀντειρήσθω [z]) διὰ τοῦτο καὶ πρὸς τοὺς πειρωμένους παρ' ἔλλειψιν [a]) ἀσυνάκτους λόγους εἶναι δεικνύναι. εἰ γὰρ ὁ ἐντελὴς ἀπηρτισμένος ἀδιάκριτός ἐστι, καὶ ὁ ἐν ἐλλείψει ἄδηλος ἔσται. καὶ ὅτι ὁ διὰ λόγου δεικνύναι τινὰ ἐλλιπῆ βουλόμενος λόγον, μὴ ἔχων συνημμένου κρίσιν ὡμολογημένην, δι' ἧς κρίνειν δυνήσεται τὴν ἀκολουθίαν τοῦ ὑπ' αὐτοῦ λεγομένου λόγου οὐ δυνήσεται κεκριμένως καὶ ὀρθῶς λέγειν ὅτι ἐλ-
156 λιπής ἐστιν. ἀλλὰ καὶ ὁ κατὰ παρολκὴν [b]) λεγόμενος εἶναι μοχθηρὸς ἀδιάκριτός ἐστιν ἀπὸ τῶν ἀποδεικτικῶν· ὅσον γὰρ ἐπὶ τῇ παρολκῇ καὶ οἱ θρυλούμενοι παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς ἀναπόδεικτοι [c]) ἀσύνακτοι εὑρεθήσονται, ὧν ἀναιρουμένων ἡ πᾶσα διαλεκτικὴ [d]) ἀνατρέπεται· οὗτοι γάρ εἰσιν οὓς φασιν ἀποδείξεως μὲν μὴ δεῖσθαι πρὸς τὴν ἑαυτῶν σύστασιν, ἀποδεικτικοὺς δὲ ὑπάρχειν τοῦ

mento colligendi vim habente discernere illud quod propter incohaerentiam vitiosum sit, non bene poterimus. 154. eadem autem obiiciemus ei qui vitiosam esse argumentationem dixerit propterea, quod in vitiosa forma proposita fuerit. nam qui astruit vitiosam esse aliquam formam, non habebit confessum et indubitatum argumentum colligendi vim habens ex quo possit inferre quod dicit. 155. ex his autem possint etiam illi refutari, qui argumentum fieri ineptum ad colligendum propter omissionem conantur ostendere. nam si perfectum argumentum quodnam sit, et cui nihil deest, diiudicari nequit, illud quoque in quo est facta omissio, obscurum erit futurum. praeterea qui argumento vult ostendere alicui argumentationi quidpiam deesse, nisi habeat connexi iudicationem confessam, ex qua consecutionem argumenti quod affert, diiudicet, nequaquam poterit certo iudicio et recte affirmare illud defectum aliquem habere. 156. iam vero et illud genus argumenti quod vitiosum esse dicitur propter superfluitatem, per demonstrativa argumenta diiudicari et discerni nequit. nam quantum ad superfluitatem, etiam eae quae apud Stoicos tantopere celebrantur argumentationes indemonstrabiles, comperientur esse ad colligendum ineptae, quae si tollantur, universa dialectica evertitur. hae enim sunt quas dicunt demonstratione quidem non egere ad sui confirmationem, sed per eas demonstrari, quod alia argumenta recte colligant.

---

P 101 y) ἐν φαύλῳ σχήματι] supra sect. 147.

z) ἀντειρήσθω] ita ms Vratisl. pro vitioso ἀντειρήσομεν.

a) παρ' ἔλλειψιν] supra sect. 150.

b) ὁ κατὰ παρολκὴν] sect. 147.

c) οἱ θρυλούμενοι παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς ἀναπόδεικτοι] indemonstrabilia appellabant argumenta Stoici quae rem demonstrant cum ipsa quidem nulla alia indigeant demonstratione μὴ χρῄζοντα ἀποδείξεως Laërt. 7 79. horum plura distinguebant genera, de quibus Sextus noster deinceps disserit. non vero Stoici tantum sed Peripatetici etiam suos habuere λόγους quos ἀναποδείκτους vocarunt, de quibus infra sect. 194 seq. ab Aristotele 1 Analyt. consimiliter τέλειοι συλλογισμοί definiuntur οἱ μηδενὸς ἄλλου προσδεόμενοι παρὰ τὰ εἰλημμένα πρὸς τὸ φανῆναι τὸ ἀναγκαῖον. Chrysippi liber περὶ τῶν πρώτων καὶ ἀναποδείκτων adversus Zenonem memoratus a Laërtio 7 195.

d) ἡ πᾶσα διαλεκτικὴ] infra sect. 166, 194. Cicero Lucullo c. 30.

καὶ τοὺς ἄλλους συνάγειν λόγους. ὅτι δὲ παρέλκουσιν [e]) ἔσται σαφές, ἐκθεμένων ἡμῶν τοὺς ἀναποδείκτους, καὶ οὕτως ὅ φαμεν ἐπιλογιζομένων. πολλοὺς μὲν ἀναποδείκτους ὀνειροπολοῦσι [f]), πέντε 157 δὲ τούτους μάλιστα ἐκτίθενται, εἰς οὓς οἱ λοιποὶ πάντες ἀναφέρεσθαι δοκοῦσι. πρῶτον [g]) ἐκ συνημμένου καὶ τοῦ ἡγουμένου τὸ λῆγον συνάγοντα, οἷον "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστιν· ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστί, φῶς ἄρα ἐστίν"· δεύτερον τὸν ἐκ συνημμένου καὶ τοῦ ἀντικειμένου τοῦ λήγοντος τὸ ἀντικείμενον τοῦ ἡγουμένου συνάγοντα, οἷον "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστιν· οὐκ ἔστι δὲ φῶς, οὐκ ἄρα ἡμέρα ἐστίν". τρίτον τὸν ἐξ ἀποφατικοῦ συμπλοκῆς καὶ 158 ἑνὸς τῶν ἐκ τῆς συμπλοκῆς τὸ ἀντικείμενον τοῦ λοιποῦ συνάγοντα, οἷον "οὐχὶ ἡμέρα ἐστί, καὶ νὺξ ἐστιν· ἡμέρα δέ ἐστιν, P 102 οὐκ ἄρα νὺξ ἐστι". τέταρτον τὸν ἐκ διεζευγμένου [h]) καὶ ἑνὸς τῶν ἐπεζευγμένων τὸ ἀντικείμενον τοῦ λοιποῦ συνάγοντα, οἷον, "ἤτοι ἡμέρα ἐστὶν ἢ νὺξ ἐστιν· ἡμέρα δέ ἐστιν, οὐκ ἄρα νὺξ ἐστι." πέμπτον [i]) τὸν ἐκ διεζευγμένου καὶ τοῦ ἀντικειμένου ἑνὸς τῶν ἐπεζευγμένων τὸ λοιπὸν συνάγοντα, οἷον "ἤτοι ἡμέρα ἐστὶν ἢ

inesse autem illis indemonstrabilibus argumentationibus superfluitatem manifestum erit, ubi illas exposuerimus, atque ita hoc quod dicimus probatum dederimus. 157. multas quidem indemonstrabiles somniant, sed has quinque potissimum exponunt, ad quas reliquae omnes referri videntur. primam, ex connexo et antecedente colligentem consequens, ut "si dies est, lux est; atqui dies est, lux est ergo". secundam, quae ex connexo et contrario consequentis contrarium antecedentis colligit, ut "si dies est, lucet, non lucet autem, non igitur est dies". 158. tertiam, quae ex negativa propositione copulativa et ex positione unius eorum quae in copulativa sunt, contrarium reliqui colligit, ut "non dies est et nox est; dies autem est, non igitur nox est". quartam, quae ex propositione disiunctiva et uno disiunctorum contrarium reliqui colligit, ut "aut dies est, aut nox est, dies autem est, non igitur nox est" quintam, quae ex disiunctiva et contrario unius disiunctorum reliquum colligit, ut "aut dies est aut nox est; nox autem non est, dies

---

e) ὅτι δὲ παρέλκουσιν] ita ex mss reposui pro ὅτε. referebant Stoici inter vitia argumentorum illud quod committitur κατὰ παρολκήν, si quid superfluat in illis haud necessarium. supra sect. 147 et 2 contra Log. sect. 294. Chrysippi libri duo περὶ τῶν παρελκόντων λόγων adversus Pasylum, Laërt. 7 195. itaque noster ut argumenta quae ab illis iactantur indemonstrabilia et ἀναπόδεικτα refellat, et ἀσύνακτα esse ostendat. contendit in illis aliquid posse abesse, et propositionem unam superfluere. infra sect. 159 seq. 166, 175.

f) πολλοὺς μὲν ἀναποδείκτους ὀνειροπολοῦσι] ab aliorum Stoicorum sententia recesserat Chrysippus, qui in sua περὶ συλλογισμῶν εἰσαγωγῇ genera plura argumentorum ἀναποδείκτων reduxerat ad haec quinque, quae Sextus deinde exponit. confer si lubet lib. 2 contra Logicos sect. 215, 223 seq. et Laërtium 7 80 seq. secundi et quinti ἀναποδείκτου meminit Simplicius in 1 Physicor. p. 28, ut δευτέρου τῶν ὑποθετικῶν p. 35 b. et 97. 222 b. 224 b.

g) πρῶτον] primum recte concludendi modum ex Stoicorum sententia vocat etiam Cicero c. 30 libri 4 Academ. quaest. atque idem primi et secundi modi exemplum attulit noster sect. 147, 149 et infra sect. 198 seq.

h) ἐκ διεζευγμένου] ita mss rectius pro διαζευγμένου, quemadmodum P 102 et διεζ. saepius infra legitur.

i) πέμπτον] vide supra lib. 1 sect. 69.

159 νὺξ ἐστιν· οὐχὶ δὲ νὺξ ἐστιν, ἡμέρα ἄρα ἐστίν". οὗτοι μὲν οὖν
εἰσιν οἱ θρυλούμενοι ἀναπόδεικτοι. πάντες δέ μοι δοκοῦσιν
ἀσύνακτοι εἶναι κατὰ παρολκήν. αὐτίκα γοῦν, ἵνα ἀπὸ τοῦ πρώ-
του ἀρξώμεθα, ἤτοι ὁμολογεῖται ὅτι ἀκολουθεῖ τὸ φῶς ἐστι τῷ
ἡμέρα ἐστίν[k]), ἡγουμένῳ αὐτῷ ἐν τῷ "εἰ ἡμέρα ἐστί[l]), φῶς ἐστι"
συνημμένῳ[m]), ἢ ἄδηλόν ἐστιν. ἀλλ' εἰ μὲν ἄδηλόν ἐστιν, οὐ
δώσομεν τὸ συνημμένον ὡς ὁμολογούμενον, εἰ δὲ πρόδηλόν ἐστιν
ὅτι ὄντος τοῦ ἡμέρα ἐστίν ἐξ ἀνάγκης[n]) ἐστὶ καὶ τὸ φῶς ἐστιν,
εἰπόντων ἡμῶν ὅτι ἡμέρα ἐστί, συνάγεται καὶ τὸ φῶς ἐστιν, ὡς
ἀρκεῖν τὸν τοιοῦτον λόγον "ἡμέρα ἐστί, φῶς ἄρα ἐστί", καὶ παρ-
160 έλκειν τὸ "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι[o])" συνημμένον. ὁμοίως δὲ
φερόμεθα καὶ ἐπὶ τοῦ δευτέρου ἀναποδείκτου· ἤτοι γὰρ ἐνδέ-
χεται τοῦ λήγοντος μὴ ὄντος εἶναι τὸ ἡγούμενον, ἢ οὐκ ἐνδέχε-
ται· ἀλλ' εἰ μὲν ἐνδέχεται, οὐκ ἔσται ὑγιὲς τὸ συνημμένον, εἰ
δὲ οὐκ ἐνδέχεται, ἅμα τῷ τεθῆναι τὸ οὐχί, τὸ λῆγον, τίθεται
καὶ τὸ οὐχί, τὸ ἡγούμενον, καὶ παρέλκει πάλιν τὸ συνημμένον,
τῆς συνερωτήσεως τοιαύτης γινομένης "οὐχὶ φῶς ἐστιν οὐκ ἄρα
161 ὅτι ἡμέρα ἐστίν". ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τοῦ τρίτου ἀναπο-
δείκτου· ἤτοι γὰρ πρόδηλόν ἐστιν ὅτι οὐκ ἐνδέχεται τὰ ἐν τῇ
συμπλοκῇ συνυπάρξαι ἀλλήλοις ἢ ἄδηλον· καὶ εἰ μὲν ἄδηλον,
οὐ δώσομεν τὸ ἀποφατικὸν τῆς συμπλοκῆς, εἰ δὲ πρόδηλον, ἅμα

est igitur. 159. hae sunt argumentationes quae celebrantur indemonstrabiles, quae omnes mihi videntur propter superfluitatis vitium ineptae ad colligendum esse. nam, ut a prima incipiamus, aut confessum et indubitatum est ex hoc, si dies est, consequi illud, lux est, quod praecedit illud in isto connexo "si dies est, lux est"; aut incertum est. ac si quidem est incertum, non concedemus connexum tamquam indubitatum; sin est certum hoc posito, dies est, necessario esse illud, lux est, certe postquam diximus, dies est, colligitur etiam illud, lux est: adeo ut haec collectio sufficiat "dies est, lux ergo est", et supervacaneum sit illud connexum "si dies est, lux est". 160. eandem viam tenemus et in impugnanda secunda indemonstrabili; aut enim fieri potest ut non existente consequente existat antecedens, aut fieri non potest: sed siquidem fieri potest, non erit verum connexum; at si fieri non potest, simulatque negatur consequens, negatur etiam antecedens, adeo ut supervacaneum sit rursus connexum, quum satis sit argumentum ita proponi "non est lux, non est igitur dies". 161. eadem ratio est et in tertia indemonstrabili; aut enim certum est fieri non posse ut ea quae in copulativa propositione coniunguntur, invicem coëxistant, aut incertum, et siquidem incertum, non concedemus negativam copulativam; sin est certum, simulatque alterum po-

---

k) *τὸ φῶς ἐστι τῷ ἡμέρα ἐστίν*] ita recte mss pro *τῷ φῶς ἐστι τὸ ἡμέρα ἐστί.*

l) *εἰ ἡμέρα ἐστί*] in editis *εἰ* male exciderat.

m) *συνημμένῳ*] Salmasius in codice suo scripserat *συνημμένον.* sed nihil mutandum; sensus enim est quod in hoc connexo *ἐν τῷ συνημμένῳ*, *si dies est*, *lux est* ex antecedente sive *ἡγουμένῳ* hoc: *si dies est*, sequitur consequens, *lux est.*

n) *ἐξ ἀνάγκης*] semel monuisse sufficiat in mss codicibus frequenter eiusmodi coniuncta cum praepositione vel coniunctione nomina scribi ut unicum vocabulum, *ἐξανάγκης*, sic alibi *διαβραχέων καταμέρος ἐπιμέρους οὐθέτερον ὅταν* pro *ὅτ' ἄν*, *καταμέρη οὐκέτι καθέκαστον τουτέστι οὐκοῦν καπιδίαν ἐξόλου* et similia.

o) *εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι*] iterum *εἰ* quod in editis exciderat e mss revocavi.

τῷ τεθῆναι τὸ ἕτερον ἀναιρεῖται τὸ λοιπόν, καὶ παρέλκει τὸ ἀποφατικὸν τῆς συμπλοκῆς, οὕτως ἡμῶν ἐρωτώντων "ἡμέρα ἐστίν, οὐκ ἄρα νύξ ἐστι". τὰ δὲ παραπλήσια λέγομεν καὶ ἐπὶ τοῦ τετάρ- 162
του[p]) καὶ ἐπὶ τοῦ πέμπτου ἀναποδείκτου· ἤτοι γὰρ πρόδηλόν ἐστιν ὅτι ἐν τῷ διεζευγμένῳ τὸ μὲν ἀληθές ἐστι, τὸ δὲ ψευδές, μετὰ μάχης τελείας (ὅπερ ἐπαγγέλλεται τὸ διεζευγμένον) ἢ ἄδηλον. καὶ εἰ μὲν ἄδηλον, οὐ δώσομεν τὸ διεζευγμένον, εἰ δὲ πρόδηλον, τεθέντος ἑνὸς ἀπ' αὐτῶν φανερόν ἐστιν ὅτι τὸ λοιπὸν οὐκ ἔστι· καὶ ἀναιρεθέντος ἑνός, πρόδηλον ὅτι τὸ λοιπόν P 103
ἐστιν· ὡς ἀρκεῖν συνερωτᾶν οὕτως "ἡμέρα ἐστίν, οὐκ ἄρα νύξ ἐστιν· οὐχὶ ἡμέρα ἐστίν, νὺξ ἄρα ἐστί" καὶ παρέλκειν τὸ διεζευγμένον. παραπλήσια δὲ λέγειν ἔνεστι καὶ περὶ τῶν κατηγορι- 163
κῶν καλουμένων συλλογισμῶν[q]), οἷς μάλιστα χρῶνται οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου. οἷον γοῦν ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ "τὸ δίκαιον καλόν, τὸ καλὸν ἀγαθόν, τὸ δίκαιον ἄρα ἀγαθόν" ἤτοι ὁμολογεῖται καὶ πρόδηλόν ἐστιν ὅτι τὸ καλὸν ἀγαθόν ἐστιν, ἢ ἀμφισβητεῖται καὶ ἔστιν ἄδηλον. ἀλλ' εἰ μὲν ἄδηλόν ἐστιν, οὐ δοθήσεται κατὰ τὴν τοῦ λόγου συνερώτησιν, καὶ διὰ τοῦτο οὐ συνάξει ὁ συλλογισμός, εἰ δὲ πρόδηλόν ἐστιν ὅτι πᾶν ὅπερ ἐὰν*) ᾖ καλόν, τοῦτο πάντως καὶ ἀγαθόν ἐστιν, ἅμα τῷ λεχθῆναι ὅτι τόδε τι καλόν ἐστι, συνεισάγεται καὶ τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι, ὡς ἀρκεῖν τὴν τοιαύτην συνερώτησιν "τὸ δίκαιον καλόν, τὸ δίκαιον ἄρα ἀγαθόν" καὶ παρέλκειν τὸ ἕτερον λῆμμα ἐν ᾧ τὸ καλὸν ἀγαθὸν εἶναι ἐλέγετο. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ λόγῳ "Σωκράτης ἄνθρωπος[r]), πᾶς 164

situm est, tollitur alterum et superflua est negatio copulativae, quum nos ita argumentum efferre possimus "dies est, non igitur nox est". 162. eadem dicimus et in quarta et in quinta indemonstrabili; aut enim certo compertum est in disiunctiva alterum quidem esse verum, alterum autem falsum, cum pugna perfecta (quod promittit disiunctum) aut incertum. et si quidem est incertum, non concedemus disiunctum; si autem certum, posito uno illorum, manifestum est non esse alterum, et sublato uno, manifestum est alterum esse; adeo ut tali propositione uti sufficiat "dies est, non igitur nox est: non est dies, nox est ergo" et supervacanea sit disiunctiva propositio. 163. his similia dici possunt et de categoricis quos vocant syllogismis, quibus maxime utuntur Peripatetici, quale est hoc argumentum "iustum est honestum, honestum est bonum, ergo iustum est bonum" aut pro confesso habetur et certo patet honestum esse bonum, aut in dubio versatur, nec certo compertum est. sed si quidem incertum est, non concedetur in proposita argumentatione, et propterea nec colliget syllogismus; at si certum est quicquid sit honestum hoc omnino esse etiam bonum, simul atque dictum est, hoc vel illud esse honestum, simul colligitur etiam bonum esse; adeo ut sufficiat ita proponere "iustum est honestum, iustum igitur est bonum", et supervacanea sit altera sumptio in qua honestum esse dicebatur bonum. 164. similiter et in hoc argumento "Socrates est homo; omnis homo est animal, Socrates ergo est ani-

p) καὶ ἐπὶ τοῦ τετάρτου] ita mss. in editis καὶ deest.

q) κατηγορικῶν συλλογισμῶν] Aristoteles in Analyticis plurimum tri- P 103
buit syllogismo categorico, exemplum autem quod Sextus affert primum exstat in Platonis Alcibiade.

[*) ἄν?]

r) Σωκράτης ἄνθρωπος] syllogismus et hic et superior est in figura syllogismi quarta, quam Galenicam auctore Averroë vulgo appellant. nihil autem aliud est quam prima figura inversa, ita ut minor propositio

ἄνθρωπος ζῷον, Σωκράτης ἄρα ζῷον", εἰ μὲν οὐκ ἔστι πρόδηλον αὐτόθεν ὅτι πᾶν ὅ τι περ ἐὰν *) ᾖ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ ζῷόν ἐστιν, οὐχ ὁμολογεῖται ἡ καθόλου πρότασις, οὐδὲ δώσομεν αὐ-
165 τὴν ἐν τῇ συνερωτήσει· εἰ δὲ ἕπεται τοῦ ἄνθρωπόν τι εἶναι τὸ καὶ ζῷον αὐτὸν ὑπάρχειν, καὶ διὰ τοῦτο ἀληθής ἐστιν ὁμολογουμένως ἡ "πᾶς ἄνθρωπος ζῷον" πρότασις, ἅμα τῷ λεχθῆναι ὅτι Σωκράτης ἄνθρωπος συνεισάγεται καὶ τὸ ζῷον αὐτὸν εἶναι, ὡς ἀρκεῖν τὴν τοιαύτην συνερώτησιν "Σωκράτης ἄνθρωπος, Σωκράτης ἄρα ζῷον" καὶ παρέλκειν τὴν "πᾶς ἄνθρωπος ζῷον" πρό-
166 τασιν. παραπλησίαις δὲ μεθόδοις καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πρώτων κατηγορικῶν [s]) λόγων χρῆσθαι δυνατόν ἐστιν, ἵνα μὴ νῦν ἐνδιατρίβωμεν. πλὴν ἐπεὶ παρέλκουσιν οὗτοι οἱ λόγοι, ἐν οἷς τὴν ὑποβάθραν τῶν συλλογισμῶν οἱ Διαλεκτικοὶ τίθενται, ὅσον ἐπὶ τῇ παρολκῇ [t]) διατρέπεται πᾶσα ἡ διαλεκτική, μὴ δυναμένων ἡμῶν διακρῖναι τοὺς παρέλκοντας καὶ διὰ τοῦτο ἀσυνάκτους λό-
167 γους ἀπὸ τῶν συνακτικῶν καλουμένων συλλογισμῶν. εἰ δὲ οὐκ
P 104 ἀρέσκει τισὶ λόγους μονολημμάτους [u]) εἶναι, οὐκ εἰσὶν ἀξιοπιστότεροι Ἀντιπάτρου [x]), ὃς οὐδὲ τοὺς τοιούτους λόγους ἀποδοκιμάζει. διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἀνεπίκριτός ἐστιν ὁ παρὰ τοῖς Δια-

mal", si certum non est ex se ipso, quodcumque fuerit homo, id esse animal, non est confessa universalis propositio, neque dabimus illam quum argumentatio inferetur. 165. at si protinus ut aliquid fuerit homo sequitur id esse animal, et propterea vera est indubitate haec propositio "omnis homo est animal", simulatque dictum est Socratem esse hominem, simul colligitur ipsum esse animal; adeo ut hanc argumentationem inferre sit satis "Socrates est homo, Socrates ergo est animal" et supervacanea sit propositio ista "omnis homo est animal". 166. similibus autem methodis in aliis primis categoricis argumentationibus uti possumus, ne nunc diutius huic rei immoremur. verum enimvero quum vitiosa sint propter superfluitatem haec argumenta, in quibus syllogismorum fundamentum Dialectici ponunt, ratione huius superfluitatis evertitur tota Dialectica; quum adeo argumenta propter superfluitatem vitiosa ideoque ad colligendum inepta a syllogismi colligendi vim habentibus diiudicare nequeamus. 167. quodsi non placet quibusdam argumentationes constare unica sumptione, non sunt illi fide digniores quam Antipater, qui ne huiusmodi quidem argumentationes reiicit. his igitur de causis diiudicari nequit argumen-

---

maioris, et maior minoris loco ponatur. hinc et Alcinous priorem syllogismum ex Platonis Alcibiade repetens c. 6. Isagoges ait Platonem in prima figura argumentatum esse. atque tales syllogismos post Aristotelem Theophrastum atque Eudemum ad primam refert figuram Boëthius lib. 2 de syllogismo categorico.

[*) ἂν ?]

s) πρώτων κατηγορικῶν] syllogismos alios categoricos in prima figura intellige.

t) ὅσον ἐπὶ τῇ παρολκῇ] vitium enim hoc, quod argumentum facit ἀσύνακτον secundum Stoicos, ut dictum sect. 147.

u) λόγους μονολημμάτους] argumenta in quibus non duae ut in perfectis syllogismis, sed tantum unica est praemissa, quae iam Sextus disputavit sufficere, ut *dies est, lucet igitur: non lucet, non est igitur dies. iustum est honestum, iustum igitur est bonum. Socrates est homo, Socrates igitur est animal.*

P 104 x) Ἀντιπάτρου] Antipater Tarsensis intelligitur, Stoicus celebris, discipulus Diogenis Babylonii et Panaetii Rhodii Magister, de quo dixi libro 3 Bibliothecae Graecae cap. 15. idem ex Antipatro refert noster 2 contra Logicos sect. 444, ubi eum e numero τῶν ἐν τῇ Στωϊκῇ ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν fuisse testatur.

λεκτικοῖς συνακτικὸς καλούμενος λόγος. ἀλλὰ καὶ ὁ ἀληθὴς λό-
γος ἀνεύρετός ἐστι διά τε τὰ προειρημένα y) καὶ ἐπεὶ πάντως
ὀφείλει εἰς ἀληθὲς λήγειν z)· τὸ γὰρ συμπέρασμα τὸ ἀληθὲς
εἶναι λεγόμενον ἤτοι φαινόμενόν ἐστιν ἢ ἄδηλον· καὶ φαινόμενον 168
μὲν οὐδαμῶς· οὐ γὰρ ἂν δέοιτο τοῦ διὰ τῶν λημμάτων ἐκκα-
λύπτεσθαι δι᾽ ἑαυτοῦ προσπῖπτον, καὶ οὐχ ἧττον τῶν λημμάτων
αὐτοῦ φαινόμενον οὐδὲ ἄδηλον a), ἐπεὶ περὶ τῶν ἀδήλων ἀνεπι-
κρίτως διαπεφώνηται (καθάπερ ἔμπροσθεν ὑπεμνήσαμεν) διόπερ
καὶ ἀκατάληπτά ἐστιν· ἀκατάληπτον ἔσται καὶ τὸ συμπέρασμα
τοῦ ἀληθοῦς εἶναι b) λεγομένου λόγου. εἰ δὲ καὶ τοῦτο ἀκατά-
ληπτόν ἐστιν, οὐ γνωσόμεθα πότερον ἀληθές ἐστι τὸ συναγό-
μενον, ἢ ψεῦδος*). ἀγνοήσομεν οὖν πότερον ἀληθής ἐστιν ὁ
λόγος ἢ ψευδής, καὶ ἀνεύρετος ἔσται ὁ ἀληθὴς λόγος. ἵνα δὲ 169
καὶ ταῦτα παρῶμεν, ὁ διὰ προδήλων ἄδηλον συνάγων ἀνεύρετός
ἐστιν· εἰ γὰρ ἕπεται τῇ διὰ τῶν λημμάτων αὐτοῦ συμπλοκῇ ἡ
ἐπιφορά, τὸ δ᾽ ἑπόμενον καὶ τὸ λῆγον πρός τί ἐστι καὶ πρὸς τὸ
ἡγούμενον, τὰ δὲ πρός τι συγκαταλαμβάνεται ἀλλήλοις c) (ὡς
παρεστήσαμεν) εἰ μὲν ἄδηλόν ἐστι τὸ συμπέρασμα, ἄδηλα ἔσται
καὶ τὰ λήμματα, εἰ δὲ πρόδηλά ἐστι τὰ λήμματα, πρόδηλον
ἔσται καὶ τὸ συμπέρασμα, ἅτε συγκαταλαμβανόμενον d) αὐτοῖς
προδήλοις οὖσιν· ὡς μηκέτι ἐκ προδήλων ἄδηλον συνάγεσθαι.
διὰ δὲ ταῦτα οὐδὲ ἐκκαλύπτεται ὑπὸ τῶν λημμάτων ἡ ἐπιφορά, 170

tatio ea quae a Dialecticis colligendi vim habere dicitur. sed et quaenam vera sit inveniri nequit, tum ob ea quae diximus, tum quoniam necessario debet in verum consequens desinere; nam conclusio quae vera esse dicitur, aut evidens est aut obscura. 168. et evidens quidem minime esse possit, nihil enim indigeret sumptionibus a quibus declararetur, si per se ipsam sub sensus nostros caderet, nec ipsamet certe minus quam praemissae illi sumptiones, evidens esset: sin est obscura, quoniam de obscuris indiiudicabilis exstitit hactenus controversia (ut antea docuimus) unde et incomprehensibilia sunt, incomprehensibilis etiam erit conclusio eius argumentationis quae vera esse dicitur. quodsi haec sit incomprehensibilis, nequaquam dignoscemus verumne sit quod colligitur an falsum. ignorabimus igitur vera sit argumentatio necne, invenirique illa nulla ratione poterit. 169. ut autem haec quoque omittamus, argumentatio quae per evidentia colligat obscurum, inveniri non potest. si enim conclusio sequitur ex consertione quae est inter ipsius argumenti sumptiones, at consequens et posterior sumptio est ex iis quae ad aliquid referuntur, nempe ad antecedens: quae autem sunt relata et ad aliquid referuntur, comprehenduntur simul invicem (ut ostendimus), si quidem obscura sit conclusio, obscurae erunt etiam sumptiones; sin evidentes fuerint sumptiones, evidens erit etiam conclusio, utpote quae comprehendatur cum illis, quae quidem sunt evidentes, adeo ut non amplius ex manifestis obscurum colligatur. 170. quae quum ita sint, ne ipsam quidem conclusionem sumptiones

y) διά τε τὰ προειρημένα] supra sect. 85 seq.

z) εἰς ἀληθὲς λήγειν] vide sect. 138.

a) οὐδὲ ἄδηλον] ita recte mss pro εἰ δέ.

b) ἀληθοῦς εἶναι] ms Vratislav. ἀληθὲς εἶναι.

[*) ψευδές?]

c) συγκαταλαμβάνεται ἀλλήλοις] supra sect. 119, 125 etc. infra 179 et lib. 2 sect. 7.

d) ἅτε συγκαταλαμβανόμενον] sic mss pro ὥστε.

ἤτοι ἄδηλος οὖσα καὶ μὴ καταλαμβανομένη, ἢ πρόδηλος καὶ μὴ δεομένη τοῦ ἐκκαλύψοντος[c]). εἰ τοίνυν ἡ ἀπόδειξις[f]) λόγος εἶναι λέγεται κατὰ συναγωγήν, τουτέστι συνακτικὸς διά τινων ὁμολογουμένως ἀληθῶν, ἐπιφορὰν ἐκκαλύπτων ἄδηλον, ὑπεμνήσαμεν δὲ ἡμεῖς ὅτι οὔτε λόγος τίς ἐστιν[g]) οὔτε συνακτικὸς[h]) οὔτε ἀληθὴς[i]) οὔτε διά τινων[k]) προδήλων ἄδηλον συνάγων οὔτε
P 105 ἐκκαλυπτικὸς τοῦ συμπεράσματος, φανερόν ἐστιν ὅτι ἀνυπόστα-
171 τός ἐστιν ἡ ἀπόδειξις. καὶ κατ' ἐκείνην δὲ τὴν ἐπιβολὴν ἀνύπαρκτον ἢ καὶ ἀνεπινόητον εὑρήσομεν τὴν ἀπόδειξιν· ὁ γὰρ λέγων εἶναι ἀπόδειξιν ἤτοι γενικὴν τίθησιν ἀπόδειξιν ἢ εἰδικήν τινα· ἀλλ' οὔτε τὴν γενικὴν οὔτε εἰδικὴν ἀπόδειξιν τιθέναι δυνατόν, ὡς ὑπομνήσομεν, παρὰ δὲ ταύτας ἄλλο τι νοεῖν οὐκ ἐνδέχεται· οὐκ ἄρα δύναταί τις ὡς ὑπάρχουσαν τιθέναι τὴν ἀπό-
172 δειξιν. ἡ μὲν οὖν γενικὴ ἀπόδειξις ἀνυπόστατός ἐστι διὰ τάδε· ἤτοι ἔχει λήμματά τινα καί τινα ἐπιφοράν, ἢ οὐκ ἔχει· καὶ εἰ μὲν οὐκ ἔχει, οὐδὲ ἀπόδειξίς ἐστιν· εἰ δὲ λήμματά τινα ἔχει καὶ ἐπιφοράν τινα, ἐπεὶ πᾶν τὸ ἀποδεικνύμενον οὕτω καὶ τὸ *) ἀπο-
173 δεικνύον ἐπὶ μέρους ἐστίν, εἰδικὴ ἔσται ἀπόδειξις· οὐκ ἄρα ἔστι τις γενικὴ ἀπόδειξις· ἀλλ' οὐδὲ εἰδική. ἤτοι γὰρ τὸ ἐκ τῶν λημμάτων καὶ τῆς ἐπιφορᾶς σύστημα ἀπόδειξιν ἐροῦσιν, ἢ τὸ σύστημα ἐκ τῶν λημμάτων[l]) μόνον· οὐδέτερον δὲ τούτων ἐστὶν

**patefaciant, siquidem aut obscura est minimeque comprehenditur, aut manifesta, nec patefieri necesse habet. ergo si demonstratio dicitur esse argumentatio per collectionem (id est colligendi vim habens) ex aliquibus quae omnes fatentur vera, conclusionem patefaciens obscuram, nos autem docuimus nullam dari argumentationem neque colligendi vim habentem neque veram neque per aliqua evidentia obscurum colligentem nec quae patefaciat conclusionem, subsistere non posse demonstrationem perspicuum est. 171. sed et istis rationibus illos aggredientes non existere aut etiam intelligi non posse comperiemus demonstrationem; nam qui dicit esse demonstrationem, aut illam generalem ponit aut specialem aliquam. sed nec generalis nec specialis demonstratio poni queat, ut docebimus, praeter has autem aliud quicquam intellectu percipere non possumus; nemo igitur ut existentem ponere demonstrationem potest. 172. ac generalis quidem demonstratio consistere non potest ob haec quae sequuntur; aut enim habet sumptiones aliquas et aliquam conclusionem, aut non habet; et si quidem non habet, ne demonstratio quidem est, sin sumptiones aliquas habet et conclusionem aliquam, quoniam omne quod demonstratur itidem et quod demonstrat particulare est, specialis erit demonstratio. non est igitur ulla generalis demonstratio. 173. sed neque specialis ulla est; aut enim dicent demonstrationem esse coagmentationem ex sumptionibus et conclusione aut coagmentationem ex sumptionibus solum. atqui neutrum horum est demonstratio ut ostendam; non est igitur specialis**

c) *ἐκκαλύψοντος*] al. *ἐκκαλύψαντος*, ut sect. 116.
f) *εἰ τοίνυν ἡ ἀπόδειξις*] supra sect. 135, 143.
g) *ὅτι οὔτε λόγος τίς ἐστιν*] sect. 144.
h) *οὔτε συνακτικὸς*] sect. 145 seq.
i) *οὔτε ἀληθὴς*] sect. 168.
k) *οὔτε διά τινων*] sect. 169.
P 105 [*) articulus vulgo om.]
l) *σύστημα ἐκ τῶν λημμάτων*] in editis *ἐκ* omissum. ad totam autem hanc disputationem conferendus liber adversus Rhetores sect. 107 seq. et liber 2 adversus Logicos.

ἀπόδειξις, ὡς παραστήσω, οὐκ ἄρα ἔστιν εἰδικὴ ἀπόδειξις. τὸ 174
μὲν οὖν σύστημα τὸ ἐκ τῶν λημμάτων καὶ τῆς ἐπιφορᾶς οὐκ
ἔστιν ἀπόδειξις, πρῶτον μὲν ὅτι μέρος τι ἔχουσα ἄδηλον, τουτ-
έστι τὴν ἐπιφοράν, ἄδηλος ἔσται, ὅπερ ἄτοπον· εἰ γὰρ ἄδηλός
ἐστιν ἡ ἀπόδειξις αὕτη, δεήσεται τοῦ ἀποδείξοντος αὐτὴν μᾶλ-
λον ἢ ἑτέρων ἔσται ἀποδεικτική. εἶτα καὶ ἐπεὶ πρός τί φασιν 175
εἶναι τὴν ἀπόδειξιν καὶ πρὸς τὴν ἐπιφοράν, τὰ δὲ πρός τι πρὸς
ἑτέροις m) νοεῖται, ὡς αὐτοί φασιν, ἕτερον εἶναι δεῖ τὸ ἀποδει-
κνύμενον τῆς ἀποδείξεως· εἰ οὖν τὸ συμπέρασμά ἐστι τὸ ἀπο-
δεικνύμενον, οὐ νοηθήσεται ἡ ἀπόδειξις σὺν τῷ συμπεράσματι.
καὶ γὰρ ἤτοι συμβάλλεταί τι πρὸς τὴν ἀπόδειξιν ἑαυτοῦ τὸ συμ-
πέρασμα ἢ οὐδαμῶς· ἀλλ' εἰ μὲν συμβάλλεται, ἑαυτοῦ ἔσται
ἐκκαλυπτικόν, εἰ δὲ οὐ συμβάλλεται, ἀλλὰ παρέλκει, οὐδὲ μέρος
τῆς ἀποδείξεως ἔσται, ἐπεὶ κἀκείνην κατὰ παρολκὴν n) ἐροῦμεν
εἶναι μοχθηράν. ἀλλ' οὐδὲ τὸ σύστημα τῶν λημμάτων μόνων 176
ἀπόδειξις ἂν εἴη. τίς γὰρ ἂν εἴποι τὸ οὕτως λεγόμενον "εἰ ἡμέρα
ἐστί, φῶς ἐστιν· ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστίν" o) ἢ λόγον εἶναι ἢ διά-
νοιαν ὅλως ἀπαρτίζειν; οὐκ ἄρα οὐδὲ τὸ σύστημα τῶν λημμά-
των μόνον ἀπόδειξίς ἐστιν· οὐδὲ ἡ εἰδικὴ ἄρα ἀπόδειξις ὑπό-
στασιν ἔχει. εἰ δὲ μήτε ἡ εἰδικὴ ἀπόδειξις ὑφέστηκε μήτε *) P 106
ἡ γενική, παρὰ δὲ ταύτας p) οὐκ ἔστιν ἐννοεῖν ἀπόδειξιν, ἀνυ-
πόστατός ἐστιν ἡ ἀπόδειξις. ἔτι ἐκ τούτων τὸ ἀνυπόστατον τῆς 177

**demonstratio. 174. coagmentatio itaque ex sumptionibus et conclusione non est demonstratio, primum quidem, quia partem aliquam habens obscuram incertamque, videlicet conclusionem, obscura incertaque erit, quod absurdum est. si enim obscura incertaque est haec demonstratio, ipsa indigebit alio eam demonstrante potius, quam erit aliorum demonstratoria. 175. deinde quia dicunt relatum esse sive ad aliquid referri demonstrationem, nempe ad conclusionem, quae autem relata sunt, ad alia referri intelliguntur, ut ipsi dicunt, oportet itaque ut id quod demonstratur aliud a demonstratione ac diversum sit. si igitur conclusio sit id quod demonstratur, non intelligi poterit demonstratio cum conclusione; aut enim aliquid adiumenti adfert conclusio ad demonstrationem sui aut nihil. sed si quid adiuvat, sui ipsius erit declarativa, si nihil adiuvat sed supervacanea est, ne pars quidem demonstrationis erit, quoniam et illam demonstrationem propter superfluitatem dicemus esse vitiosam. 176. sed neque coagmentatio sola ex solis sumptionibus demonstratio fuerit, nam quis concedat, hoc si dicam "si dies est, lux est, atqui dies est" aut argumentationem esse, aut sententiam ullo modo efficere? ergo neque coagmentatio ex solis sumptionibus demonstratio est. unde fit ut ne specialis quidem demonstratio subsistere possit. quodsi neque specialis demonstratio subsistere potest neque generalis, ultra haec autem non possumus demonstrationem intellectu percipere, subsistere non potest demonstratio. 177. verum ex his quoque insubsistentia demonstrationis doceri potest, si**

m) *πρὸς ἑτέροις*] al. *πρὸς ἑτέρους* male, nam esse deberet *πρὸς ἕτερα.*
n) *κατὰ παρολκὴν*] supra sect. 147 et 166.
o) *ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστί*] hic in editis sequebatur, *φῶς ἐστι*, male utique, dare enim vult Sextus exemplum argumenti ex solis constantis praemissis, in quo conclusio desideratur, adeoque argumentum ipsum nullum est, unde conficit demonstrationem sine conclusione nullam esse posse.
[*) ita mss; legebatur *μηδὲ*]
p) *παρὰ δὲ ταύτας*] ita mss pro *ταῦτα.* P 106

ἀποδείξεως ἔνεστιν ὑπομιμνήσκειν· εἰ γάρ ἐστιν ἀπόδειξις, ἤτοι φαινομένη φαινομένου ἐστὶν ἐκκαλυπτικὴ ἢ ἄδηλος ἀδήλου ἢ ἄδηλος φαινομένου ἢ φαινομένη ἀδήλου. οὐδενὸς δὲ τούτων ἐκκα-
178 λυπτικὴ δύναται ἐπινοεῖσθαι, ἀνεπινόητος ἄρα ἐστίν. εἰ μὲν γὰρ φαινομένη φαινομένου ἐκκαλυπτική ἐστιν, ἔσται τὸ ἐκκαλυπτόμενον ἅμα φαινόμενόν τε καὶ ἄδηλον· φαινόμενον μέν, ἐπεὶ τοιοῦτον εἶναι ὑπετέθη, ἄδηλον δέ, ἐπεὶ δεῖται τοῦ ἐκκαλύψοντος καὶ οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ ὑποπίπτει ἡμῖν σαφῶς. εἰ δὲ ἄδηλος ἀδήλου, αὕτη δεηθήσεται τοῦ ἐκκαλύψοντος q) αὐτὴν καὶ οὐκ ἔσται ἐκκαλυπτικὴ ἑτέρων ὅπερ ἀφέστηκε τῆς ἐννοίας τῆς ἀποδείξεως.
179 διὰ δὲ ταῦτα οὐδὲ ἄδηλος προδήλου δύναται εἶναι ἀπόδειξις· ἀλλ᾽ οὐδὲ πρόδηλος ἀδήλου. ἐπεὶ γὰρ πρός τι ἐστί, τὰ δὲ πρός τι ἀλλήλοις συγκαταλαμβάνεται r), συγκαταλαμβανόμενον τῷ προδήλῳ ἀποδείξει τὸ ἀποδείκνυσθαι λεγόμενον πρόδηλον ἔσται, ὡς περιτρέπεσθαι τὸν λόγον καὶ μὴ εὑρίσκεσθαι πρόδηλον αὐτὴν ἀδήλου ἀποδεικτικήν. εἰ οὖν μήτε φαινομένη φαινομένου ἐστὶν ἡ ἀπόδειξις μήτε ἄδηλος ἀδήλου μήτε ἄδηλος προδήλου μήτε πρόδηλος ἀδήλου, παρὰ δὲ ταῦτα οὐδὲν εἶναι λέγουσιν, λεκτέον
180 μηδὲν εἶναι τὴν ἀπόδειξιν. πρὸς τούτοις κἀκεῖνο λεκτέον· διαπεφώνηται περὶ τῆς ἀποδείξεως. οἱ μὲν γὰρ μηδὲ εἶναι λέγουσιν αὐτήν, ὡς οἱ μηδὲν ὅλως εἶναι s) φάσκοντες, οἱ δὲ εἶναι, ὡς οἱ πολλοὶ τῶν Δογματικῶν t), ἡμεῖς δὲ μὴ μᾶλλον u) εἶναι αὐτὴν

enim est demonstratio, aut evidens "ipsa aliud itidem" evidens patefacit aut obscura obscurum aut obscura manifestum aut manifesta obscurum. at demonstratio nulla intellectu percipi potest, quae ad ullum horum patefaciendum valeat; est ergo huiusmodi quae intelligi neutiquam possit. 178. nam si manifesta ipsa id quod manifestum est patefacit, quod patefacit una evidens erit et obscurum: evidens quidem, quoniam tale esse supponitur; obscurum autem, quia patefactione eget et non ex se ipso sub sensum nobis aperte cadit. sin obscura obscurum "patefacere dicatur" ipsa egebit alio a quo patefiat et ad aliorum patefactionem non valebit, quod a demonstrationis notione prorsus alienum est. 179. propterea neque obscura manifesti potest esse demonstratio neque manifesta obscuri; quia enim refertur ad aliquid, quae autem relata sunt simul invicem comprehenduntur, si comprehendatur una cum manifesta demonstratione id quod dicitur demonstrari erit et ipsum manifestum, adeo ut retorqueatur oratio, et non comperiatur ipsa manifesta obscuri esse demonstrativa. si ergo neque evidens evidentis est demonstratio neque obscura obscuri nec obscura manifesti nec manifesta obscuri, praeter haec autem nihil esse dicunt, nihil esse demonstrationem dicendum est. 180 his et illud addendum est, controversiae sunt de demonstratione; alii enim ne esse quidem ipsam dicunt, ut ii qui nihil omnino esse dicunt, alii esse, ut bona pars Dogmaticorum. nos autem nihilo magis esse ipsam quam non esse dicimus.

q) τοῦ ἐκκαλύψοντος] ita mss pro ἐκκαλύψαντος.

r) συγκαταλαμβάνεται] supra sect. 169. mox τῷ προδήλῳ habent mss cum articulo.

s) οἱ μηδὲν ὅλως εἶναι] nihil vere ita esse quale videtur, sed opinionem in omnibus utramque facere paginam, vide quae de Xeniade et Xenophane annotavi supra sect. 18 huius libri.

t) πολλοὶ τῶν Δογματικῶν] plerique, non omnes; nam et illi qui nihil esse verum asseverabant, de quibus dictum sect. 85, Dogmaticis adscribendi sunt.

u) μὴ μᾶλλον] vox sceptica ἰσοσθένειαν argumentorum ex utraque parte agnoscentis atque inde suspendentis assensum. supra lib. 1 cap. 19.

ἢ μὴ εἶναι φαμέν. καὶ ἄλλως ἡ ἀπόδειξις δόγμα πάντως περι- 181
έχει, περὶ παντὸς δὲ δόγματος διαπεφωνήκασιν[x]), ὥστε περὶ πά-
σης ἀποδείξεως ἀνάγκη εἶναι διαφωνίαν. εἰ γὰρ τῆς ἀποδείξεως
τοῦ εἶναι κενὸν[y]) (λόγου ἕνεκεν) ὁμολογουμένης, καὶ τὸ εἶναι
κενὸν συνομολογεῖται, δῆλον ὅτι οἱ ἀμφισβητοῦντες περὶ τοῦ P 107
εἶναι κενὸν καὶ περὶ τῆς ἀποδείξεως αὐτοῦ ἀμφισβητοῦσιν· καὶ
περὶ τῶν ἄλλων δογμάτων, ὧν εἰσὶν αἱ ἀποδείξεις, ὁ αὐτὸς λό-
γος. πᾶσα τοίνυν ἀπόδειξις ἀμφισβητεῖται καὶ ἐν διαφωνίᾳ ἐστίν.
ἐπεὶ οὖν ἄδηλός ἐστιν ἡ ἀπόδειξις διὰ τὴν διαφωνίαν τὴν περὶ 182
αὐτῆς — τὰ γὰρ διάφωνα, καθ᾽ ὃ διαπεφώνηται, ἄδηλά ἐστιν — οὐκ
ἔστιν ἐξ ἑαυτῆς πρόδηλος, ἀλλ᾽ ἐξ ἀποδείξεως ὀφείλει ἡμῖν
συνίστασθαι· ἡ οὖν ἀπόδειξις, δι᾽ ἧς κατασκευάζεται ἡ ἀπό-
δειξις, ὁμολογουμένη μὲν καὶ πρόδηλος οὐκ ἔσται — ζητοῦμεν
γὰρ νῦν εἰ ἔστιν ἀπόδειξις ὅλως — διαφωνουμένη δὲ καὶ ἄδηλος
οὖσα δεήσεται ἀποδείξεως ἄλλης κἀκείνη ἄλλης καὶ μέχρις ἀπεί-
ρου· ἀδύνατον δὲ ἄπειρα ἀποδεῖξαι, ἀδύνατον ἄρα παραστῆσαι
ὅτι ἔστιν ἀπόδειξις. ἀλλ᾽ οὐδὲ διὰ σημείου δύναται ἐκκαλύπτε- 183
σθαι· ζητουμένου γὰρ τοῦ εἰ ἔστι σημεῖον[z]) καὶ ἀποδείξεως τοῦ
σημείου δεομένου πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ὕπαρξιν, ὁ δι᾽ ἀλλήλων[a])

**181. praeterea demonstratio contineat dogma necesse est, at omne dogma controversum est; itaque de omni demonstratione esse controversiam necesse est, si enim (verbi gratia) quando pro confessa et indubitata habetur demonstratio qua demonstratur esse vacuum, una etiam vacuum esse proconfesso habetur, nempe etiam qui dubitant an sit vacuum etiam de illius demonstratione dubitabunt. eademque est in aliis dogmatibus quorum sunt demonstrationes ratio. omnis igitur demonstratio in dubium revocatur et controversa est. 182. quoniam itaque obscura incertaque est demonstratio propter controversiam quae de ea est — quae enim controversa sunt, quatenus in controversia posita sunt, sunt obscura incertaque — non est ex se ipsa evidens, sed ex demonstratione nobis debet astrui, at vero demonstratio qua astruitur demonstratio et ipsa indubitata et evidens non erit — nunc enim adhuc quaerimus an ullo modo sit demonstratio — at si controversa sit et incerta alia demonstratione egebit et haec rursus alia, atque ita in infinitum usque. at nullo modo possunt infinita demonstrari; nullo modo igitur demonstrare licet dari demonstrationem. 183. sed ne per signum quidem patefieri id potest. quum enim quaeratur an sit signum, et signum egeat demonstratione ad sui existentiam astruendam, comperitur**

---

x) *περὶ παντὸς δόγματος διαπεφωνήκασιν*] dogma est decretum placitumque sectae alicui vel pluribus probatum, quod ab illis defenditur omni studio, ab aliis vero impugnatur, unde ipsum *δογματικῶν* nomen et verbum *δογματίζειν*. si quid vero sit in quo nulla plane secta dissentiat, illud non possit esse *δόγμα*, sed *ἔννοια* quaedam communis. confer lib. 2 contra Log. sect. 319.

y) *τῆς ἀποδείξεως τοῦ εἶναι κενὸν*] Epicuri schola vacuum et inanitatem dari hac pugnabat demonstratione, *εἰ ἔστι κίνησις, ἔστι κενόν· ἀλλὰ μὲν ἔστι κίνησις, ἔστιν ἄρα κενόν.* Lucretius 1 335

*quod si non esset, nulla ratione moveri*
*res posset* – –

z) *εἰ ἔστι σημεῖον*] supra sect. 104 seq. P 107

a) *ὁ δι᾽ ἀλλήλων*] ita mss pro *διαλλήλων*. confer 2 contra Log. sect. 379. passim autem et saepius noster vocat *τρόπον διάλληλον*, circulum vitiosum quo controversum ex re controversa et haec vicissim ex illo quod controversum est confirmatur. sed et *ὁ διαλλήλων τρόπος* recurrit infra sect. 202 atque aliis in locis.

εὑρίσκεται τρόπος, τῆς μὲν ἀποδείξεως σημείου δεομένης, τοῦ δὲ
σημείου πάλιν ἀποδείξεως, ὅπερ ἄτοπον. διὰ δὲ ταῦτα οὐδὲ ἐπι-
κρῖναι δυνατόν ἐστι περὶ τῆς ἀποδείξεως διαφωνίαν, ἐπεὶ χρήζει
μὲν κριτηρίου ἡ ἐπίκρισις, ζητήσεως δὲ οὔσης περὶ τοῦ εἰ ἔστι
κριτήριον [b]), ὡς παρεστήσαμεν· καὶ διὰ τοῦτο ἀποδείξεως τοῦ
κριτηρίου δεομένου τῆς δεικνυούσης ὅτι ἔστι τι κριτήριον, ὁ διάλ-
184 ληλος τρόπος τῆς ἀπορίας εὑρίσκεται πάλιν. εἰ οὖν μήτε δι' ἀπο-
δείξεως μήτε διὰ σημείου μήτε διὰ κριτηρίου ἔστιν ὑπομνῆσαι
ὅτι ἔστιν ἀπόδειξις, ἀλλ' οὐδ' ἐξ ἑαυτῆς [c]) πρόδηλός ἐστιν, ὡς
παρεστήσαμεν, ἀκατάληπτον ἔσται εἰ ἔστιν ἀπόδειξις· διὰ δὲ
τοῦτο καὶ ἀνύπαρκτος ἔσται ἡ ἀπόδειξις. νενόηται μὲν γὰρ σὺν
τῷ ἀποδεικνύναι, ἀποδεικνύναι δὲ οὐκ ἂν δύναιτο μὴ καταλαμ-
185 βανομένη, διόπερ οὐδὲ ἀπόδειξις ἔσται. ταῦτα μὲν ὡς ἐν ὑποτυ-
πώσει καὶ πρὸς τὴν ἀπόδειξιν ἀρκέσει λελέχθαι. οἱ δὲ Δογματι-
κοὶ [d]) τοὐναντίον κατασκευάζοντές φασιν, ὅτι ἤτοι ἀποδεικτικοί
P 108 εἰσιν οἱ κατὰ τῆς ἀποδείξεως ἠρωτημένοι λόγοι ἢ οὐκ ἀποδεικτι-
κοί. καὶ εἰ μὲν οὐκ ἀποδεικτικοί, οὐ δύνανται δεικνύναι ὅτι οὐκ
ἔστιν ἡ ἀπόδειξις· εἰ δὲ ἀποδεικτικοί εἰσιν, αὐτοὶ οὗτοι τὴν
186 ὑπόστασιν τῆς ἀποδείξεως ἐκ περιτροπῆς εἰσάγουσιν. ὅθεν καὶ
τοιοῦτον συνερωτῶσι λόγον "εἰ ἔστιν ἀπόδειξις [e]), ἔστιν ἀπό-

esse modus colligendi vitiosus unum mutuo per alterum probandi, quum demonstratio signo egeat, signum autem demonstratione, quod absurdum est. propterea ne diiudicari quidem potest controversia quae de demonstratione est, quia eget quidem criterio sive diiudicatorio ipsa diiudicatio, quum autem ambigatur an sit diiudicatorium, ut ostendimus, et propterea diiudicatorium indigeat demonstratione quae ostendat esse diiudicatorium, rursus vitiosus per circulum dubitationis modus comperitur. 184. si igitur neque per demonstrationem neque per signum neque per criterium doceri potest esse demonstrationem, sed neque ex se ipsa patet, ut ostendimus, incomprehensibile erit an sit demonstratio et propterea etiam nulla erit demonstratio. intelligitur enim eo ipso quando demonstrat; demonstrare autem non potest, si non comprehendatur; ideo nec demonstratio erit. 185. haec quidem ut in brevi institutione etiam adversus demonstrationem dixisse satis fuerit. at Dogmatici contraria his astruentes dicunt "aut demonstrativa sunt argumenta adversus demonstrationem proposita", aut non demonstrativa: ac si quidem non demonstrativa, non possunt ostendere non esse demonstrationem, sin demonstrativa, illimet ipsi subsistentiam demonstrationis, si retorqueantur in illos sua verba, inducunt. 186. unde et tale proponunt argumentum "si est demonstratio, est

b) εἰ ἔστι κριτήριον] supra sect. 48 seq.

c) οὐδ' ἐξ ἑαυτῆς] sect. 144 seq.

d) οἱ Δογματικοὶ] facit huc locus Ioannis Philoponi in Analytica priora p. 9 b οἱ ἐφεκτικοὶ κατασκευάζοντες ὅτι οὐκ ἔστι συλλογισμὸς ἔλεγον οὕτως· ἀποδεικνύντες φατὲ ὅτι συλλογισμός, ἢ οὔ· εἰ μὲν οὐκ ἀποδεικνύντες, οὐ πιστεύσομεν χωρὶς ἀποδείξεως ὑμῖν ὅτι ἔστι συλλογισμός, εἰ δὲ ἀποδείκνυτε, συλλογισμῷ δῆλον ὅτι ἄλλῳ χρῆσθε, ὃν πάλιν δι' ἑτέρου συλλογισμοῦ δέον ὑμᾶς ἀποδεικνύειν, ὅτι ἔστι συλλογισμὸς ἀποδεικτικός, κἀκεῖνος πάλιν δι' ἑτέρου, καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον. πρὸς οὓς φαμεν, ὅτι τοῖς ὑμετέροις ἁλίσκεσθε (ita leg. pro ἡμετέροις ἁλίσκεσθαι) λόγοις, τὸ αὐτὸ γὰρ καὶ ἡμεῖς φήσομεν πρὸς ὑμᾶς. ἢ γὰρ ἀπεδείξατε ὅτι οὐκ ἔστι συλλογισμός, ἢ οὐκ ἀπεδείξατε. καὶ εἰ μὲν οὐκ ἀπεδείξατε, διὰ τοῦτο οὐ πιστεύομεν ὑμῖν· εἰ δὲ ἀπεδείξατε, ἀποδείξει δῆλον ὅτι τινὶ χρώμενοι, ὥστε ἔστι συλλογισμὸς δι' οὗ ἀπεδείξατε.

P 108 e) εἰ ἔστιν - - εἰ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις] novum exemplum argumenti διὰ δύο τροπικῶν, quale fuit sect. 131.

ιξις, εἰ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις, ἔστιν ἀπόδειξις· ἤτοι δὲ ἔστιν πόδειξις, ἢ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις, ἔστιν ἄρα ἀπόδειξις". ἀπὸ δὲ ῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ τοῦτον ἐρωτῶσι τὸν λόγον· "τὸ τοῖς ντικειμένοις ἑπόμενον οὐ μόνον ἀληθές ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἀνακαῖον· ἀντίκειται δὲ ταῦτα ἀλλήλοις, ἔστιν ἀπόδειξις, οὐκ ἔστιν πόδειξις, ὧν ἑκατέρῳ ἀκολουθεῖ τὸ εἶναι ἀπόδειξιν· ἔστιν ἄρα
πόδειξις". ἔνεστι μὲν οὖν πρὸς ταῦτα ἀντιλέγειν οἷον γοῦν, ἐπεὶ 187
ὴ νομίζομέν τινα λόγον εἶναι ἀποδεικτικόν, κ. τ. τοὺς κατὰ τῆς ποδείξεως λόγους οὐ πάντως φαμὲν ἀποδεικτικοὺς εἶναι, ἀλλὰ αίνεσθαι ἡμῖν πιθανούς· οἱ δὲ πιθανοὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης εἰσὶν ποδεικτικοί. εἰ δὲ ἄρα καὶ ἀποδεικτικοί εἰσιν, ὅπερ οὐ διαβεβαιούεθα, πάντως καὶ ἀληθεῖς [f]). ἀληθεῖς δέ εἰσι λόγοι δι' ἀληθῶν ἀληὲς συνάγοντες, οὐκοῦν ἀληθής ἐστιν αὐτῶν ἡ ἐπιφορά. ἦν δὲ ε αὕτη "οὐκ ἔστιν ἄρα ἀπόδειξις", ἄρα ἐστὶ τὸ οὐκ ἔστιν ἀπό-
ειξις ἐκ περιτροπῆς. δύνανται δὲ οἱ λόγοι, καὶ καθάπερ τὰ 188
αθαρτικὰ φάρμακα ταῖς ἐν τῷ σώματι ὑποκειμέναις ὕλαις ἑαυτὰ υνεξάγει, οὕτω καὶ αὐτοὶ τοῖς ἄλλοις λόγοις τοῖς ἀποδεικτικοῖς ἶναι λεγομένοις καὶ ἑαυτοὺς συμπεριγράφειν [g])· τοῦτο γὰρ οὐκ στιν ἀπεμφαῖνον. ἐπεὶ καὶ ἡ φωνὴ αὕτη ἡ "οὐδέν ἐστιν ἀληὲς" οὐ μόνον τῶν ἄλλων ἕκαστον ἀναιρεῖ, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὴν [h]) κείνοις συμπεριτρέπει. ὅ τε λόγος οὗτος δύναται δείκνυσθαι σύνακτος "εἰ ἔστιν ἀπόδειξις, ἔστιν ἀπόδειξις· εἰ οὐκ ἔστιν ἀπόειξις, ἔστιν ἀπόδειξις· ἤτοι δέ ἐστιν ἢ οὐκ ἔστιν· ἔστιν ἄρα" αὶ διὰ πλειόνων μέν, ὡς δὲ πρὸς τὸ παρὸν ἀρκούντως διὰ

lemonstratio; si non est demonstratio, est demonstratio, atqui aut est demonstratio, aut non est demonstratio; est igitur demonstratio". eiusdem moneuti argumento etiam colligunt sic: "quod consequitur ex oppositis non soum verum est, sed etiam necessarium, atqui opposita sunt haec inter se, est demonstratio, non est demonstratio, ex quorum utroque sequitur esse demonstrationem; est igitur demonstratio". 187. sed enim contra haec quoque opponi aliquid potest. verbi gratia si ita dicamus: quandoquidem non existimamus argumentationem ullam esse demonstrativam, ne eas quidem quae sunt adversus demonstrationem, necessario dicimus esse demonstrativas, sed videri nobis verisimiles. verisimiles autem necesse non habent ut sint demonstrativae. quodsi demonstrativae quoque sint, quod non affirmamus, necessario etiam fuerint verae. verae autem argumentationes eae sunt quae vera per verum colligunt; itaque vera est earum conclusio; atqui ea haec erat "non est ergo demonstratio"; itaque retorquendo in illos sua verba non est demonstratio. 188 praeterea fieri potest ut quemadmodum purgantia medicamenta se ipsa expellunt una cum materiis in corpore subsistentibus, sic etiam argumentationes istae una cum aliis quae dicuntur esse demonstrativae, se ipsas evertant. hoc enim non est absurdum. nam et haec vox, "nihil est verum", non solum reliqua omnia tollit, sed se ipsam quoque una cum aliis evertit. et hoc argumentum "si est demonstratio, est demonstratio; si non est demonstratio, est demonstratio, atqui aut est, aut non est, est ergo" potest etiam multis modis ostendi quod nullam colligendi vim habeat; sed in prae-

---

f) πάντως καὶ ἀληθεῖς] supra sect. 143.

g) συμπεριγράφειν] vide de hoc verbo ad lib. 1 sect. 13. illa porro similitudine a purgantibus ducta medicamentis utitur noster etiam lib. 1 sect. 206.

h) ἀλλὰ καὶ ἑαυτὴν] hoc iam notaverat supra sect. 88. huius libri 2.

189 τοῦδε τοῦ ἐπιχειρήματος, εἰ ὑγιές ἐστι τὸ συνημμένον τοῦτο "εἰ ἔστιν ἀπόδειξις, ἔστιν ἀπόδειξις" δεῖ τὸ ἀντικείμενον[1]) τοῦ ἐν αὐτῷ λήγοντος, τουτέστι τὸ "οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις" μάχεσθαι τῷ "ἔστιν ἀπόδειξις". τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ συνημμένου τὸ ἡγούμενον. ἀδύνατον δέ ἐστι κατ᾽ αὐτοὺς συνημμένον ὑγιὲς εἶναι ἐκ
P 109 μαχομένων ἀξιωμάτων συνεστώς. τὸ μὲν γὰρ συνημμένον ἐπαγγέλλεται ὄντος τοῦ ἐν αὐτῷ ἡγουμένου εἶναι καὶ τὸ λῆγον, τὰ δὲ μαχόμενα τοὐναντίον, ὄντος τοῦ ἑτέρου αὐτῶν ὁποιουδήποτε, ἀδύνατον εἶναι τὸ λοιπὸν ὑπάρχειν. ὄντος ἄρα ὑγιοῦς τοῦδε τοῦ συνημμένου "εἰ ἔστιν ἀπόδειξις, ἔστιν ἀπόδειξις", οὐ δύναται ὑγιὲς εἶναι τοῦτο τὸ συνημμένον "εἰ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις, ἔστιν
190 ἀπόδειξις". πάλιν δ᾽ αὖ συγχωρούντων ἡμῶν καθ᾽ ὑπόθεσιν ὑγιὲς εἶναι τόδε τὸ συνημμένον "εἰ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις, ἔστιν ἀπόδειξις", δύναται συνυπάρχειν τὸ "εἰ ἔστιν ἀπόδειξις" τῷ "οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις". εἰ δὲ δύναται αὐτῷ συνυπάρχειν, οὐ μάχεται αὐτῷ. ἐν ἄρα τῷ "εἰ ἔστιν ἀπόδειξις, ἔστιν ἀπόδειξις" συνημμένῳ οὐ μάχεται τὸ ἀντικείμενον τοῦ ἐν αὐτῷ λήγοντος τῷ ἐν
191 αὐτῷ ἡγουμένῳ, ὥστε οὐκ ἔσται ὑγιές. πάλιν τούτο τὸ συνημμένον ἐκείνου κατὰ συγχώρησιν ὡς ὑγιοῦς τιθεμένου, μὴ μαχομένου δὲ τοῦ "οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις" τῷ "ἔστιν ἀπόδειξις", οὐδὲ τὸ διεζευγμένον ὑγιὲς ἔσται τό "ἤτοι ἔστιν ἀπόδειξις ἢ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις". τὸ γὰρ ὑγιὲς διεζευγμένον ἐπαγγέλλεται ἓν τῶν ἐν αὐτῷ ὑγιὲς εἶναι, τὸ δὲ λοιπὸν ἢ τὰ λοιπὰ ψεῦδος ἢ ψευδῆ μετὰ μάχης, ἤ, εἴπερ ὑγιές ἐστι τὸ διεζευγμένον, πάλιν φαῦλον εὑρίσκεται τό "εἰ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις, ἔστιν ἀπόδειξις" συνημμένον, ἐκ μαχομένων συνεστώς. οὐκοῦν ἀσύμφωνά τέ ἐστι καὶ

sentia hac argumentatione contenti erimus. si vitiosum non est hoc connexum: 189 "si est demonstratio, est demonstratio". oportet oppositum consequentis in eo, nempe hoc "non est demonstratio" adversari illi "est demonstratio". illud enim est connexi antecedens. atqui fieri secundum ipsos non potest ut connexum vitio non careat, quod ex adversantibus propositionibus constat. nam connexum promittit, si antecedens in illo verum sit, verum esse etiam consequens; at in repugnantibus sive disiunctivis contra res se habet, utrumlibet ipsorum fuerit, fieri non potest ut alterum sit. ergo si verum est hoc connexum "si est demonstratio, est demonstratio" non potest verum esse illud "si non est demonstratio, est demonstratio". 190. verumtamen ut rursus supponamus concedamusque verum esse hoc connexum "si non est demonstratio, est demonstratio"; potest ergo simul coëxistere hoc "si est demonstratio" cum illo "non est demonstratio" quod si potest ipsi coëxistere, cum eo non pugnat. itaque in hoc connexo "si est demonstratio, est demonstratio" non pugnat oppositum consequentis cum illius antecedente. 191. igitur non erit verum. rursus hoc connexum, si illud per concessionem tamquam verum ponatur, non pugnet autem hoc "non est demonstratio" illi "est demonstratio", ne disiunctum quidem bonum erit, hoc videlicet "aut est demonstratio, aut non est demonstratio". nam bonum disiunctum promittit unum eorum quae in ipso sunt esse verum, reliquum autem aut reliqua falsum, aut falsa, et cum vero illo pugnantia. aut si bonum est disiunctum, rursum vitiosum comperitur esse illud "si non est demonstratio, est demonstratio" connexum ex pugnantibus constans. quamobrem inter se dissentiunt mutuoque se

[1]) τὸ ἀντικείμενον] supra sect. 158.

ἀλλήλων ἀναιρετικὰ τὰ ἐν τῷ λόγῳ τῷ προειρημένῳ λήμματα· διόπερ οὐκ ἔστιν ὑγιὴς ὁ λόγος. ἀλλ᾽ οὐδὲ ὅτι ἀκολουθεῖ τι τοῖς 192
ἀντικειμένοις δύνανται δεικνύναι μὴ ἔχοντες κριτήριον ἀκολουθίας, ὡς ἐπελογισάμεθα[k]). ταῦτα δὲ ἐκ περιουσίας λέγομεν· εἰ γὰρ πιθανοὶ μέν εἰσιν οἱ ὑπὲρ τῆς ἀποδείξεως λόγοι (ἔστωσαν γάρ), πιθαναὶ δὲ καὶ αἱ πρὸς τὴν ἀπόδειξιν λεγόμεναι ἐπιχειρήσεις, ἐπέχειν ἀνάγκη καὶ περὶ τῆς ἀποδείξεως, μὴ μᾶλλον εἶναι ἀπόδειξιν ἢ μὴ εἶναι λέγοντας.

## ΚΕΦ. ιδ'.

## Περὶ συλλογισμῶν.

Διὸ καὶ περὶ τῶν θρυλουμένων συλλογισμῶν[l]) ἴσως περιττόν ἐστιν διεξιέναι, τοῦτο μὲν συμπεριτρεπομένων αὐτῶν τῇ 193
ὑπάρξει τῆς ἀποδείξεως (δῆλον γὰρ ὅτι ἐκείνης μὴ οὔσης οὐδὲ ἀποδεικτικὸς λόγος χώραν ἔχει), τοῦτο δὲ καὶ δυνάμει διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἡμῖν λελεγμένων, ἀντειρηκότων ἡμῖν πρὸς αὐτούς, P 110
ὅτε περὶ τῆς παρολκῆς[m]) διαλεγόμενοι μέθοδόν τινα ἐλέγομεν, δι᾽ ἧς ἐνδέχεται δεικνύναι ὅτι πάντες οἱ ἀποδεικτικοὶ λόγοι τῶν τε Στωϊκῶν καὶ τῶν Περιπατετικῶν ἀσύνακτοι τυγχάνουσιν ὄντες. ἐξ ἐπιμέτρου δὲ οὐ χεῖρον ἴσως καὶ ἰδίᾳ περὶ αὐτῶν διαλα- 194
βεῖν, ἐπεὶ μάλιστα ἐπ᾽ αὐτοῖς μέγα φρονοῦσι. πολλὰ μὲν οὖν

evertunt supra dictae argumentationis sumptiones. 192. non recte itaque colligit illa argumentatio. sed ne illud quidem ostendere possunt aliquid consequi ex oppositis, quum non habeant diiudicatorium consecutionis, ut ratiocinati sumus. verumenimvero haec ex abundanti dicimus. nam si verisimilia sunt ea quae pro demonstratione dicuntur (nam talia sint per nos licet), verisimilia itidem argumenta, quae adversus demonstrationem afferuntur, etiam de demonstratione nos assensum retinere necesse est, adeo ut non potius esse demonstrationem quam non esse dicamus.

## CAP. XIV.

## De Syllogismis.

193. Quamobrem de syllogismis sermone illorum passim celebratis videri possit supervacuum disserere, partim quod una cum demonstrationis existentia evertantur et ipsi (perspicuum est enim, illa non existente ne demonstrativo quidem syllogismo locum superesse), partim etiam quod ad eorum refutationem ea quae a nobis iam dicta sunt valere possint, quum de superfluitate disputantes viam quandam et methodum tradebamus, per quam omnia demonstrativa argumenta Stoicorum et Peripateticorum colligendi vi destituta esse ostendi potest. 194. peculiarem tamen de iis disputationem tamquam auctarium iis addere fortasse nihil nocuerit, praesertim quum sibi in illis ma-

---

k) *ὡς ἐπελογισάμεθα*] sect. 48 seq. P 109

l) *περὶ τῶν θρυλουμένων συλλογισμῶν*] syllogismis suis undique personabat Peripateticorum schola, ut Stoica argumentis indemonstrabilibus sect. 156 et 159. similiter *τὰ θρυλούμενα ἀναπόδεικτα* appellat, hoc est quibus valde se efferunt et *μέγα φρονοῦσι* Dogmatici, ut alibi loquitur, ac singillatim Stoicos *μέγα φρονῆσαι ἐπὶ τῇ τῶν λογικῶν ἐξεργασίᾳ* notavit etiam Simplicius p. 98 in Aristotelis Categorias. *ἡ θρυλουμένη παρὰ τοῖς Διαλεκτικοῖς περὶ τῶν σοφισμάτων τεχνολογία* infra sect. 255.

m) *περὶ τῆς παρολκῆς*] supra sect. 147, 156, 175. P 110

ἐστι λέγειν τὸ ἀνυπόστατον αὐτῶν ὑπομιμνήσκοντας, ὡς ἐν ὑποτυ-
πώσει δὲ ἀρκεῖ τῇδε τῇ μεθόδῳ χρῆσθαι κατὰ αὐτῶν. λέξω δὲ
καὶ νῦν περὶ τῶν ἀναποδείκτων [n])· τούτων γὰρ ἀναιρουμένων
καὶ οἱ λοιποὶ σύμπαντες λόγοι διατρέπονται τὴν ἀπόδειξιν τοῦ
195 συνάγειν ἀπ' αὐτῶν ἔχοντες. ἡ πρότασις τοίνυν αὕτη "πᾶς ἄν-
θρωπος ζῷον" ἐκ τῶν κατὰ μέρος ἐπαγωγικῶς βεβαιοῦται· ἐκ
γὰρ τοῦ Σωκράτην ἄνθρωπον ὄντα καὶ ζῷον εἶναι καὶ Πλάτωνα
ὁμοίως καὶ Δίωνα καὶ ἕκαστον τῶν κατὰ μέρος, δυνατὸν εἶναι
δοκεῖ διαβεβαιοῦσθαι καὶ ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ζῷόν ἐστιν. ὡς εἰ
κἂν ἕν τι τῶν κατὰ μέρος ἐναντιούμενον φαίνοιτο τοῖς ἄλλοις,
οὐκ ἔστιν ὑγιὴς ἡ καθόλου πρότασις· οἷον γοῦν, ἐπεὶ τὰ μὲν
πλεῖστα τῶν ζῴων τὴν κάτω γένυν κινεῖ, μόνος δὲ ὁ κροκόδει-
λος [o]) τὴν ἄνω, οὐκ ἔστιν ἀληθὴς ἡ "πᾶν ζῷον τὴν κάτω γένυν
196 κινεῖ" πρότασις. ὅταν οὖν λέγωσι "πᾶς ἄνθρωπος ζῷον, Σω-
κράτης δ' ἄνθρωπος, Σωκράτης ἄρα ζῷον" ἐκ τῆς καθόλου
προτάσεως τῆς "πᾶς ἄνθρωπος ζῷον" τὴν κατὰ μέρος πρότασιν
συνάγειν βουλόμενοι τὴν "Σωκράτης ἄρα ζῷον", ἣ δὴ βεβαιωτικὴ
τῆς καθολικῆς προτάσεώς ἐστι κατὰ τὸν ἐπαγωγικὸν τρόπον,
ὡς ὑπεμνήσαμεν, εἰς τὸν διάλληλον ἐμπίπτουσι λόγον, τὴν μὲν
καθολικὴν πρότασιν δι' ἑκάστης τῶν κατὰ μέρος ἐκ τῆς καθο-
197 λικῆς συλλογιστικῶς. παραπλησίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ τοιούτου λό-

xime placeant. quum autem multa afferri possint ad docendum eos subsistere non posse, tamen pro eo quod nobis instituta brevis institutionis ratio requirit, hac methodo adversus eos uti sufficiet. dicam autem nunc quoque de argumentis indemonstrabilibus; his enim sublatis etiam reliqui omnes syllogismi corruunt, quippe qui per illa demonstrentur colligendi vim habere. 195. haec ergo propositio "omnis homo est animal" ex singularibus per inductionem confirmatur; nam ex eo quod Socrates, qui homo est, animal etiam sit, Plato itidem et Dion et unusquisque singularium, videtur posse confirmari, omnem hominem esse animal. nam si vel unum singulare contrarium aliis comperiatur, non est vera universalis propositio. exempli gratia, quoniam maxima pars animalium inferiorem maxillam movet, solus autem crocodilus superiorem, vera haec propositio non fuerit "omnia animantia inferiorem maxillam movent". 196. quum igitur dicunt "omnis homo est animal, Socrates est homo, Socrates igitur animal" ex hac universali propositione "omnis homo est animal" singularem hanc propositionem colligere volentes "Socrates igitur est animal", cum ex singularium inductione probetur universalis propositio, ut docuimus, in vitiosum genus incidunt probandi mutuo unum per alterum, universalem quidem propositionem per inductionem omnium particularium, particularem autem ex universali per syllogismum inferre volentes. 197. itidem et in hoc argumento "Socrates est

---

n) περὶ τῶν ἀναποδείκτων] habent et Peripatetici sua ἀναπόδεικτα argumenta, syllogismosque categoricos et hypotheticos universali affirmatione vel negatione nixos, ut iam ad sect. 156 annotatum. male in editis erat ἀνυποδείκτων.

o) μόνος δὲ ὁ κροκόδειλος] a crocodilo superiorem maxillam moveri notarunt Herodotus lib. 2 cap. 68, Aristoteles lib. 1 Hist. animal. c. 9 et lib. 3 cap. 7, Plinius 8 25 et 11 37 Hist. ut innumeros alios iam praeteream. illud fortasse non omittendum, quod recentiorum industria observavit, crocodilum neutiquam ita maxillam superiorem sex et triginta munitam dentibus movere separatim citra cranium, ut inter aves facit psittacus, sed cum cranio sive universa capitis parte superiore.

*γου "Σωκράτης ἄνθρωπος, οὐδεὶς δὲ ἄνθρωπος τετράπους, Σωκράτης ἄρα οὐκ ἔστι τετράπους" τὴν μὲν "οὐδεὶς ἄνθρωπος τετράπους" πρότασιν ἐκ τῶν κατὰ μέρος ἐπαγωγικῶς βουλόμενοι βεβαιοῦν, ἑκάστην δὲ τῶν κατὰ μέρος ἐκ τῆς "οὐδεὶς ἄνθρωπος*
*τετράπους" συλλογίζεσθαι θέλοντες, τῇ κατὰ τὸν διάλληλον* P 111
*ἀπορίᾳ περιπίπτουσιν. ὁμοίως δὲ ἐφοδευτέον*[p]) *καὶ τοὺς λοιποὺς* 198
*τῶν παρὰ τοῖς Περιπατητικοῖς λεγομένων ἀναποδείκτων· ἀλλὰ καὶ τοὺς τοιούτους "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστιν"· τό τε γὰρ "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι" συνακτικόν ἐστιν ὥς φασι τοῦ "φῶς ἐστι", τό τε "φῶς ἐστι" μετὰ τοῦ "ἡμέρα ἐστί" βεβαιωτικόν ἐστι τοῦ "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστιν". οὐ γὰρ ἂν ὑγιὲς ἐνομίσθη τὸ προειρημένον συνημμένον εἶναι, εἰ μὴ πρότερον τεθεώρητο συνυπάρ-*
*χον ἀεὶ τὸ "φῶς ἐστι" τῷ "ἡμέρα ἐστίν". εἰ οὖν δεῖ προκατει-* 199
*ληφέναι ὅτι ἡμέρας οὔσης πάντως ἐστὶ καὶ φῶς εἰς τὸ συνθεῖναι τὸ "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι" συνημμένον, διὰ δὲ τοῦ συνημμένου τούτου*[q]) *συνάγεται τὸ ὅτι ἡμέρας οὔσης φῶς εἶναι, τὴν μὲν συνύπαρξιν τοῦ ἡμέραν εἶναι καὶ τοῦ φῶς εἶναι συνάγοντος τοῦ "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι" συνημμένου (ὅσον ἐπὶ τῷ προκειμένῳ ἀναποδείκτῳ) τὸ δὲ συνημμένον τῆς συνυπάρξεως τῶν προειρημένων βεβαιούσης, κἀνταῦθα ὁ διάλληλος τρόπος τῆς*
*ἀπορίας ἀνατρέπει τὴν ὑπόστασιν τοῦ λόγου. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ* 200
*τοῦ τοιούτου λόγου "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστιν, οὐχὶ δὲ φῶς ἐστι, οὐκ ἄρα ἡμέρα ἐστίν"· ἐκ μὲν γὰρ τοῦ μὴ ἄνευ φωτὸς*

**homo, nullus autem homo quadrupes, Socrates igitur non est quadrupes" hanc quidem propositionem "nullus homo est quadrupes" ex singularibus per inductionem volentes confirmare, unamquamque autem singularium ex illa "nullus homo est quadrupes" colligere per syllogismum volentes in haesitationem vitiosae unum per alterum probare conantis rationis incidunt. 198. simili autem cum examine percurrere oportet etiam reliquas argumentationes quae apud Peripateticos vocantur indemonstrabiles, sed et eas etiam quae sunt huiusmodi "si dies est, lux est", nam et ex hoc "si dies est, lux est" aiunt firmiter colligi illud "lux est", rursumque hoc "lux est" cum altero "dies est" confirmativum illius esse "si dies est, lux est." non enim hoc supradictum connexum existimatum fuisset esse verum, nisi prius perspectum fuisset coëxistere semper "lux est" cum illo "dies est". 199. si igitur oportet ante comprehendisse quum dies est, necessario esse etiam lucem, ad componendum hoc connexum. "si dies est, lux est"; hinc infertur, quum dies est, lucem esse, quum istud vero connexum, "si dies est, lux est", quantum ad praesentem attinet indemonstrabilem argumentationem, coëxistentiam colligat utriusque horum, et diem esse et lucem esse, vicissim autem coëxistentia horum confirmetur ab ipso connexo, hic quoque vitiosus modus probandi mutuo unum per alterum argumenti subsistentiam evertit. 200. idem dicendum est et de hoc argumento "si dies est, lux est, atqui lux non est, non igitur dies est". nam ex eo quod absque luce dies**

---

p) *ἐφοδευτέον*] supra sect. 141 noster distinguit *ἐφοδευτικῶς* et *ἐκκαλυπτικῶς*, et sect. 222 huius libri *σκεπτικῶν ἐφόδων* meminit, praesenti autem loco per vocabulum *ἐφοδεύειν* nihil aliud significat quam similiter attingere in transcursu et ad examen breve revocare licere etiam caetera a Peripateticis iactata *ἀναποδείκτων* argumentorum genera. mox autem resumit expendenda Stoicorum *ἀναπόδεικτα* de quibus supra sect. 157 seq. P 111

q) *διὰ δὲ τοῦ συνημμένου τούτου*] ita mss pro *ἐκ τούτου* quod erat in editis.

ἡμέραν θεωρεῖσθαι ὑγιὲς ἂν εἶναι νομισθείη τὸ "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι" συνημμένον, ὡς εἴ γε καθ' ὑπόθεσιν "ἡμέρα μὲν φανείη ποτέ, φῶς δὲ μή", ψεῦδος ἂν λεχθείη τὸ συνημμένον εἶναι· ὅσον δὲ ἐπὶ τῷ προειρημένῳ ἀναποδείκτῳ, τὸ μὴ εἶναι ἡμέραν φωτὸς μὴ ὄντος διὰ τοῦ "εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι" συνάγεται. ὥστε ἑκάτερον αὐτῶν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ βεβαίωσιν χρῇζον[r]) τοῦ τὸ ἕτερον βεβαίως εἰλῆφθαι, ἵνα δι' αὐτοῦ πιστὸν
201 γένηται κατὰ τὸν διάλληλον τρόπον. ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι ἀλλήλοις συνυπάρχειν τινά, οἷον ἡμέραν, εἰ τύχοι, καὶ νύκτα, τό τε ἀποφατικὸν τῆς συμπλοκῆς τὸ "οὐχ ἡμέρα ἐστί, καὶ νύξ ἐστί", καὶ τὸ διεζευγμένον τὸ "ἤτοι ἡμέρα ἐστὶν ἢ νύξ ἐστιν" ὑγιῆ νομίζοιτο ἂν εἶναι. ἀλλὰ τὸ μὴ συνυπάρχειν αὐτὰ βεβαιοῦσθαι νομίζουσι διά τε τοῦ ἀποφατικοῦ τῆς συμπλοκῆς καὶ τοῦ διεζευγμένου λέγοντες "οὐχὶ ἡμέρα ἐστί, καὶ νύξ ἐστιν· ἀλλὰ μὴν νύξ ἐστιν, οὐκ ἄρα ἡμέρα ἐστίν" ἤτοι "ἡμέρα ἐστίν, ἢ νύξ ἐστιν· ἀλλὰ μὴν νύξ ἐστιν, οὐκ ἄρα ἡμέρα ἐστίν". ἢ
202 "οὐχὶ δὲ νύξ ἐστιν, ἡμέρα ἄρα ἐστίν". ὅθεν ἡμεῖς πάλιν ἐπιλογιζόμεθα, ὅτι, εἰ μὲν πρὸς τὴν βεβαίωσιν τοῦ διεζευγμένου καὶ
P 112 τοῦ τῆς συμπλοκῆς ἀποφατικοῦ χρῄζομεν τοῦ προκατειληφέναι, ὅτι τὰ ἐν αὐτοῖς περιεχόμενα ἀξιώματά ἐστιν ἀσυνύπαρκτα, τὸ δὲ ἀσυνύπαρκτα ταῦτα εἶναι συνάγειν δοκοῦσι διά τε τοῦ διεζευγμένου καὶ τοῦ τῆς συμπλοκῆς ἀποφατικοῦ, ὁ δι' ἀλλήλων εἰσάγεται τρόπος, μὴ δυναμένων ἡμῶν μήτε τοῖς προειρημένοις τροπικοῖς[s]) πιστεύειν ἄνευ τοῦ τὸ ἀσυνύπαρκτον τῶν ἐν αὐτοῖς περιεχομένων ἀξιωμάτων καταλαβεῖν μήτε τὸ ἀσυνύπαρκτον αὐτῶν διαβεβαιοῦσθαι πρὸ τῆς τῶν συλλογισμῶν διὰ τῶν τροπι-

non possit spectari, verum esse hoc connexum existimabitur "si dies est, lux est". nam si, ut hoc supponamus, dies conspiceretur aliquando, lux non item, falsum diceretur esse illud connexum. quantum autem attinet ad illud quod diximus argumentum indemonstrabile, non esse diem, quando non lucet colligitur per hoc "si dies est, lucet"; adeo, ut eorum utrumque ad sui confirmationem opus altero habeat tamquam iam probatum sit sumpto, ut per ipsum fidem impetret, vitioso iterum illo probandi mutuo unum per alterum modo. 201. itidem etiam ex eo, quod aliqua sint quorum alterum cum altero coëxistere non possit, ut dies et nox, et haec negativa copulativa "non et dies est et nox est", et hoc disiunctum "aut dies est aut nox est" pro veris habebuntur. atqui ipsa non coëxistere confirmari putant per negatorium copulativae vel per disiunctivam dicentes, "non et dies est et nox est, atqui nox est, non ergo dies est"; item "aut dies est aut nox est; atqui nox est, non ergo dies est". vel sic "non autem est nox, dies ergo est". 202. unde nos rursum ratiocinamur, si ad confirmationem disiunctivae vel negationis copulativae necesse est ut prius comprehenderimus pronunciata quae in iis continentur esse talia ut coëxistere simul non possint; quod incoëxistentia autem sint, per disiunctivam et per negativam copulativae colligere videntur ad modum vitiosum mutuo unum per alterum probandi nos redigi: quum neque praedictis connexis fidem habere possimus, nisi incoëxistentiam axiomatum quae in iis continentur, comprehenderimus, nec vero de hac eorum incoëxistentia affirmare ante syllogismorum

r) *χρῇζον*] ita mss rectius pro *χρῆσον*.

P 112 s) *τροπικοῖς*] ad sect. 3 huius libri demonstratum est, *τροπικόν* Stoicis dictum esse quod Peripateticis *συνημμένον* sive connexum. illum locum, si placet, vide, ubi etiam causam huius appellationis attulimus.

κῶν συνερωτήσεως. διόπερ οὐκ ἔχοντες πόθεν ἀρξόμεθα τῆς πί- 203 στεως διὰ τὸ παλίνδρομον, λέξομεν μήτε τὸν τρίτον [t]) μήτε τὸν τέταρτον μήτε τὸν πέμπτον τῶν ἀναποδείκτων (ὅσον ἐπὶ τούτοις) ὑπόστασιν ἔχειν. τοσαῦτα μὲν καὶ περὶ συλλογισμῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκέσει λελέχθαι.

## ΚΕΦ. ιε΄.

### Περὶ ἐπαγωγῆς.

Εὐπαραίτητον δὲ εἶναι νομίζω καὶ τὸν περὶ ἐπαγωγῆς τρό- 204 πον· ἐπεὶ γὰρ ἀπὸ τῶν κατὰ μέρος πιστοῦσθαι βούλονται δι' αὐτῆς τὸ καθόλου, ἤτοι πάντα ἐπιόντες κατὰ μέρος τοῦτο ποιήσουσιν, ἤ τινα· ἀλλ' εἰ μέν τινα, ἀβέβαιος ἔσται ἡ ἐπαγωγή, ἐνδεχομένου τοῦ ἐναντιοῦσθαι τῷ καθόλου τινὰ τῶν παραλειπομένων κατὰ μέρος ἐν τῇ ἐπαγωγῇ, εἰ δὲ πάντα, ἀδύνατα μοχθήσουσιν, ἀπείρων ὄντων τῶν κατὰ μέρος ἀπεριορίστων. ὥσθ' οὕτως ἑκατέρωθεν οἶμαι συμβαίνει σαλεύεσθαι τὴν ἐπαγωγήν.

## ΚΕΦ. ις΄.

### Περὶ ὅρων.

Ἀλλὰ καὶ ἐπεὶ τῇ περὶ ὅρων δὴ τεχνολογίᾳ μέγα φρονοῦσιν 205 οἱ Δογματικοὶ ἣν τῷ λογικῷ μέρει τῆς καλουμένης φιλοσοφίας ἐγκαταλέγουσι, φέρε οὖν καὶ περὶ ὅρων ὀλίγα ἐπὶ τοῦ παρόντος εἴπωμεν. πρὸς πολλὰ τοίνυν χρησιμεύειν τοὺς ὅρους τῶν Δογμα-

per connexa illa adstructionem affirmare possimus. 203. itaque non habentes unde fidei faciendae initium sumamus, quod haec ita sint reciproca, dicemus ne tertiam quidem aut quartam neque quintam argumentationum indemonstrabilium (quantum quidem ad Dogmaticorum placita attinet) subsistentiam habere. hactenus et de syllogismis dixisse sufficiet in praesentia.

## CAP. XV.

### De inductione.

204. Per inductionem etiam argumentandi modum facile reiici posse existimo. quoniam enim volunt per eam probare universale ex singularibus, aut omnia percurrentes singularia hoc facient, aut aliqua. sed si quidem aliqua tantum persequentur, non erit firma inductio, quum fieri possit ut aliqua ex praetermissis singularibus in inductione contraria reperiantur universali. sin omnia percurrere instituerint, aggredientur rem impossibilem, quum infinita sint singularia, nullisque circumscripta terminis. itaque sic contingit ut utroque modo nutet et vacillet inductio.

## CAP. XVI.

### De definitionibus.

205. Iam vero quum ob suum circa definitiones artificium valde se efferant Dogmatici, quod rationali parti philosophiae quam vocant annumerant, agedum etiam de definitionibus pauca quaedam in praesentia dicamus. quum ergo Dogmatici definitiones ad multa conferre existiment, duobus ni fallor

---

t) μήτε τὸν τρίτον etc.] tertium, quartum et quintum genus ἀναποδείκτων quae exposuit supra sect. 157 seq. articulum τὸν e mss addidi.

τικῶν δοκούντων δύο τὰ ἀνωτάτω κεφάλαια περιληπτικὰ πάσης
206 ἧς λέγουσιν ἀναγκαιότητος αὐτῶν ἴσως εὑρήσεις· ἢ γὰρ ὡς πρὸς
κατάληψιν ἢ ὡς πρὸς διδασκαλίαν ἐν πᾶσι παραδεικνύουσι τοὺς
ὅρους ἀναγκαίους. ἐὰν οὖν ὑπομνήσωμεν ὅτι πρὸς οὐδέτερον τού-
P 118 των χρησιμεύσουσι, περιτρέψομεν οἶμαι πᾶσαν τὴν γεγενημένην
207 περὶ αὐτῶν παρὰ τοῖς Δογματικοῖς ματαιοπονίαν. εὐθέως οὖν,
εἰ ὁ μὲν ἀγνοῶν τὸ ὁριστὸν οὐχ οἷός τέ ἐστι τὸ μὴ γινωσκόμε-
νον αὐτῷ ὁρίσασθαι, ὁ δὲ γινώσκων, εἶθ᾽ ὁριζόμενος, οὐκ ἐκ
τοῦ ὅρου τὸ ὁριστὸν κατείληφεν, ἀλλ᾽ ἐπὶ προκατειλημμένῳ τούτῳ
τὸν ὅρον ἐπισυντέθεικε, πρὸς κατάληψιν τῶν πραγμάτων ὁ ὅρος
οὐκ ἔστιν ἀναγκαῖος· καὶ γὰρ ἐπεὶ πάντα μὲν ὁρίζεσθαι θέλον-
τες [u]) καθάπαξ οὐδὲν ὁριζόμεθα διὰ τὴν εἰς ἄπειρον ἔκπτωσιν,
τινὰ δὲ καταλαμβάνεσθαι [x]) καὶ δίχα τῶν ὅρων ὁμολογοῦντες
οὐκ ἀναγκαίους πρὸς κατάληψιν τοὺς ὅρους ἀποφαίνομεν, καθ᾽
ὃν τρόπον τὰ μὴ ὁρισθέντα κατελήφθη, δυναμένων ἡμῶν πάντα
208 χωρὶς τῶν ὅρων καταλαμβάνειν ἢ καθάπαξ οὐδὲν ὁρισόμεθα (διὰ
τὴν εἰς ἄπειρον ἔκπτωσιν) ἢ οὐκ ἀναγκαίους τοὺς ὅρους ἀπο-
φανοῦμεν. διὰ δὲ ταῦτα οὐδὲ πρὸς διδασκαλίαν αὐτοὺς εὕροιμεν
ἂν ἀναγκαίους· ὡς γὰρ ὁ πρῶτος τὸ πρᾶγμα γνοὺς ἔγνω τοῦτο
χωρὶς ὅρου, κατὰ τὸ παραπλήσιον καὶ ὁ διδασκόμενος αὐτὸ
209 δύναται χωρὶς ὅρου διδαχθῆναι. ἔτι ἀπὸ τῶν ὁριστῶν ἐπικρί-
νουσι τοὺς ὅρους, καί φασι μοχθηροὺς ὅρους εἶναι [y]) τοὺς περι-

generalissimis capitibus omnem illum quem dicunt eorum necessarium usum contineri comperias; 206. nam aut ad rem comprehendendam aut ad docendi methodum in omnibus necessarias esse definitiones putant se posse ostendere si igitur docuerimus ad neutrum horum utiles esse, evertemus, meo quidem iudicio, omnem vanum circa has Dogmaticorum laborem 207. age ergo, si is quidem qui ignorat id quod definitur, non potest id quod ipsi est incognitum, definire, at is qui cognoscit ac postea definit, non comprehendit ex definitione id quod definitur, sed rei iam comprehensae apposuit definitionem, ad comprehensionem rerum definitio non est necessaria. etenim quoniam si omnia definire velimus, omnino nihil definiemus, eo quod in infinitum prolabemur; sin vero dicamus aliqua etiam absque definitionibus comprehendi, ostendimus nequaquam necessarias ad comprehensionem esse definitiones; nam quemadmodum quae non erant definita comprehendimus, sic etiam reliqua omnia absque definitionibus possemus comprehendere: 208. aut omnino nihil definiemus propter progressionem in infinitum aut non necessarias definitiones esse ostendemus, atque ideo ne ad docendum quidem necessarias eas esse comperiemus. nam ut qui primus rem cognovit, eam cognovit absque definitione, eodem modo et is qui ipsam docetur, potest sine definitione doceri. 209. praeterea ex iis quae definiuntur diiudicant definitiones, aiuntque vitiosas esse definitiones quae aliquid complectuntur eorum quae non

u) *πάντα μὲν ὁρίζεσθαι θέλοντες*] sunt enim quaedam evidentiora omni definitione, ut colores sapores et similia. deinde vita non sufficeret definiendis omnibus propter rerum et conceptionum multitudinem innumerabilem. mox pro *διὰ τὴν ἄπειρον ἔκπτωσιν* scripsi *εἰς ἄπειρον*, ut infra iterum recte legitur. intelligit autem in infinitum prolapsuros nos esse si omnia definire velimus, quoniam definitionis illius iterum singula sint vocabula definienda, atque harum definitionum iterum, atque ita *εἰς ἄπειρον*.

x) *τινὰ δὲ καταλαμβάνεσθαι*] ita mss pro *τινὰ δ᾽ ἐγκαταλαμβάνεσθαι*.

y) *μοχθηροὺς ὅρους εἶναι*] vide Aristotelem sexto Topicorum, et Io. Damascenum t. 1 edit. Lequinianae p. 19.

ἔχοντάς τι τῶν μὴ προσόντων τοῖς ὁριστοῖς ἤτοι πᾶσιν ἢ τισίν.
διόπερ ὅταν εἴπῃ τις τὸν ἄνθρωπον εἶναι ζῷον λογικὸν ἀθάνα-
τον, ἢ ζῷον λογικὸν θνητὸν γραμματικόν, ὅπου μὲν μηδενὸς
ὄντος ἀνθρώπου ἀθανάτου, ὅπου δὲ τινῶν μὴ γραμματικῶν ὄν-
των φασὶ μοχθηρὸν εἶναι τὸν ὅρον. τάχα μὲν καὶ ἀνεπίκριτοί 210
εἰσιν οἱ ὅροι διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν κατὰ μέρος, ἐξ ὧν ἐπικρί-
νεσθαι ὀφείλουσιν. εἶτα οὐκ ἂν καταληπτικοί τε καὶ διδακτικοὶ
τούτων εἶεν ἐξ ὧν [z]) ἐπικρίνονται, δῆλον ὅτι προεπεγνωσμένων, εἴ
γε ἄρα καὶ προκατειλημμένων. πῶς δὲ οὐκ ἂν εἴη γελοῖον τὸ
λέγειν ὡς οἱ ὅροι χρησιμεύουσι πρὸς κατάληψιν ἢ διδασκαλίαν
ἢ σαφήνειαν ὅλως, ἀσάφειαν ἡμῖν ἐπεισκυκλοῦντες τοσαύτην;
οἷον γοῦν (ἵνα τι καὶ παίξωμεν) εἴ τις παρά του βουλόμενος 211
πυθέσθαι, εἰ ἀπήντηται αὐτῷ ἄνθρωπος ἐπὶ ἵππου ὀχούμενος
καὶ κύνα ἐφελκόμενος, τὴν ἐρώτησιν οὕτω ποιήσαιτο "ὦ ζῷον
λογικὸν θνητὸν νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν, ἀπήντητό σοι ζῷον
γελαστικὸν πλατυώνυχον [a]) ἐπιστήμης πολιτικῆς [b]) δεκτικὸν ζῴῳ P 114
θνητῷ χρεμετιστικῷ τὰ σφαιρώματα [c]) ἐφηδρακός, ἐφελκόμενον
ζῷον τετράπουν ὑλακτικόν"; πῶς οὐκ ἂν εἴη καταγέλαστος εἰς
ἀφασίαν [d]) οὕτω γνωρίμου πράγματος ἐμβαλὼν τὸν ἄνθρωπον
διὰ τοὺς ὅρους; οὐκοῦν ἄχρηστον εἶναι τὸν ὅρον, ὅσον ἐπὶ τού-
τοις, λεκτέον· εἴτ᾽ οὖν λόγος εἶναι λέγοιτο διὰ βραχείας ὑπο- 212

insunt definitis aut omnibus aut aliquibus, adeo ut si quis dicat hominem esse animal rationale immortale, aut animal rationale mortale grammaticum, tum quod nullus sit homo immortalis, tum vero quod sint aliqui homines non grammatici, mendosam esse inquiant definitionem. 210 fortasse igitur ne diiudicari quidem possunt definitiones propter infinitatem singularium ex quibus diiudicari eas oportet deinde non possint facere ut comprehendantur et doceantur illa ex quibus ipsae diiudicantur, utpote iam praecognita, si quidem et iam ante comprehensa fuerint. ecquis vero ridiculum esse neget, dicere definitiones aut ad comprehendendum aut ad docendum aut omnino ad manifestandum conducere, quum nos tanta obscuritate involvant? 211. exempli gratia (libet enim paulisper iocari) si quis ab aliquo sciscitari velit an occurrerit ei homo insidens equo et canem secum ducens, interroget hoc modo "o animal rationale mortale intellectus et scientiae capax, occurritne tibi animal risibile latis unguibus scientiae politicae capax habens conglobationes natium firmatas super animali mortali hinniendi facultatem habente, quod secum ducit animal quadrupes latrativum? qui non sit hic risu excipiendus, qui hominem de re tam nota cogat obmutescere propter definitiones? itaque inutilem esse definitionem, quod ad Dogmaticorum placita quidem attinet, dicere necesse est; 212. sive dicatur esse oratio quae per brevem admoni-

---

z) ἐξ ὧν] ms Vratislav. ἐφ᾽ ὧν. supra: ἀπὸ τῶν ὁριστῶν ἐπικρίνουσι.

a) πλατυώνυχον] in Platonis Definitionibus [p. 415 E]: ἄνθρωπος ζῷον P 114
ἄπτερον δίπουν πλατυώνυχον, ὃ μόνον τῶν ὄντων ἐπιστήμης τῆς κατὰ λόγους δεκτικόν ἐστι. vide et Laërtium 6 40.

b) ἐπιστήμης πολιτικῆς] Platoni hanc hominis definitionem noster tribuit lib. 1 adversus Logicos, et supra sect. 28, ubi si lubet dicta vide.

c) τὰ σφαιρώματα] nates globorum veluti formam dimidiatam referentes. scholiastes Aristophanis ad Pacem vers. 1238 ὄρρος ὁ ὑποκείμενος τοῖς σφαιρώμασι τόπος.

d) ἀφασίαν] ut quid dicatur, vel dicere ipse debeat, nesciat. de hac voce supra lib. 1 c. 20.

*μνήσεως εἰς ἔννοιαν ἡμᾶς ἄγων τῶν ὑποτεταγμένων ταῖς φωναῖς πραγμάτων, ὧν δῆλόν γε οὐδὲν ἐκ τῶν μικρῷ* e) *πρόσθεν ἡμῖν εἰρημένων, εἴτε λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι* f) *δηλῶν, εἴτε ὃ βούλεταί τις. καὶ γάρ τί ἐστιν ὁ ὅρος βουλόμενοι παριστᾶν* g) *εἰς ἀνήνυτον ἐμπίπτουσι διαφωνίαν, ἣν διὰ τὴν προαίρεσιν τῆς γραφῆς* h) *παρίημι νῦν, εἰ καὶ δοκεῖ διατρέπειν τοὺς ὅρους. τοσαῦτα μὲν καὶ περὶ ὅρων ἀπόχρη μοι νῦν λελέχθαι.*

**tionem nos ad notionem adducat subiectarum vocibus rerum, quorum certe nihil apparuit ex iis quae ante diximus, sive oratio indicans quid res sit, sive quodcumque alicui libuerit. nam volentes ostendere quid sit definitio in controversiam incidunt, ex qua se numquam expedire possint, quam propter praesentis tractationis institutum nunc omitto, licet alioqui et illa definitiones evertere videatur. nec vero de definitionibus plura mihi nunc dicenda arbitror.**

---

e) *ὧν δῆλόν γε οὐδὲν ἐκ τῶν μικρῷ*] ita scripsi pro eo quod erat in editis: *ὡς δῆλόν γε· οὐδὲ γὰρ ἐκ τῶν μικρῶν*, atque ita ut a me scriptum est repperisse videtur in suo codice HStephanus, ut ex eius interpretatione apparet. *μικρῷ πρόσθεν* pro *μικρῶν* et sensus postulat et diserte habent mss Savil. et Vratislav. porro definitiones varias definitionis hoc loco Sextus perstringit, ut per hanc *διαφωνίαν* ostendat ne inter philosophos quidem constare quid sit definitio. in scholiis ineditis ad Dionysium Thracem ex variorum sententia definitio definitur hunc in modum: *Aristotelis*, *λόγος ὁ τὸ τί τι* (Etymolog. Magnum in *ὅρος ὁ τὸ ὄντι εἶναι*, sed utrobique legendum, *τὸ τί ἦν εἶναι*) *εἶναι δηλῶν*, sive *τί ὤφειλεν εἶναι ἑκάστῳ*. *Chrysippi*, *ἰδίου ἀπόδοσις*, *τουτέστι λόγος τὸ ἴδιον ἀποδιδούς*. Cicero 4 25 ad Herenn. *definitio est quae rei alicuius proprias amplectitur potestates breviter et absolute*. unde supplendus Laërtius 7 60 et Suidas in *ὅρος*, ubi ex Chrysippo *περὶ ὅρων*, nuda vox *ἀπόδοσις* legitur. *Antipatri* Stoici, *λόγος κατ' ἀνάγκην ἐκφερόμενος*, *τουτέστι κατ' ἀναστροφήν*, ut cum definito possit converti. *aliorum*, *λόγος ἐκ τῶν καθόλου καὶ κοινῶν ἴδιόν τι ἀποτελῶν*, quam definitionem habet etiam scriptor magni Etymologici. vel denique *λόγος σύντομος δηλωτικὸς τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου πράγματος*, quae definitio proxime accedit ad eam quam hoc loco affert Sextus, et legitur etiam apud historiae philosophicae scriptorem quae inter Galeni opera exstat, capite 4 t. 2 edit. Paris. p. 25. Quintilian. 7 3 *finitio est rei propositae propria et dilucida et breviter comprehensa verbis enunciatio.* his addi potest quam ex Antipatri primo *περὶ ὅρων* afferunt Laërtius et Suidas locis laudatis: *λόγος κατὰ ἀνάλυσιν ἀπαρτιζόντως ἐκφερόμενος*.

f) *τὸ τί ἦν εἶναι*] frequens haec definitio definitionis apud Aristotelem, qui etiam docet per *τὸ τί ἦν εἶναι* essentiam rei se intelligere, vel ea quae illi proxime et simplicissime adhaerent, ut 6 6 Metaphys. *ὅτι μὲν οὖν ἐστιν ὁρισμὸς ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι λόγος, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι ἢ μόνον τῶν οὐσιῶν ἐστιν, ἢ μάλιστα, καὶ πρώτως καὶ ἁπλῶς, δῆλον.* Cicero in Topicis: *definitio est oratio quae id quod definitur explicat quid sit.* Alexander Aphrodiseus in 1 Topicor. p. 24 *τοῦτο δὲ τὸ τί ἦν εἶναι ὡς ὀνοματικὸν μὲν συλλαβῶν ἐξενήνοχε. σημαίνει δὲ ὁ τὸ τί ἐστι, τὸ εἶναι σημαίνων τῷ ὁριστῷ. τουτέστι λόγος ἐστὶ δηλωτικὸς τοῦ τί ποτέ ἐστιν τὸ εἶναι ἐκείνῳ οὗ ἐστιν ὅρος. τῷ γὰρ ἦν οὐχ ὡς τοῦ παρελθόντος χρόνου δηλωτικῷ κέχρηται νῦν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἔστιν.* confer eundem Alexandrum libro 2 cap. 25 *ἀποριῶν καὶ λύσεων*, et Ammonium in librum *περὶ ἑρμηνείας* p. 92.

g) *παριστᾶν*] ita scribendum pro *περιστᾶν*, quod erat in editis.

h) *διὰ τὴν προαίρεσιν τῆς γραφῆς*] propter studium brevitatis et scriptionis compendiosae, quod tot locis huius operis ipsoque titulo Sextus prae se fert ac profitetur.

### ΚΕΦ. ιζ΄.

### Περὶ διαιρέσεως.

Ἐπεὶ δέ τινες τῶν Δογματικῶν [i]) τὴν διαλεκτικὴν εἶναί φα- 213
σιν ἐπιστήμην συλλογιστικὴν ἐπαγωγικὴν ὁριστικήν, διελέχθημεν
δὲ ἡμεῖς ἤδη μετὰ τοὺς περὶ τοῦ κριτηρίου [k]) καὶ τοῦ σημείου
καὶ τῆς ἀποδείξεως λόγους περί τε συλλογισμῶν καὶ ἐπαγωγῆς P 115
καὶ περὶ ὅρων, οὐκ ἄτοπον ἡγούμεθα εἶναι καὶ περὶ διαιρέσεως βραχέα διαλαβεῖν [l]). γίνεσθαι τοίνυν τὴν διαίρεσίν φασι τετραχῶς [m])· ἢ γὰρ ὄνομα εἰς σημαινόμενα διαιρεῖσθαι, ἢ ὅλον εἰς μέρη, ἢ γένος εἰς εἴδη, ἢ εἶδος εἰς τὰ καθ᾽ ἕκαστον. ὅτι δὲ οὐδενὸς τούτων ἐστὶν ἐπιστήμη διαιρετική, ῥᾴδιον ἴσως ἐπελθεῖν.

### ΚΕΦ. ιη΄.

### Περὶ τῆς ὀνόματος εἰς σημαινόμενα διαιρέσεως.

Εὐθέως οὖν τὰς ἐπιστήμας τῶν φύσει φασὶν εἶναι, τῶν 214
θέσει δὲ οὐδαμῶς· καὶ εἰκότως. ἡ μὲν γὰρ ἐπιστήμη βέβαιόν τι καὶ ἀμετάπτωτον πρᾶγμα εἶναι θέλει, τὰ δὲ θέσει ῥᾳδίαν ἔχει καὶ εὐμετάπτωτον τὴν μεταβολήν, ταῖς ἐναλλαγαῖς τῶν θέ-

### CAP. XVII.

### De divisione.

**213.** Quia vero aliqui ex Dogmaticis dialecticam esse dicunt scientiam faciendi syllogismos inductiones definiendique et dividendi, nos autem post disputationem de criterio sive instrumento iudicandi et de signo et de demonstratione de syllogismis quoque deque inductione ac de definitionibus disseruimus, etiam disputationem de divisione paucis expedire minime ab instituto nostro alienum fore censemus. dicunt itaque divisionem fieri quadrifariam; aut enim nomen in significata dividi aut totum in partes aut genus in species aut speciem in singularia. atqui nullius horum esse scientiam divisivam non difficile puto singula examinando ostendere.

### CAP. XVIII.

### De nominis in significata divisione.

**214.** Iam ergo scientias aiunt esse earum rerum quae natura non positione hominum sunt. et merito. nam scientia stabilis quaedam et immobilis res esse debet, at quae sunt positione facile mutationi obnoxia fuerint, quippe quae diversitatibus positionum, quae in nostra potestate sunt, varientur, quum

---

*i*) τινὲς τῶν Δογματικῶν] Platonici. vide Alcinoum capite 3, ubi totam dialecticam dividit in τὸ διαιρετικὸν τὸ ὁριστικὸν τὸ ἐπαγωγικὸν καὶ τὸ συλλογιστικόν. ex hac divisione et ex iis quae Sextus ipse subiicit, perspicue apparet apud nostrum haud dubie post ὁριστικήν excidisse vocabulum διαιρετικήν, quam ideo non dubito ei restituendam esse.

*k*) περὶ τοῦ κριτηρίου] de criterio sive regula veri falsique dictum sect. 14 seq, de signo sect. 97, de demonstratione sect. 134, de syllogismis sect. 193, de inductione sect. 204, de definitione sect. 205 seq.

*l*) βραχέα διαλαβεῖν] ita mss pro βραχέως. P 115

*m*) τὴν διαίρεσιν τετραχῶς] in historia philosophica quae inter Galeni opera legitur c. 4 διαιρεῖσθαι δὲ νομίζουσιν ὀνόματα εἰς σημαινόμενα καὶ ὅλον εἰς μερικὰ μέρη καὶ γένη εἰς εἰδικὰ καὶ διαφορὰς εἰς τὸ καθ᾽ ἕκαστον καὶ εἰς συμβεβηκότα. vide etiam Io. Damascenum t. 1 operum p. 15, ubi quattuor haec divisionis genera iterum subdividit.

*σεων, αἳ εἰσιν ἐφ' ἡμῖν, ἑτεροιούμενα. ἐπεὶ οὖν τὰ ὀνόματα θέσει σημαίνει καὶ οὐ φύσει*[n] *— πάντες γὰρ ἂν συνίεσαν πάντα τὰ ὑπὸ τῶν φωνῶν σημαινόμενα ὁμοίως Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι*[o]*, πρὸς τῷ καὶ ἐφ' ἡμῖν εἶναι τὰ σημαινόμενα οἷς ἂν βουλώμεθα ὀνόμασιν ἑτέροις ἀεὶ δηλοῦν τε καὶ σημαίνειν — πῶς ἂν δυνατὸν εἴη διαιρετικὴν ὀνόματος εἰς σημαινόμενα ἐπιστήμην, ἢ πῶς ἐπιστήμη σημαινόντων τε καὶ σημαινομένων, ὡς οἴονταί τινες, ἡ Διαλεκτικὴ δύναιτ' ἂν ὑπάρχειν;*

## *ΚΕΦ. ιθ'.*

### *Περὶ ὅλου καὶ μέρους.*

215 *Περὶ δὲ ὅλου καὶ μέρους διαλεξόμεθα μὲν καὶ ἐν τοῖς φυ-*
*σικοῖς*[p] *δὴ λεγομένοις, ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος περὶ τῆς λεγομένης*
*διαιρέσεως τοῦ ὅλου εἰς τὰ μέρη αὐτοῦ τάδε λεκτέον. ὅταν λέγῃ*
*τις διαιρεῖσθαι τὴν δεκάδα εἰς μίαν καὶ δύο καὶ τρία καὶ τέσ-*
*σαρα, οὐ διαιρεῖται εἰς ταῦτα ἡ δεκάς· ἅμα γὰρ τῷ τὸ πρῶ-*
*τον αὐτῆς ἀρθῆναι μέρος, ἵνα κατὰ συγχώρησιν νῦν τοῦτο δῶ-*
*μεν, οἷον τὴν μονάδα, οὐκέτι ὑπόκειται ἡ δεκάς, ἀλλ' ἐννέα,*
216 *καὶ ὅλως ἕτερόν τι παρὰ τὴν δεκάδα. ἡ οὖν τῶν λοιπῶν ἀφαί-*
P 116 *ρεσίς τε καὶ διαίρεσις οὐκ ἀπὸ τῆς δεκάδος γίνεται, ἀλλ' ἀπὸ*

**igitur nomina positione significent et non natura — alioqui enim omnes intelligerent omnia quae a vocibus significantur Graeci pariter et barbari, praeterquam quod in nostra potestate est, ea quae significanda sunt declarare semper et significare quibuscumque velimus aliis nominibus — quomodo quaeso possit dari scientia divisiva nominis in sua significata? aut quomodo dialectica, ut quidam censent, scientia significantium et significatorum possit esse?**

## CAP. XIX.

### De toto et parte.

**215. De tóto autem et parte disputabimus quidem etiam in physicis, ita enim appellant; in praesentia vero de divisione quae vocatur totius in partes suas, haec dicenda sunt: quum aliquis numerum v. g. denarium in unum et duo et tria et quattuor dividi ait, non dividitur in haec numerus denarius. nam simul atque eius prima pars sublata est, ut per concessionem hoc nunc demus, verbi gratia unitas, non amplius offert se denarius numerus, sed novem et omnino aliud quiddam quam denarius. 216. caeterorum ergo ablatio et divisio non iam fit a denario numero sed ab aliquibus aliis, quae,**

---

n) *τὰ ὀνόματα θέσει σημαίνει καὶ οὐ φύσει*] contraria sententia Heracliti Cratyli Platonis in Cratylo Stoicorum apud Origenem 1 contra Celsum p. 18, Nigidii Figuli apud Gellium 10 4 et Epicuri apud Laërtium 10 75, qui statuerunt nomina non positiva esse sed naturalia. adde si placet infra lib. 3 sect. 267 et contra Mathematicos lib. 1 sect. 37 et 145 et 2 contra Logicos sect. 134 et lib. ult. quaeque de illa disceptatione Alexander Aphrodiseus 3 11 *ἀποριῶν καὶ λύσεων*, Arnobius lib. 1 contra Gentes p. 36, Ammonius ad librum *περὶ ἑρμηνείας* p. 15 edit. Graecae in fol. e recentioribus Gassendus de philosophia Epicuri t. 1 p. 361 seq. Fridericus Rappoltus ὁ *μακαρίτης* in Logica Gelliana capite 5 et quae viri docti ad Lucretium 5 1040 seq. Guil. Spencerus ad Origenem contra Celsum p. 19, Ioannes Potterus ad Clementem Alex. p. 405.

o) *Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι*] vide ad 2 contra Logicos sect. 187.

p) *ἐν τοῖς φυσικοῖς*] infra libro 3 sect. 98 seq. et 1 adversus Physicos.

τινων ἄλλων καθ' ἑκάστην ἀφαίρεσιν ἑτεροιουμένων. τάχα οὖν οὐκ ἐνδέχεται τὸ ὅλον διαιρεῖν εἰς τὰ λεγόμενα εἶναι αὐτοῦ μέρη. καὶ γὰρ εἰ διαιρεῖται τὸ ὅλον εἰς μέρη, φιλεῖ τὰ μέρη ἐμπεριέχεσθαι τῷ ὅλῳ πρὸ τῆς διαιρέσεως, οὐ περιέχεται δὲ ἴσως. οἷον γοῦν, ἵνα ἐπὶ τῆς δεκάδος στήσωμεν πάλιν τὸν λόγον, τῆς δεκάδος μέρος φασὶ πάντως εἶναι τὰ ἐννέα, διαιρεῖται οὖν εἰς ἓν καὶ ἐννέα, ἀλλὰ καὶ τὰ ὀκτὼ ὁμοίως, διαιρεῖται γὰρ εἰς ὀκτὼ καὶ δύο, καὶ τὰ ἑπτὰ ὁμοίως καὶ ἓξ καὶ πέντε καὶ τέσσαρα καὶ τρία καὶ δύο καὶ ἕν. εἰ οὖν ταῦτα πάντα [q]) ἐν τῇ 217
δεκάδι περιέχεται καὶ συντιθέμενα μετ' αὐτῆς πέντε καὶ πεντήκοντα γίνεται, ἐν τοῖς δέκα περιέχεται πέντε καὶ πεντήκοντα, ὅπερ ἄτοπον. οὐκοῦν οὔτε περιέχεται ἐν τῇ δεκάδι τὰ λεγόμενα αὐτῆς εἶναι μέρη οὔτε ἡ δεκὰς εἰς ἐκεῖνα διαιρεῖσθαι δύναται ὡς ὅλον εἰς μέρη, ἃ μηδὲ ὅλως ἐν αὐτῇ θεωρεῖται. τὰ δὲ αὐτὰ 218
ἀπαντήσεται καὶ ἐπὶ τῶν μεγεθῶν, ὅταν τὸ δεκάπηχυ μέγεθος, εἰ τύχοι, διαιρεῖν ἐθέλοι τις. οὐκ ἐνδέχεται οὖν ἴσως διαιρεῖν οὐδὲ ὅλον εἰς μέρη.

## ΚΕΦ. κ'.

## Περὶ γενῶν καὶ εἰδῶν.

Οὐκοῦν ὁ περὶ τῶν γενῶν καὶ τῶν εἰδῶν ἀπολείπεται λό- 219
γος, περὶ οὗ πλατύτερον μὲν ἐν ἄλλοις [r]) διαλεξόμεθα, ὡς ἐν συντόμῳ νῦν ταῦτα λέξομεν. εἰ μὲν ἐννοήματα εἶναι τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη λέγουσιν, αἱ κατὰ τοῦ ἡγεμονικοῦ καὶ τῆς φαντα-

prout fit unaquaeque ablatio, variantur. itaque non licebit fortasse totum dividere in eas quae dicuntur esse eius partes. nam si dividitur totum in partes, solent partes contineri in toto ante divisionem; at non continentur. verbi gratia, (ut in denario numero rursus orationem nostram figamus) decadis partem dicunt omnino esse novem, (dividitur igitur in unum et novem), sed et octo similiter (dividitur enim in octo et duo), et septem similiter et sex et quinque et quattuor et tria et duo et unum. 217. si igitur haec omnia in decade continentur et composita cum ea quinquaginta quinque fiunt, nimirum in decem continentur quinquaginta quinque; quod absurdum est. ergo ne continentur quidem in decade ea quae dicuntur esse eius partes, nec decas in eas dividi potest, ut totum in partes, quae nullo modo in ipsa conspiciuntur. 218. eadem autem obiicientur et in magnitudinibus, si quis, verbi gratia, magnitudinem decem cubitorum dividere velit. fortasse igitur ne totum quidem potest in partes dividi.

## CAP. XX.

## De generibus et speciebus.

219. Superest ergo de generibus et speciebus tractatio, quam quidem fusius alibi persequemur, nunc vero, ut qui brevitati studeamus, haec dicere contenti erimus. si quidem notionibus mentis accensent genera et species, argumenta quae adversus mentem et phantasiam attulimus etiam ipsas

---

q) εἰ οὖν ταῦτα πάντα] similis argutatio infra lib. 3 sect. 86 et 1 contra Phys. sect. 303 seq. P 116

r) πλατύτερον μὲν ἐν ἄλλοις] hoc in iis quae exstant Sexti libris factum esse non memini. fortasse itaque id exsecutus fuerat in ὑπομνήμασι σκεπτικοῖς quorum facit mentionem lib. 1 cap. 33.

σίας ἐπιχειρήσεις αὐτοὺς διατρέπουσιν· εἰ δὲ ἰδίαν ὑπόστασιν
220 αὐτοῖς ἀπολείπουσι, τί πρὸς τοῦτο ἐροῦσιν; εἰ ἔστι τὰ γένη,
ἤτοι τοσαῦτά ἐστιν, ὅσα τὰ εἴδη, ἢ ἕν ἐστι [s]) κοινὸν πάντων
τῶν εἰδῶν αὐτοῦ λεγομένων εἶναι εἶδος, ἤγουν γένος. εἰ μὲν οὖν
τοσαῦτά ἐστι τὰ γένη, ὅσα τὰ εἴδη αὐτῶν, οὐκέτ' ἂν εἴη
κοινὸν γένος, ὃ εἰς αὐτὰ διαιρεθήσεται· εἰ δὲ ἓν εἶναι λέγοιτο
ἐν πᾶσι τοῖς εἴδεσιν αὐτοῦ τὸ γένος, ἤτοι ὅλου αὐτοῦ ἕκαστον
εἶδος αὐτοῦ μετέχει ἢ μέρους αὐτοῦ· ἀλλὰ ὅλου μὲν οὐδαμῶς·
ἀμήχανον γάρ ἐστιν ἕν τι ὑπάρχον ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ κατὰ ταυτὸ
περιέχεσθαι οὕτως, ὡς ὅλον ἐν ἑκάστῳ θεωρεῖσθαι τῶν ἐν οἷς
εἶναι λέγεται· εἰ δὲ μέρους, πρῶτον μὲν οὐκ ἀκολουθήσει τῷ
εἴδει τὸ γένος πᾶν, ὡς ὑπολαμβάνουσιν, οὐδὲ ὁ ἄνθρωπος ἔσται
P 117 ζῷον, ἀλλὰ μέρος ζῴου, οἷον οὐσία, οὔτε δὲ ἔμψυχος [t]) οὔτε
221 αἰσθητική. εἶτα μέντοι καὶ *) ἤτοι ταὐτοῦ λέγοιτο ἂν μετεσχη-
κέναι πάντα τὰ εἴδη μέρους τοῦ γένους αὐτῶν, ἢ ἑτέρου καὶ
ἑτέρου· ἀλλὰ ταὐτοῦ μὲν οὐκ ἐνδέχεται διὰ τὰ προειρημένα· εἰ
δὲ ἄλλου καὶ ἄλλου, οὔτε ὅμοια ἀλλήλοις ἔσται τὰ εἴδη κατὰ
γένος (ὅπερ οὐ προσδέξονται) ἄπειρόν τε ἔσται γένος ἕκαστον
εἰς ἄπειρα τεμνόμενον οὐ μόνον τὰ εἴδη, ἀλλὰ καὶ τὰ καθ'
ἕκαστον, ἐν οἷς καὶ αὐτοῖς μετὰ τῶν εἰδῶν αὐτοῦ θεωρεῖται·
οὐ γὰρ μόνον ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ ζῷον ὁ Δίων [u]) εἶναι λέγε-
ται. εἰ δὲ ταῦτα ἄτοπα, οὐδὲ κατὰ μέρος μετέσχηκε τὰ εἴδη
222 τοῦ γένους αὐτῶν ἑνὸς ὄντος. εἰ δὲ μήτε ὅλου μετέσχηκεν ἕκα-
στον εἶδος τοῦ γένους μήτε μέρους αὐτοῦ, πῶς ἂν λέγοιτο ἓν

evertunt. sin propriam subsistentiam illis relinquunt, quid ad hoc respondebunt? 220. si genera sunt, aut tot sunt quot species; aut una est communis quaedam omnibus quae eius species esse dicuntur species, videlicet genus. si ergo tot sunt genera quot ipsorum species, non iam fuerit commune genus quod in ipsas dividetur; at si unicum esse dicatur in omnibus suis speciebus genus, unaquaeque illius species aut eius totius particeps est aut partis eius, sed totius quidem nequaquam. fieri enim non potest, ut quum unum quoddam exsistat in alio et alio eodem tempore contineatur, ita ut totum perspiciatur in unoquoque eorum in quibus esse dicitur: sin partem tantum accipit, primum quidem non communicabitur speciei genus totum, ut existimant; nec homo erit animal, sed pars animalis; verbi gratia substantia quidem, sed neque animata neque sensitiva. 221. deinde vero omnes species aut dicentur participes esse eiusdem partis generis sui, aut alius atque alius. sed eiusdem nullo modo propter iam dicta; at si alius atque alius, nec similes genere inter se erunt species (quod illi non admittent) et infinitum erit genus unumquodque, in infinitas scissum non solum species, sed in infinita etiam singularia, in quibus et ipsis cum speciebus suis spectatur. Dion enim non tantum homo, verum etiam animal esse dicitur. at si haec absurda sunt, ne parte quidem tenus species genus suum participant, quod unum est. 222. quodsi unaquaeque species neque totius particeps est generis neque partis eius, quomodo dici possit unum esse genus

s) ἕν ἐστι] ita ex mss legendum pro ἔνεστι. sic infra: εἰ δὲ ἓν εἶναι λέγοιτο, atque iterum: ἀμήχανον γάρ ἐστιν ἕν τι ὑπάρχον etc.

P 117 t) οὔτε δὲ ἔμψυχος] integra animalis definitio, repetita infra sect. 224 τὸ ζῷον οὐσία ἐστὶν ἔμψυχος καὶ αἰσθητική.

[*) verba μέντοι καὶ eiicienda videntur esse]

u) ὁ Δίων] tralatitium nomen pro quovis hominis nomine, ut monui ad lib. 1 c. 19. sic Θέωνι καὶ Δίωνι infra sect. 227, 228 et passim.

εἶναι γένος ἐν πᾶσι τοῖς εἴδεσιν αὐτοῦ, ὥστε καὶ εἰς αὐτὰ διαι-
ρεῖσθαι; τάχα οὐκ ἂν ἔχοι τὶς λέγειν, μὴ οὐχὶ ἀναπλάσσων τι-
νὰς εἰδωλοποιήσεις x), αἳ ταῖς ἐκείνων αὐτῶν ἀνεπικρίτοις δια-
φωνίαις y) κατὰ τὰς σκεπτικὰς ἐφόδους περιτραπήσονται. πρὸς 223
δὲ τούτοις κἀκεῖνο λεκτέον· τὰ εἴδη τοῖα ἢ τοῖά ἐστι· τούτων
τὰ γένη ἤτοι καὶ τοῖα καὶ τοῖα, ἢ τοῖα μὲν τοῖα δὲ οὔ, ἢ οὔτε
τοῖα οὔτε τοῖα. οἷον ἐπεὶ τῶν τινῶν τὰ μέν ἐστι σώματα τὰ δὲ
ἀσώματα, καὶ τὰ μὲν ἀληθῆ τὰ δὲ ψευδῆ, καὶ ἔνια μὲν λευκά,
εἰ τύχοι, ἔνια δὲ μέλανα, καὶ ἔνια μὲν μέγιστα ἔνια δὲ σμικρό-
τατα, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως, τό "τὶ" λόγου ἕνεκεν ὅ φασιν εἶναί
τινες γενικώτατον z), ἢ πάντα ἔσται ἢ τὰ ἕτερα ἢ οὐδέν. ἀλλ' 224
εἰ μὲν οὐδέν ἐστιν ὅλως τὸ τὶ οὐδὲ τὸ γένος, πέρας*) ἔχοι ἡ
ζήτησις. εἰ δὲ πάντα εἶναι ῥηθείη, πρὸς τὸ ἀδύνατον εἶναι τὸ
λεγόμενον καὶ τῶν εἰδῶν καὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἐν οἷς ἐστι δεήσει
πάντα εἶναι. ὡς γάρ, ἐπεὶ τὸ ζῷον, ὥς φασιν, οὐσία ἐστὶν ἔμ-
ψυχος αἰσθητική, ἕκαστον τῶν εἰδῶν αὐτοῦ καὶ οὐσία εἶναι λέ-
γεται καὶ ἔμψυχος καὶ αἰσθητική, οὕτως εἰ τὸ γένος καὶ σῶμά
ἐστι καὶ ἀσώματον, καὶ ψευδὲς καὶ ἀληθές, καὶ μέλαν (εἰ τύχοι)
καὶ λευκόν, καὶ σμικρότατον καὶ μέγιστον, καὶ τἄλλα πάντα,
ἕκαστον τῶν εἰδῶν καὶ τῶν καθ' ἕκαστον πάντα ἔσται, ὅπερ
οὐ θεωρεῖται· ψεῦδος οὖν καὶ τοῦτο. εἰ δὲ τὰ ἕτερα μόνα ἐστί, 225
τούτων τὸ γένος τῶν λοιπῶν οὐκ ἔσται γένος. οἷον, εἰ σῶμα P 118
τὸ τί, τῶν ἀσωμάτων, καὶ εἰ λογικὸν τὸ ζῷον, τῶν ἀλόγων·

**in omnibus suis speciebus, ita ut etiam in eas dividatur? hoc certe nemo dicere queat, nisi forte fingat quasdam imagines umbrasque, quae etiam Dogmaticorum ipsorum indiiudicabilibus controversiis ac dissidiis secundum Scepticorum methodos evertentur. 223. his autem et illud addendum est, species aut tales sunt aut tales, harum genera aut sunt et talia et talia, aut sunt talia quidem, talia vero non, aut neque talia neque talia. verbi gratia, quoniam ex his vel illis (quaecumque sint ea) alia corpora sunt alia incorporea, et alia quidem vera alia autem falsa, et quaedam alba fortasse, quaedam nigra, et quaedam maxima et quaedam minima et alia similiter, ipsum "aliquid" verbi gratia quod dicunt quidam esse generalissimum, aut omnia erit aut alterutra aut nihil. 224. sed si nihil quidem prorsus sit "aliquid" nec genus, iam finita fuerit quaestio. sin dicatur esse omnia, praeterquam quod impossibile erit quod dicetur, oportebit ut sit omnia et specierum et singularium in quibus est. ut enim quia animal, ut aiunt, substantia est animata sensitiva, unaquaeque specierum eius et substantia esse dicitur et animata et sensitiva: eodem modo si genus sit et corpus et incorporeum, et falsum et verum, et (ut ita fingamus contingere) nigrum et album, et minimum et maximum, et alia omnia, unaquaeque specierum et unumquodque singulare erit omnia; quod evidentiae adversatur: falsum igitur etiam hoc. 225. at si alterutrum tantum sit, quod erit genus horum non erit genus reliquorum. ut, si aliquid corpus sit, incorporeorum, et si sit rationale animal, irrationalium: adeo ut neque**

---

*x) εἰδωλοποιήσεις*] ideas Platonicas perstringit, quas consimili argumentatione oppugnat 2 adversus Physicos. vide et infra lib. 3 Pyrrhon. sect. 189.

*y) ἀνεπικρίτοις διαφωνίαις*] quoniam ab aliis philosophorum disciplinis ut a Peripatetica ideae illae exploduntur. oppugnavit enim ideas Aristoteles non modo in Metaphysicis, sed etiam in libris duobus *περὶ ἰδεῶν* quorum Syrianus p. 123 in Metaphysica mentionem facit.

*z) τὸ τὶ γενικώτατον*] supra sect. 86.

[*) *πέρας ἂν ἔχοι*?]

ὡς μήτε ἀσώματόν τι εἶναι [a]) ζῷον μήτε ἄλογον. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως, ὅπερ ἄτοπον. οὐκοῦν οὔτε καὶ τοῖον καὶ τοῖον τὸ γένος, οὔτε τοῖον μὲν τοῖον δὲ οὔ, οὔτε μὴν οὔτε τοῖον οὔτε τοῖον δύναται εἶναι γένος· εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ ἔστιν ὅλως τὸ γένος. εἰ δὲ λέγοι τις ὅτι δυνάμει πάντα ἐστὶ τὸ γένος, λέξομεν ὡς τὸ δυνάμει τι ὂν δεῖ τι καὶ ἐνεργείᾳ εἶναι. οἷον "οὐ δύναταί τις γραμματικὸς εἶναι, μὴ *) τις ἐνεργείᾳ". καὶ τὸ γένος οὖν εἰ δυνάμει πάντα ἐστίν, ἐρωτῶμεν αὐτοὺς τί ἔστιν ἐνεργείᾳ. καὶ οὕτω μένουσιν αἱ αὐταὶ ἀπορίαι. τἀναντία μὲν γὰρ πάντα ἐνερ-
226 γείᾳ εἶναι οὐ δύναται. ἀλλ' οὐδὲ τὰ μὲν καὶ ἐνεργείᾳ, τὰ δὲ δυνάμει μόνον, οἷον "σῶμα μὲν ἐνεργείᾳ, δυνάμει δὲ ἀσώματον"· δυνάμει γάρ ἐστιν ὃ οἷόν τέ ἐστιν ἐνεργείᾳ ὑποστῆναι· τὸ δὲ σῶμα ἐνεργείᾳ, ἀδύνατόν ἐστιν ἀσώματον γενέσθαι κατ' ἐνέργειαν. ὥστε εἰ λόγου χάριν σῶμά ἐστιν ἐνεργείᾳ, οὐκ ἔστιν ἀσώματον δυνάμει· καὶ τὸ ἀνάπαλιν. οὐκοῦν οὐκ ἐνδέχεται τὸ γένος τὰ μὲν ἐνεργείᾳ εἶναι, τὰ δὲ δυνάμει μόνον. εἰ δὲ οὐδὲν ὅλως ἐστὶν ἐνεργείᾳ οὐδὲ ὑφέστηκεν, οὐκοῦν οὐδέν ἐστι τὸ γένος, ὃ διαιρεῖν εἰς τὰ εἴδη λέγουσιν. ἔτι καὶ τοῦτο θεάσασθαι ἄξιον·
227 ὥσπερ γὰρ ἐπεὶ αὐτός ἐστιν Ἀλέξανδρος καὶ Πάρις, οὐκ ἐνδέχεται τὸ μὲν "Ἀλέξανδρος περιπατεῖ" ἀληθὲς εἶναι, τὸ δὲ "Πάρις περιπατεῖ" ψεῦδος. οὕτως εἰ τὸ αὐτό ἐστι τῷ "ἀνθρώπῳ εἶναι Θέωνι καὶ Δίωνι", εἰς σύνταξιν ἀξιώματος ἀγομένη ἡ "ἄνθρωπος" προσηγορία, ἢ ἀληθὲς ἢ ψεῦδος ἐπ' ἀμφοτέρων ποιήσει τὸ ἀξίωμα. οὐ θεωρεῖται δὲ τοῦτο· τοῦ μὲν γὰρ Δίωνος καθημένου Θέωνος δὲ περιπατοῦντος, τό "ἄνθρωπος περιπατεῖ"

incorporeum quid sit neque animal irrationale, et de aliis similiter, quod absurdum est. genus itaque nec est et tale et tale, nec tale quidem tale autem non; quin etiam nec tale nec tale potest esse genus. quodsi ita est, ne ullo quidem modo est genus. iam vero si quis dicat genus esse omnia potentia, respondebimus, id quod sit aliquid potentia debere et actu aliquid esse. exempli gratia, "non potest aliquis grammaticus esse absque actu." genus ergo si potentia est omnia, interrogamus eos quid sit actu; et ita manent eaedem dubitationes. nam genus contraria omnia actu esse non potest. 226. sed neque alia quidem actu quoque, alia vero potentia solum, ut "corpus quidem actu, potentia autem incorporeum"; potentia enim est quod potest actu subsistere: at quod est corpus actu, non potest incorporeum esse actu. itaque verbi gratia "si corpus est actu, non est incorporeum potentia; et vicissim. itaque dicere non possumus genus alia esse actu, alia tantum potentia. quodsi nihil omnino actu illud est neque subsistit, nihil ergo est genus, quod a se dividi in species dicunt. 227. sed et hoc considerare est operae pretium. quemadmodum enim quia idem est Alexander et Paris, fieri non potest ut "Alexander ambulat" sit verum, at vero "Paris ambulat" sit falsum, ita si idem est "hominem esse et Theonem esse vel Dionem", haec appellatio "homo" si ad constituendum pronuntiatum afferatur, aut verum aut falsum in utrisque pronuntiatum faciet. atqui hoc ita esse non comperitur. nam quum Dion sedet, Theon autem

---

P 118 a) ἀσώματόν τι εἶναι] hunc locum interpunctione laborantem restitui. falsam interpunctionem secutus HStephanus ita hunc locum verterat: *ut neque incorporeum sit aliquod animal, neque irrationale.* [num ἀσώμ. τὸ τὶ deinde *μήτε ζῷον ἄλογον?*]

[*) εἰ μή?]

ἐφ' οὗ μὲν λεγόμενον ἀληθές ἐστιν, ἐφ' οὗ δὲ ψεῦδος. οὐκ ἄρα κοινή ἐστιν ἀμφοτέρων ἡ "ἄνθρωπος" προσηγορία καὶ ἡ αὐτὴ ἀμφοῖν, ἄλλη ἄρα b) ἰδία ἑκατέρου.

## ΚΕΦ. κα'.

## Περὶ κοινῶν συμβεβηκότων.

Παραπλήσια δὲ λέγεται καὶ περὶ τῶν κοινῶν συμβεβηκότων· 228
εἰ γὰρ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ συμβέβηκε Δίωνί τε καὶ Θέωνι τὸ ὁρᾶν,
ἐὰν (καθ' ὑπόθεσιν) φθαρῇ μὲν Δίων, Θέων δὲ περιῇ καὶ ὁρᾷ,
ἤτοι τὴν ὅρασιν τοῦ ἐφθαρμένου Δίωνος ἄφθαρτον μένειν ἐροῦ-
σιν, ὅπερ ἀπεμφαίνει, ἢ τὴν αὐτὴν ὅρασιν ἐφθάρθαι τε καὶ μὴ
ἐφθάρθαι λέξουσιν, ὅπερ ἄτοπον· οὐκ ἄρα ἡ Θέωνος ὅρασις ἡ
αὐτή ἐστι τῇ Δίωνος· ἄλλη ἄρα ἰδία ἑκατέρου. καὶ γὰρ εἰ ταὐ- P 119
τὸν συμβέβηκε Δίωνί τε καὶ Θέωνι τὸ ἀναπνεῖν, οὐκ ἐνδέχεται
τὴν ἐν Θέωνι ἀναπνοὴν εἶναι, τὴν ἐν Δίωνι δὲ μὴ εἶναι· ἐνδέ-
χεται δὲ τοῦ μὲν φθαρέντος, τοῦ δὲ περιόντος, οὐκ ἄρα ἡ αὐτή
ἐστι. περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον νῦν ἀρκέσει συντόμως
λελέχθαι.

## ΚΕΦ. κβ'.

## Περὶ σοφισμάτων.

Οὐκ ἄτοπον δὲ ἴσως καὶ τῷ περὶ τῶν σοφισμάτων ἐπιστῆ- 229
ναι*) λόγῳ διὰ βραχέων, ἐπεὶ καὶ εἰς τὴν τούτων διάλυσιν ἀναγκαίαν εἶναι λέγουσι τὴν διαλεκτικὴν οἱ σεμνύνοντες αὐτήν. εἰ γὰρ τῶν τε ἀληθῶν καὶ ψευδῶν λόγων c), φασίν, ἐστὶν αὐτὴ

**ambulat, istud pronuntiatum "homo sedet" de hoc quidem dictum verum est, de illo autem falsum. non est igitur communis utrisque appellatio haec "homo" et una eademque ambobus, sed certe alia, utrique peculiaris.**

### CAP. XXI.

### De communibus accidentibus.

**228. Similia dici possunt et de communibus accidentibus; nam si unum et idem accidit Dioni et Theoni, nimirum videre, si ponamus interire quidem Dionem, superstitem autem esse Theonem et videre, aut visum Dionis qui interiit incorruptum manere dicent, quod rei evidentiae repugnat, aut eundem visum interiisse et non interiisse. quod est absurdum. non igitur Theonis visus idem est cum visu Dionis; ergo est diversus utrique peculiaris. nam si eadem accidit Dioni et Theoni respiratio, fieri non possit ut intra Theonem respiratio sit adhuc, intra Dionem esse desierit; atqui fieri potest, si hic obierit, ille sit superstes; non ergo eadem est. sed enim de his haec breviter dicta nunc sufficient.**

### CAP. XXII.

### De sophismatibus.

**229. Nec vero absurdum fuerit in disputatione de sophismatibus paulisper immorari, quoniam et ad haec solvenda necessariam esse dicunt dialecticam ii qui illam celebrant. nam si, inquiunt, per hanc verae et falsae argumentationes dignoscuntur, sunt autem etiam sophismata falsae argumen-**

---

b) ἄλλη ἄρα] ita retinui, licet in ms Vratislav. et hoc loco et paullo infra legeretur ἀλλ' εἰ ἄρα. [ἀλλ' ἰδία ἑκα.?]

[*) legebatur ἐπιστῆσαι]

c) τῶν τε ἀληθῶν καὶ ψευδῶν λόγων] huc facit definitio dialecticae P 119

*διαγνωστική, ψευδεῖς δὲ λόγοι καὶ τὰ σοφίσματα, καὶ τούτων*
*ἂν εἴη διακριτικὴ λυμαινομένων τὴν ἀλήθειαν φαινομέναις πι-*
*θανότησιν. ὅθεν ὡς βοηθοῦντες οἱ Διαλεκτικοὶ* d) *σαλεύοντι τῷ*
*βίῳ καὶ τὴν ἔννοιαν καὶ τὰς ἐπιφορὰς καὶ τὰς ἐπιλύσεις δὴ τῶν*
*σοφισμάτων μετὰ σπουδῆς ἡμᾶς πειρῶνται διδάσκειν, λέγοντες*
*σόφισμα εἶναι λόγον πιθανὸν καὶ δεδολιευμένον, ὥστε προσδέ-*
*ξασθαι τὴν ἐπιφορὰν ἤτοι ψευδῆ ἢ ὁμοιωμένην ψευδεῖ ἢ ἄδη-*
230 *λον ἢ ἄλλως ἀπρόσδεκτον. οἷον ψευδῆ μὲν ὡς ἐπὶ τοῦ σοφί-*
*σματος ἔχει "οὐδεὶς δίδωσι κατηγόρημα πίνειν· κατηγόρημα δέ*
*ἐστι τὸ ἀψίνθιον πιεῖν· οὐδεὶς ἄρα δίδωσιν ἀψίνθιον πιεῖν"·*
*ἔτι δὲ ὅμοιον ψευδεῖ ὡς ἐπὶ τούτου "ὃ μήτε ἐνεδέχετο μήτε ἐν-*
*δέχεται, τοῦτο οὐκ ἔστιν ἄτοπον* e)*· οὔτε δὲ ἐνεδέχετο οὔτε ἐν-*
231 *δέχεται τὸ "ἰατρὸς καθ' ὃ ἰατρός ἐστι, φονεύει". ἔτι δὲ ἄδη-*
*λον οὕτως "οὐχὶ καὶ ἠρώτηκά τί σε πρῶτον καὶ οὐχὶ οἱ ἀστέ-*
*ρες ἄρτιοί εἰσιν, ἠρώτηκα δέ τί σε πρῶτον, εἰ ἄρα ἀστέρες ἄρ-*
*τιοί εἰσιν". ἔτι δὲ ἀπρόσδεκτον ἄλλως, ὡς οἱ λεγόμενοι σολοι-*
*κίζοντες λόγοι οἷον "ὃ βλέπεις, ἔστι· βλέπεις δὲ φρενιτικόν,*
*ἔστιν ἄρα φρενιτικόν"* f)*. "ὃ ὁρᾷς, ἔστιν· ὁρᾷς δὲ φλεγμαίνοντα*
232 *τόπον, ἔστιν ἄρα φλεγμαίνοντα τόπον". εἶτα μέντοι καὶ τὰς*
*ἐπιλύσεις αὐτῶν ὁρᾶν ἤτοι παριστᾶν ἐπιχειροῦσι, λέγοντες ἐπὶ*
*μὲν τοῦ πρώτου σοφίσματος ὅτι ἄλλο διὰ τῶν λημμάτων συγκε-*
*χώρηται καὶ ἄλλο ἐπενήνεκται· συγκεχώρηται γὰρ τὸ "μὴ πίνε-*

**tationes, horum etiam esse possit diiudicativa, quae veritatem specie verisimilitudinis corrumpunt. unde Dialectici tamquam auxiliantes labanti vitae communi magno studio ad tradendum sophismatum notionem et differentias et solutiones incumbunt, dicentes sophisma esse argumentationem verisimilem et fraudulentam, quae recipiat conclusionem aut falsam aut similem falsae aut obscuram aut alio quovis modo non recipiendam. 230. falsam quidem, ut in hoc sophismate habes "nemo categorema bibendum exhibet, est autem categorema absinthium bibere, nemo igitur absinthium bibendum exhibet". falsae autem similem ut in hoc "quod neque fieri poterat nec fieri potest hoc non est absurdum, at neque fieri poterat neque potest ut medicus, quatenus est medicus, occidat. 231. obscuram vero ut in hoc "non et interrogavi aliquid primum et stellae pares non sunt numero: interrogavi autem te primum utrum stellae essent numero pares. aut alia quavis de causa non recipiendam, ut quae vocantur argumenta soloecissantia, ut "quod vides est, vides autem phreniticum, est igitur phreniticum" itidem, "quod vides est, vides autem inflammatum locum, est igitur inflammatum locum". 232. postea vero et solutiones eorum videre id est ostendere conantur, dicentes in primo quidem sophismate aliud per**

quae fuit supra sect. 94, quod sit *ἐπιστήμη ψευδῶν καὶ ἀληθῶν καὶ οὐδετέρων.* [pro *αὐτὴ* scribendum *αὕτη*]

*d*) *οἱ Διαλεκτικοὶ*] Stoicos innuit, ut aliis huius operis locis, quos deridens ait per suas de cavillationibus argutationes *σαλεύοντι τῷ βίῳ* succurrere voluisse, quasi sine illis necesse esset vitam humanam temere agi incertam et infelicem fluctuare.

*e*) *τοῦτο οὐκ ἔστι ἄτοπον*] hoc falsum sane videtur, sed quia Stoici negabant pronuntiatum ullum dari *ἄτοπον*, licet vera esse alia, alia falsa non diffiterentur, ideo ex illorum sententia, quod hoc argumento colligitur verum est, ut Sextus infra sect. 233 declarat.

*f*) *φρενιτικόν*] soloecismus pro *φρενιτικός*, ut mox *φλεγμαίνοντα τόπον* pro *φλεγμαίνων τόπος*.

σθαι κατηγόρημα", καὶ εἶναι κατηγόρημα τὸ ἀψίνθιον πίνειν,
οὐκ αὐτὸ τὸ ἀψίνθιον. διὸ δέον ἐπιφέρειν "οὐδεὶς ἄρα πίνει τὸ P 120
'ἀψίνθιον πίνειν'" ὅπερ ἐστὶν ἀληθὲς ἐπενήνεκται "οὐδεὶς ἄρα
ἀψίνθιον πίνει", ὅπερ ἐστὶν ψεῦδος, οὐ συναγόμενον ἐκ τῶν
συγκεχωρημένων λημμάτων. ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου, ὅτι δοκεῖ μὲν 233
ἐπὶ ψεῦδος ἀπάγειν [g]), ὡς ποιεῖν τοὺς ἀνεπιστάτους ὀκνεῖν αὐτῷ
συγκατατίθεσθαι, συνάγει δὲ ἀληθὲς τό "οὐκ ἄρα ἄτοπόν ἐστι [h])
τό 'ὁ ἰατρός, καθ᾽ ὃ ἰατρός ἐστι, φονεύει'". οὐδὲν γὰρ ἀξίωμα
ἄτοπόν ἐστιν [i]), ἀξίωμα δέ ἐστι [k]) τό "ἰατρός, καθ᾽ ὃ ἰατρός
ἐστι, φονεύει", διὸ οὐδὲ τοῦτο ἄτοπον. ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἄδηλον 234
ἐπαγωγὴ φασὶν ὅτι ἐκ τοῦ γένους τῶν μεταπιπτόντων ἐστί·
μηδενὸς γὰρ προηρωτημένου, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν, τὸ ἀποφατικὸν τῆς συμπλοκῆς ἀληθὲς γίνεται, ψευδοῦς τῆς συμπλοκῆς οὔσης, παρὰ τὸ ἐμπεπλέχθαι ψεῦδος τὸ "ἠρώτηκά τί σε πρῶτον" ἐν αὐτῇ. μετὰ δὲ τὸ ἐρωτηθῆναι τὸ ἀποφατικὸν τῆς συμπλοκῆς, τῆς προλήψεως ἀληθοῦς γινομένης, ἠρώτηκα δέ τί σε πρῶτον, (διὰ τὸ ἠρωτῆσθαι πρὸς τῆς προλήψεως [l]) τὸ ἀποφατικὸν τῆς συμπλοκῆς) ἡ τοῦ ἀποφατικοῦ τῆς συμπλοκῆς πρότασις γίνεται ψευδής, τοῦ ἐν τῷ συμπεπλεγμένῳ ψευδοῦς γενομένου ἀληθοῦς, ὡς μηδέποτε δύνασθαι συναχθῆναι τὸ συμπέ-

sumptiones esse concessum et aliud esse illatum. concessum est enim non bibi categorema et esse categorema absinthium bibere, non ipsum absinthium. itaque quum esset inferendum "nemo ergo bibit hoc ipsum, absinthium bibere" quod est verum illatum est "nullus ergo absinthium bibit", quod est falsum, nec colligitur ex concessis sumptionibus. 233. in secundo autem dicunt ipsum videri quidem ad falsum abducere, adeo ut qui non bene animadvertunt dubitent an illi assentiri debeant, colligere tamen verum, hoc videlicet "non ergo absurdum est illud 'medicus, quatenus est medicus, interficit'". nullum enim pronuntiatum absurdum est; pronuntiatum autem est hoc "medicus, quatenus est medicus, interficit". ergo ne hoc quidem est absurdum. 234. at vero in obscurum abductionem aiunt ex genere esse eorum quae pro statu variant. nam si nulla, ut supponebatur, interrogatio praecesserit, negatio connexi copulativi vera redditur, quum ipsum copulativum connexum sit falsum eo quod insertum sit ipsi falsum, hoc videlicet "interrogavi te aliquid"; ubi autem interrogatio de negativo connexi facta fuerit, quum assumptum verum reddatur, quod est "interrogavi autem te primum" eo quod de negatione copulativi connexi in assumpto interrogatio fuerit, negativa connexi copulativi propositio falsa redditur, postquam id quod in connexo copulativo falsum erat, verum factum est, eo ut numquam

---

g) ὅτι δοκεῖ μὲν ἐπὶ ψεῦδος ἀπάγειν] videtur enim falsum esse, ut dixi, si quis neget absurdum esse quod neque fieri potuit nec potest, vel si negetur esse absurdum, ut medicus quatenus medicus est occidat. P 120

h) οὐκ ἄρα ἄτοπόν ἐστι] falsum equidem est. nam ut medicus utique sanat aegrotum et morbo medetur, occidit autem vel ut rei medicae imperitus, vel ex malitia ut hostis et insidiator atque veneficus. at ἄτοπον hoc non est, quia est integrum pronuntiatum.

i) οὐδὲν γὰρ ἀξίωμα ἄτοπόν ἐστιν] pronuntiatum est quod affirmat aliquid vel negat. hoc si non faceret, ἄτοπον ad μοχθηρόν esset, sed ita nec ἀξίωμα sive pronuntiatum.

k) ἀξίωμα δέ ἐστι] est pronuntiatum, in cuius forma nihil habet Logicus quod desideret.

l) πρὸς τῆς προλήψεως] ita ms Savil. non, ut editi, πρό.

ρασμα, μὴ συνυπάρχοντος τοῦ ἀποφατικοῦ τῆς συμπλοκῆς τῇ
235 προσλήψει. τοὺς δὲ τελευταίους φασὶν ἔνθα[m]) τοὺς σολοικίζοντας λόγους ἀτόπως ἐπάγειν παρὰ τὴν συνήθειαν. τοιαῦτα μὲν οὖν τινες Διαλεκτικοί φασι περὶ σοφισμάτων (καὶ γὰρ ἄλλοι ἄλλα λέγουσιν)· ταῦτα δὲ τὰς μὲν τῶν εἰκαιοτέρων[n]) ἀκοὰς ἴσως δύναται γαργαλίζειν, περιττὰ δέ ἐστι καὶ μάτην αὐτοῖς πεπονημένα. καὶ τοῦτο δυνατὸν μὲν ἴσως καὶ ἀπὸ τῶν ἤδη λελεγμένων ἡμῖν ὁρᾶν· ὑπεμνήσαμεν γὰρ ὅτι μὴ δύναται τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος[o]) κατὰ τοὺς Διαλεκτικοὺς καταλαμβάνεσθαι, ποικίλως τε ἄλλως καὶ τῷ τὰ μαρτύρια τῆς συλλογιστικῆς δυνάμεως αὐτῶν τὴν ἀπόδειξιν[p]) καὶ τοὺς ἀναποδείκτους[q]) διατρέπεσθαι λόγους.
236 εἰς δὲ τὸν προκείμενον τόπον ἰδίως καὶ ἄλλα μὲν πολλὰ λέγειν ἔνεστιν, ὡς δὲ ἐν συντόμῳ νῦν τόδε λεκτέον. ὅσα μὲν σοφίσματα ἰδίως ἡ διαλεκτικὴ δύνασθαι δοκεῖ διελέγχειν, τούτων ἡ διάλυσις ἄχρηστός ἐστιν, ὅσων δὲ ἡ διάλυσις χρησιμεύει, ταῦτα ὁ μὲν
P 121 διαλεκτικὸς οὐκ ἂν διαλύσειεν, οἱ δὲ ἐν ἑκάστῃ τέχνῃ τὴν ἐπὶ
237 τῶν πραγμάτων παρακολούθησιν ἐσχηκότες. εὐθέως γοῦν, ἵνα ἑνὸς ἢ δευτέρου μνησθῶμεν παραδείγματος, ἐρωτηθέντος ἰατρῷ τοιούτου σοφίσματος "κατὰ τὰς νόσους ἐν ταῖς παρακμαῖς[r]) τήν τε ποικίλην δίαιταν καὶ τὸν οἶνον δοκιμαστέον· ἐπὶ πάσης δὲ τυπώσεως νόσου[s]) πρὸ τῆς πρώτης διατρίτου[t]) [πάντως] γίνεται παρακμή·

possit colligi conclusio, nisi negativa connexi copulativi simul sit assumpta. 235. ultimas autem e cavillationibus soloecissantes orationes aiunt absurde inferre praeter loquendi consuetudinem. talia quidem disserunt aliqui dialectici de sophismatibus (nam alii alia disputant); ea autem simplicium aures titillare fortasse possunt, sunt tamen supervacanea et vano labore excogitata. et hoc quidem vel ex iis quae iam dicta sunt possit fortassis animadverti. docuimus enim nec verum nec falsum posse secundum Dialecticos comprehendi, cum aliis variis modis, tum vero eversis orationibus indemonstrabilibus et demonstratione, quae sunt syllogisticae eorum facultatis testimonia. 236. tamen ad hunc locum peculiariter cum alia multa possunt afferri, tum vero hoc brevitati studentes dicendum habemus. quotquot quidem sophismata proprie a dialectica videntur posse refelli, horum solutio inutilis est; quorum autem solutio est utilis, haec nequaquam Dialecticus solvere possit, sed ii qui in unaquaque arte, rerum cognitionem versando in iis, adepti sunt. 237. iam enim, ut unum aut alterum exemplum ponamus, si propositum fuerit medico tale sophisma "in morborum remissionibus variam victus rationem et vini potum admittere oportet: at quum formatur quivis morbus, ante primos tres dies omnino fieri consuevit remis-

m) *ἔνθα*] ita recte mss pro *ἔνιοι*.
n) *εἰκαιοτέρων*] ms Vratislav. *οἰκειοτέρων*, minus bene.
o) *τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος*] supra sect. 80 seq.
p) *τὴν ἀπόδειξιν*] sect. 144 seq.
q) *τοὺς ἀναποδείκτους*] sect. 156 seq.
P 121 r) *ἐν ταῖς παρακμαῖς*] in *ἀκμῇ* morbi Hippocrates praecipit *λεπτοτάτῃ διαίτῃ χρέεσθαι*, Aphorismo 8. Hippocratem secutus Celsus 3 6 *neque inter magnos dolores neque increscente morbo tutum est, aegrum cibo impleri, sed ubi inclinata iam in melius valetudo est. ποικίλην δίαιταν* idem Celsus reddit *varios cibos*, nec male HStephanus *variam victus rationem.*
s) *ἐπὶ πάσης δὲ τυπώσεως νόσου*] *τύπωσιν* morbi medicorum natio appellat quando iam ille se formavit ad statas ordinatasque intensionum ac remissionum vices, ex quibus forma ratio ac *τύπος* morbi intelligitur. Galeno *ἐπιτάσεων καὶ ἀνέσεων τεταγμένη ἀνταπόδοσις.*
t) *πρὸ τῆς πρώτης διατρίτου*] ms Savil. addit *πάντως.* at Sextus infra:

*ἀναγκαῖον ἄρα πρὸ τῆς πρώτης διατρίτου τήν τε ποικίλην δίαι-
ταν καὶ τὸν οἶνον ὡς τὸ πολὺ παραλαμβάνειν", ὁ μὲν Διαλε-
κτικὸς οὐδὲν ἂν εἰπεῖν ἔχοι πρὸς διάλυσιν τοῦ λόγου καίτοι
χρησίμην οὖσαν, ὁ δὲ ἰατρὸς διαλύσεται τὸ σόφισμα, εἰδὼς ὅτι* 238
*παρακμὴν λέγεται διχῶς, ἥ τε τοῦ ὅλου νοσήματος καὶ ἡ ἑκά-
στης ἐπιτάσεως μερικῆς ἀπὸ τῆς ἀκμῆς ῥοπὴ πρὸς τὸ κρεῖσσον.
καὶ πρὸ μὲν τῆς πρώτης διατρίτου* [u]) *ὡς τὸ πολὺ γίνεται παρ-
ακμὴ ἡ τῆς ἐπιτάσεως τῆς μερικῆς· τὴν δὲ ποικίλην δίαιταν
οὐκ ἐν ταύτῃ δοκιμάζομεν, ἀλλ᾽ ἐν τῇ παρακμῇ τοῦ ὅλου νοσή-
ματος. ὅθεν καὶ διηρτῆσθαι* [x]) *λέξει τὰ λήμματα τοῦ λόγου,
ἑτέρας μὲν παρακμῆς ἐν τῷ προτέρῳ λήμματι λαμβανομένης,
τουτέστι τῆς τοῦ ὅλου πάθους, ἑτέρας δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ, τουτέστι
τῆς μερικῆς. πάλιν τε ἐπί τινος πυρέσσοντος κατὰ πύκνωσιν* 239
*ἐπιτεταμένην ἐρωτηθέντος τοῦ λόγου τοῦ τοιούτου "τὰ ἐναντία
τῶν ἐναντίων ἰάματά ἐστιν· ἐναντίον δὲ τῇ ὑποκειμένῃ πυρώσει
τὸ ψυχρόν· κατάλληλον ἄρα τῇ ὑποκειμένῃ πυρώσει τὸ ψυχρόν"
ὁ μὲν διαλεκτικὸς ἡσυχάσει, ὁ δὲ ἰατρὸς εἰδὼς τίνα μέν ἐστι* 210
*προηγουμένως προσεχῆ πάθη* [y]) *τίνα δὲ συμπτώματα τούτων,
ἐρεῖ μὴ ἐπὶ τῶν συμπτωμάτων προκόπτειν τὸν λόγον — ἀμέλει
γοῦν πρὸς τὴν ἐπίχυσιν τοῦ ψυχροῦ πλείονα γίνεσθαι συμβαίνειν
τὴν πύρωσιν — ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν προσεχῶν παθῶν. καὶ τὴν μὲν
στέγνωσιν εἶναι προσεχῆ, ἥτις οὐ τὴν πύκνωσιν ἀλλὰ τὸν χα-*

**sio; necesse est igitur ante primos tres dies et variam victus rationem et vinum ut plurimum assumere" dialecticus certe nihil quicquam habuerit, quod ad huius argumenti solutionem alioqui utilem afferat. 238. at medicus solvet hoc sophisma, quippe qui sciat "remissionem morbi" dici bifariam, videlicet et totius morbi et uniuscuiusque intensionis particularis a summo incremento propensionem in melius. atque ante primos quidem tres dies contingere ut plurimum particularis intensionis remissionem videmus; variam autem victus rationem in hac ipsa remissione non probamus, sed in totius morbi declinatione. unde et sumptiones argumenti de rebus plane diversis loqui dicet, quum in priori sumptione una remissio sumatur, ea nimirum quae totius morbi est, in posteriore autem altera, nimirum particularis. 239. itidem vero proposita huiusmodi quaestione de aliquo qui febri ardenti correptus fuerit oborta ex vehementi obstructione, videlicet "contraria contrariorum sunt remedia; frigida autem propositae inflammationi contraria est: consentanea ergo est propositae inflammationi frigida". Dialecticus quidem hic obmutescet, 240. at medicus, quum noverit qui sint morbi primario continentes, et quaenam ipsorum symptomata, respondebit quaestionem hanc de symptomatibus non esse (quum nimirum usu veniat ut affusa frigida ardor augeatur), sed de continentibus morbis; et obstructionem quidem esse ex horum numero, quae non condensationem sed modum aliquem quo la-**

---

non *πάντως*, sed *ὡς τὸ πολύ*. *διάτριτος* (scilicet *ἡμέρα*) est *dies* quaeque *tertia*.

*u*) *διατρίτου*] ita reposui e mss pro *διατρίτης*.

*x*) *διηρτῆσθαι*] non cohaerere, quod *συναρτήσει* sive connexioni opponitur de qua supra sect. 111.

*y*) *προσεχῆ πάθη*] ita medici appellant morbos ipsos mali causas primarias assiduasque quas a supervenientibus ac plerumque transitoriis accessionibus et symptomatibus distinguunt, illisque opponunt. Galenus in lexico: *προσέχει ἡ νοῦσος, ἀντὶ τοῦ παραμένει.* hinc *προσεχῆ πάθη* malui reddere *continentes* hoc est continenter incommodantes, quam cum HStephano *contiguas*, quod ab hoc loco est alienum.

λαστικὸν τρόπον τῆς ἐπιμελείας[z]) ἀπαιτεῖ, τὸ δὲ τῆς ἐπακολουθούσης θερμασίας οὐ προηγουμένως προσεχές· ὅθεν μηδὲ τὸ
241 κατάλληλον εἶναι δοκοῦν αὐτῇ. καὶ οὕτως μὲν ἐπὶ τοῖς σοφίσμασι τοῖς χρησίμως[a]) ἀπαιτοῦσι τὴν διάλυσιν, οὐδὲν ἕξει λέ-
P 122 γειν ὁ διαλεκτικός. ἐρωτήσας δὲ ἡμῖν[b]) τοιούτους λόγους "εἰ οὐχὶ καὶ καλὰ κέρατα ἔχεις καὶ κέρατα ἔχεις, κέρατα ἔχεις· οὐχὶ δὲ καλὰ κέρατα ἔχεις καὶ κέρατα ἔχεις[c]); κέρατα ἄρα ἔχεις".

**xetur obstructio postulet; at consequentem ardorem in febri non esse morbum primario continentem: unde nec frigidam videri esse illi accommodam. 241. atque ita in sophismatibus quorum solutio, quam poscunt, est utilis, non habebit quod dicat dialecticus: sed proposita nobis hac argumentatione "si non et pulchra cornua habes et cornua habes, cornua habes, pulchra autem cornua non habes et cornua habes, cornua igitur habes" vel hac**

---

z) *ἐπιμελείας*] ita mss pro *ἐπιμερείας*.

a) *χρησίμως*] ita recte mss pro *χρησίμοις*, neque enim sophismata ipsa *χρήσιμα* sunt, verum utilis eorum solutio.

P 122 b) *ἐρωτήσας δὲ ἡμῖν*] sic supra sect. 237 *ἐρωτηθέντος ἰατρῷ τοιούτου σοφίσματος*. etiam 1 Samuel. 22 13 *ἐρωτᾶν αὐτῷ*.

c) *καὶ κέρατα ἔχεις*] in editis plura verba exciderant, quae ex mss et interprete restitui, ratione ipsa sophismatis hoc etiam postulante, quod ab cornibus quae argumentum hoc ridiculum audienti vel legenti impingit, vocabatur *ceratine*, sive *κερατίς*, de quo Menagius ad Laërtium 2 108, 111. recte autem Diogenes Cynicus apud eundem Laërtium 6 38 tricas illiusmodi cavillationis nulla responsione accuratiore dialectica, sed solo sensu sive tactu explosit atque elusit. *πρὸς τὸν συλλογισάμενον ὅτι κέρατα ἔχει, ἁψάμενος τοῦ μετώπου, ἐγὼ μέν, ἔφη, οὐχ ὁρῶ.* nescio an veteres sophistae hac cavillatione texerint scomma quo maritis adulterarum solent vulgo illudere, atque *θαλάμους* perstringere *κεραϊζομένους*, ut Homeri verbo utar ex Iliad. χ 63, satis certe frequens olim et perantiquum, ut constat ex Lucilii epigrammate in *κερασφόρον γραμματικόν* p. 198 et 200 edit. Wechel. et Artemidoro lib. 2 Onirocritic. c. 12 *γυνή σου πορνεύει καὶ τὸ λεγόμενον κέρατά σοι ποιήσει.* quibus adde Acheloum (rivalem Herculis) tauri forma, de quo Ovidius:

Cornua flens legit rapidis Achelous in undis
truncaque limosa tempora mersit aqua.

Nicetas Choniates in Andronico Comneno lib. 2 p. 207 *τῶν παρ' αὐτοῦ θηρωμένων ἐλάφων τὰ κέρατα ὅσα δωδεκάδωρα ἦν καὶ εἶχόν τι θαύματος, ταῖς κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψῖσιν ἀνήρτα, διαμωκώμενος τὸ πολίτευμα καὶ διασύρων εἰς ἀκρασίαν τῶν γαμετῶν.* idem Alexium Comnenum Exangelum monitum refert lib. 2 p. 315 ne uxorem quam pro adultera repudiasset reciperet *ἐκείνοις τῶν ζῴων παραβαλλόμενος τοῖς ἐκκρούουσι μὲν ἐπὶ τῶν κροτάφων τὰ ἀμυντήρια, παροξυνομένοις δὲ οὐδαμῶς οὔτε μὴν τὸ κέρας ὁπλίζουσι κατὰ τῶν ἐπιθορνυμένων ἐν ὄψεσι ταῖς θηλείαις αὐτῶν.* Anonymus Bandurianus de originibus Constantinopolitanis, quem Michaëlem Psellum esse haud dubitant eruditi, c. 162 *νεώριον τὸ λεγόμενον κερατοεμβόλιον. ἐκεῖσε καμάρα χαλκὴ ἦν, καὶ ἵστατο ἄνωθεν αὐτῆς στήλη ἔχουσα ἐν τῇ κεφαλῇ κέρατα τέσσαρα. θαύματα δὲ ἐγένοντο ἐν αὐτῇ. εἴ τις γὰρ εἶχεν ἐν αὐτῷ ὑπόληψιν εἶναι κερατᾶς, ἐκεῖσε ἐπερχόμενος καὶ προσεγγίζων τῇ στήλῃ εὐθέως ἐγυρίζετο ἕως τρίτου· εἰ δὲ ἐκτὸς ὑπολήψεως ἦν, ἵστατο ἀσάλευτος ἡ στήλη. καὶ οὕτως ἠλέγχοντο οἱ κερατάδες.* Aegidius Menagius in Originibus Gallicis p. 220 huc etiam refert epigramma hoc Parmenionis p. 262 edit. Wechel. [9 5 t. 2 p. 320 Iacobs.]

*Ὅστις ἔσω πυροὺς καταλαμβάνει οὐκ ἀγοράζων*
*κείνου Ἀμαλθείας ἡ γυνή ἐστι κέρας.*

[locus hic Sexti valde corruptus est.]

“εἰ [*]) κινεῖταί τι [d]), ἤτοι ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ κινεῖται, ἢ ἐν ᾧ οὐκ 242
ἔστιν· οὔτε δὲ ἐν ᾧ ἐστι — μένει γάρ — οὔτε δὲ ἐν ᾧ μή ἐστι. —
πῶς γὰρ ἂν ἐνεργοίη τι ἐν ἐκείνῳ, ἐν ᾧ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐστίν; —
οὐκ ἄρα κινεῖταί τι”. ἤτοι “τὸ ὂν γίνεται [e]), ἢ τὸ μὴ ὄν. τὸ 243
μὲν οὖν ὂν οὐ γίνεται — ἐστὶ γάρ — ἀλλ’ οὐδὲ τὸ μὴ ὄν. τὸ μὲν
γὰρ γινόμενον πάσχει τι, τὸ δὲ μὴ ὂν οὐ πάσχει· οὐδὲν ἄρα
γίνεται”. “ἡ χιὼν [**]) ὕδωρ ἐστὶ πεπηγός [f])· μέλαν δὲ τὸ ὕδωρ 244
ἐστί· μέλαινα ἄρα ἐστὶν ἡ χιών” καὶ τοιούτους τινὰς ἀθροίσας
ὕθλους [g]) συνάγει τὰς ὀφρῦς καὶ προχειρίζεται τὴν διαλεκτικὴν
καὶ πάνυ σεμνῶς ἐπιχειρεῖ κατασκευάζειν ἡμῖν δι’ ἀποδείξεων
συλλογιστικῶν, ὅτι γίνεταί τι καὶ ὅτι κινεῖταί τι καὶ ὅτι ἡ χιών
ἐστι λευκὴ καὶ ὅτι κέρατα οὐκ ἔχομεν, καίτοι γε ἀρκοῦντος ἴσως
τοῦ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῖς ἀντιτιθέναι πρὸς τὸ θραύεσθαι τὴν
διαβεβαιωτικὴν θέσιν αὐτῶν, διὰ τῆς ἐκ τῶν διαφαινομένων
ἰσοσθενοῦς αὐτῶν ἀντιμαρτυρήσεως. ταῦτά τοι καὶ ἐρωτηθεὶς
φιλόσοφος [h]) τὸν κατὰ τῆς κινήσεως λόγον σιωπῶν περιεπάτησεν. καὶ οἱ κατὰ τὸν βίον ἄνθρωποι πεζάς τε καὶ διαποντίους στέλλονται πορείας κατασκευάζουσί τε ναῦς καὶ οἰκίας καὶ παι-

**242.** “si quid movetur, aut in loco in quo est movetur aut in quo non est, atqui nec in quo est, maneret enim, nec in quo non est; quomodo enim aliquid agat in illo in quo omnino non est? non ergo movetur quicquam” vel hac **243.** “aut quod est, fit, aut quod non est, at vero quod est, non fit, est enim, sed neque id quod non est; nam quod fit, aliquid patitur, quod autem non est, non patitur, nihil ergo fit” vel hac **244.** “nix aqua est concreta, nigra autem est aqua, nigra ergo est nix” atque huiusmodi quasdam nugas accumulans contrahit supercilia et dialecticam obtendit magnoque cum fastu nititur astruere nobis per demonstrationes syllogisticas, fieri aliquid et moveri aliquid et nivem esse albam et nos cornua non habere, quum alioqui satis esset evidentiam rei illis opponere ad ea, quae ita asseveranter ab illis ponuntur infringenda, contrario ex rebus evidentibus restimonio, illis haud minorem vim utique habente. ideoque quum proposita esset philosopho oratio motum negans, tacitus ambulare coepit. et in vita communi homines terras et maria permeant fabricantque naves et

---

[*) ἢ “εἰ?]

*d*) *εἰ κινεῖταί τι*] Zenonis Eleatae hoc argumentum, quod una cum aliis eius quibus motum dari negabat cavillationibus refellit Diogenes Cynicus surgendo et ambulando, ut praeter alios narrat Simplicius ad 6 Physicorum Aristotelis p. 136 b et noster infra sect. 244 et lib. 3 cap. 8. etiam Diodorus Cronus eadem cavillatione adversus motum usus, ut colligas ex iis quae mox sect. 245 narrantur, et diserte traditur lib. adversus Grammaticos p. 286.

*e*) *ἤτοι τὸ ὂν γίνεται*] eiusdem Zenonis sophisma, quo negabat quicquam generari, sed quicquid sit esse aeternum. de qua eius opinione vide si placet Aristotelis librum de dogmatibus Zenonis Xenophanis et Gorgiae, primum enim caput Zenonem alterum spectat Xenophanem, licet in editionibus contra est.

[**) ἢ “ἡ χ.?]

*f*) *ἡ χιὼν ὕδωρ ἐστὶ πεπηγός*] Anaxagorae haec cavillatio, de qua dictum ad lib. 1 sect. 33.

*g*) *τοιούτους τινὰς ἀθροίσας ὕθλους*] vanitatem studii quod nodis eiuscemodi nectendis dissolvendisque impenditur satis agnoverunt ex Stoicis ipsis quibus cor sapiebat, Marcus Antoninus Arrianus Seneca, quem postremum si placet vide epist. 45 et 82.

*h*) *φιλόσοφος*] Diogenes Cynicus, Laërt. 7 39.

δοποιοῦνται, τῶν κατὰ τῆς κινήσεως καὶ γενέσεως ἀμελοῦντες λό-
245 γων. φέρεται δὲ καὶ Ἡροφίλου τοῦ ἰατροῦ[i]) χάριεν ἀπομνημό-
P 123 νευμα (συνεχρόνισε γὰρ οὗτος Διοδώρῳ[k]), ὃς ἐν ἀπειροκάλῳ τῇ
διαλεκτικῇ[l]) λόγους διεξῄει σοφιστικοὺς κατά τε ἄλλων πολλῶν
καὶ τῆς κινήσεως) ὡς οὖν ἐκβαλών ποτε ὦμον ὁ Διόδωρος ἧκε
θεραπευθησόμενος ὡς Ἡρόφιλον, ἐχαριεντίσατο ἐκεῖνος πρὸς αὐ-
τὸν λέγων "ἤτοι ἐν ᾧ ἦν τόπῳ ὁ ὦμος ὢν ἐκπέπτωκεν, ἢ ἐν ᾧ
οὐκ ἦν· οὔτε δὲ ἐν ᾧ ἦν οὔτε ἐν ᾧ οὐκ ἦν· οὐκ ἄρα ἐκπέ-
πτωκεν" ὡς τὸν σοφιστὴν λιπαρεῖν ἐᾶν μὲν τοὺς τοιούτους λό-
γους, τὴν δὲ ἐξ ἰατρικῆς ἁρμόζουσαν αὐτῷ προσάγειν θεραπείαν·
246 ἀρκεῖ γὰρ οἶμαι τὸ ἐμπείρως τε καὶ ἀδοξάστως κατὰ τὰς κοι-
νὰς τηρήσεις τε καὶ προλήψεις βιοῦν, περὶ τῶν ἐκ δογματικῆς
περιεργίας καὶ μάλιστα ἔξω τῆς βιωτικῆς χρείας λεγομένων ἐπ-
έχοντας. εἰ οὖν ὅσα μὲν εὐχρήστως ἂν ἐπιλυθείη, ταῦτα οὐκ ἂν
διαλύσαιτο ἡ διαλεκτική, ὅσα δὲ ἐπιλύεσθαι δοίη τις ἂν ἴσως
ὑπ' αὐτῆς σοφίσματα, τούτων ἡ διάλυσις ἄχρηστός ἐστιν, ἄχρη-
247 στός ἐστι κατὰ τὴν ἐπίλυσιν τῶν σοφισμάτων ἡ διαλεκτική. καὶ

domos et procreant liberos, de cavillationibus quae sunt adversus motum et generationem nihil soliciti. 245. fertur etiam Herophili medici festivum apophthegma (vixit enim hic tempore Diodori, qui in inepta dialectica sua argumentationes sophisticas exposuit, cum adversus alia multa tum vero adversus motum), quum enim luxato aliquando humero venisset ad Herophilum Diodorus ut curaretur, facete eum irrisit dicens "aut in quo erat loco humerus existens excidit, aut in quo non erat; at neque in quo erat, nec in quo non erat, non ergo excidit"; adeo ut precaretur sophista eum, ut omissis iis cavillationibus adhiberet ei congruens ex arte medica remedium. 246. sufficit itaque ut arbitror cum experientia usu parta et ita ut dogma nullum statuamus secundum communes observationes et praeoccupatas in animis hominum opiniones vitam degere, de iis vero quae ex dogmatica curiositate dicuntur et nullam quidem vitae communi utilitatem afferunt, assensum retinere. si ergo quaecumque sophismata soluta fructum afferrent, ea solvere non possit Dialectica, at quaecumque ab ea posse solvi concedat aliquis, horum inutilis est solutio, inutilis est in solvendis sophismatis

---

P 123 i) Ἡροφίλου τοῦ ἰατροῦ] Herophilus Praxagorae Coi discipulus, medicus et anatomicus celeberrimus, nec minus Dialectices peritus, unde Dialecticus vocatur a Galeno t. 4 p. 364 edit. Graecae Basil.

k) συνεχρόνισε γὰρ οὗτος Διοδώρῳ] Diodorus Cronus Dialecticus attigit tempora Aristotelis Stilponis Cynicorumque Cratetis et Diogenis et Stoicorum principis Zenonis Citiei, clarus circa olympiadem 110, unde constat etiam de Herophili aetate. de utroque Herophilo ac Diodoro dixi in Bibliotheca Graeca. fallitur autem praeclarus Vossius, qui Mich. Neandrum secutus Herophilum longe antiquiorem facit et ad Phalaridis aetatem removet, libro de Philosophia, cap. 11 §. 11. Vossii errorem secutus Harduinus ad Plinium t. 1 p. 115.

l) ἐν ἀπειροκάλῳ τῇ διαλεκτικῇ] in Diodori Croni Dialectica, quam ob tricas subtiles nugasque *ἀπειρόκαλον* minimeque bellam et elegantem Sextus appellat, haec eius cavillatio exstabat, qua infitiabatur ille quicquam moveri: *quicquid movetur aut movetur in loco quo est, aut in quo non est; at neque in eo in quo est, manet enim, neque in eo in quo non est; in quo enim non est in illo non potest moveri: nihil itaque movetur.* vide supra sect. 242 et lib. contra Grammaticos sect. 311 et lib. 2 adversus Log. sect. 333. lepide itaque prorsus Herophilus simili sophismate Diodorum delusit luxato humero et de sede sua moto medelam quaerentem.

ἀπ' αὐτῶν δὲ τῶν παρὰ τοῖς Διαλεκτικοῖς λεγομένων ὁρμώμενός
τις οὕτως ἂν συντόμως ὑπομνήσειε περιττὰ εἶναι τὰ περὶ τῶν
σοφισμάτων παρ' αὐτοῖς δὴ τεχνολογούμενα. ἐπὶ τὴν τέχνην τὴν
Διαλεκτικήν φασιν ὡρμηκέναι οἱ Διαλεκτικοί, οὐχ ἁπλῶς ὑπὲρ
τοῦ γνῶναι τί ἐκ τίνος συνάγεται, ἀλλὰ προηγουμένως ὑπὲρ τοῦ
δι' ἀποδεικτικῶν λόγων τὰ ἀληθῆ καὶ τὰ ψευδῆ κρίνειν ἐπίστα-
σθαι· λέγουσιν οὖν εἶναι τὴν Διαλεκτικὴν ἐπιστήμην ἀληθῶν
καὶ ψευδῶν καὶ οὐδετέρων [m]). ἐπεὶ τοίνυν αὐτοί φασιν ἀληθῆ 248
λόγον εἶναι τὸν δι' ἀληθῶν λημμάτων ἀληθὲς συνάγοντα συμ-
πέρασμα, ἅμα τῷ ἐρωτηθῆναι λόγον ψεῦδος ἔχοντα τὸ συμπέ-
ρασμα, εἰσόμεθα ὅτι ψευδής ἐστιν [n]) καὶ οὐ συγκαταθησόμεθα
αὐτῷ· ἀνάγκη γὰρ καὶ αὐτὸν τὸν λόγον ἤτοι μὴ εἶναι συνακτι-
κόν, ἢ μηδὲ τὰ λήμματα ἔχειν ἀληθῆ. καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῶνδε· 249
ἤτοι ἀκολουθεῖ τὸ ἐν τῷ λόγῳ ψευδὲς συμπέρασμα τῇ διὰ τῶν
λημμάτων αὐτοῦ συμπλοκῇ ἢ οὐκ ἀκολουθεῖ. ἀλλ' εἰ μὲν οὐκ
ἀκολουθεῖ, οὐδὲ συνακτικὸς λόγος ἔσται· λέγουσι γὰρ [o]) συνακτι- P 124
κὸν γίνεσθαι λόγον ὅταν ἀκολουθῇ τῇ διὰ τῶν λημμάτων αὐτοῦ
συμπλοκῇ τὸ ἐν αὐτῷ συμπέρασμα. εἰ δὲ ἀκολουθεῖ, ἀνάγκη καὶ
τὴν διὰ τῶν λημμάτων συμπλοκὴν εἶναι ψευδῆ κατὰ τὰς αὐτῶν
ἐκείνων τεχνολογίας. φασὶ γὰρ ὅτι τὸ ψεῦδος ψευδεῖ μὲν ἀκο-
λουθεῖ, ἀληθεῖ δὲ οὐδαμῶς. ὅτι δὲ ὁ μὴ συνακτικὸς ἢ μὴ ἀλη- 250
θὴς λόγος κατὰ αὐτοὺς οὐδὲ ἀποδεικτικός ἐστιν δῆλον ἐκ τῶν
ἔμπροσθεν εἰρημένων [p]). εἰ τοίνυν ἐρωτηθέντος λόγου, ἐν ᾧ ψεῦ-
δός ἐστι τὸ συμπέρασμα, αὐτόθεν γινώσκομεν ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλη-

**Dialectica. 247. quin etiam si quis iis quae Dialectici dicunt instructus prodeat, ita paucis docere possit artem, quae ab illis de sophismatibus traditur, esse supervacaneam. contulerunt se Dialectici, ut inquiunt, ad Dialecticam, non tantum ut discerent quid ex quo colligatur, sed hoc inprimis propositum sibi habentes, ut per demonstrativas orationes vera et falsa diiudicare scirent, unde dicunt Dialecticam esse verorum et falsorum et neutrorum scientiam. 248. quum igitur ipsi veram esse argumentationem dicant quae per veras sumptiones veram conclusionem colligat, simul atque nobis obiectum fuerit argumentum quod falsam habeat conclusionem, sciemus falsum illud esse, ideoque ei non assentiemur; necesse est enim ipsum etiam argumentum aut colligendi vim non habere, aut ne sumptiones quidem habere veras. quod ex his perspicuum est: 249. aut falsa conclusio in argumento consequitur sumptionum illius connexionem, aut non consequitur. sed si quidem non consequitur, ne colligendi quidem vim habebit argumentum; dicunt enim hoc vi illa pollere, in quo conclusio sequitur connexionem sumptionum. sin autem consequitur, necesse est etiam connexionem sumptionum eius esse falsam secundum ipsorum artis praecepta. aiunt enim ex falso quidem consequi falsum, ex vero autem nequaquam. 250. quod autem oratio quae neque colligendi vim habet neque vera est, secundum eos ne demonstrabilis quidem sit, ex supra dictis perspicuum est. si ergo proposito argumento in quo falsa sit conclusio, ex hoc ipso non esse verum nec col-**

---

m) *ἐπιστήμην ἀληθῶν καὶ ψευδῶν καὶ οὐδετέρων*] supra sect. 94 et adversus Ethicos. *οὐδετέρων* pro *οὐθ' ἑτέρων* reposui iubentibus etiam mss.

n) *εἰσόμεθα ὅτι ψευδής ἐστιν*] similiter eludentem sophismata Diogenem Cynicum vide si placet in AGellii noctibus Atticis 18 13.

o) *λέγουσι γὰρ*] supra sect. 137. P 124

p) *ἐκ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων*] sect. 139 seq.

θὴς οὐδὲ συνακτικὸς ὁ λόγος ἐκ τοῦ συμπέρασμα ἔχειν ψευδές, οὐ συγκαταθησόμεθα αὐτῷ, κἂν μὴ γινώσκωμεν παρὰ τί τὸ ἀπατηλὸν ἔχει. ὥσπερ γὰρ οὐδ᾽ ὅτι ἀληθῆ ἐστι τὰ ὑπὸ τῶν ψηφοπαικτῶν [q]) γινόμενα συγκατατιθέμεθα, ἀλλ᾽ ἴσμεν ὅτι ἀπατῶσι κἂν μὴ γινώσκωμεν ὅπως ἀπατῶσιν, οὕτως οὐδὲ τοῖς ψευδέσι μὲν πιθανοῖς δὲ εἶναι δοκοῦσι λόγοις πειθόμεθα κἂν μὴ
251 γινώσκωμεν ὅπως παραλογίζονται [r]). ἢ ἐπεὶ οὐ μόνον ἐπὶ ψεῦδος ἀπάγειν [s]) τοῖς σοφίσμασιν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἄλλας ἀτοπίας, κοινότερον οὕτω συνερωτητέον "ὁ ἐρωτώμενος λόγος ἤτοι ἐπί τι ἀπρόσδεκτον ἡμᾶς ἄγει ἢ ἐπί τι τοιοῦτον, ὡς χρῆναι αὐτὸ προσδέχεσθαι. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἐπὶ τὸ δεύτερον [t]), οὐκ ἀτόπως αὐτῷ συγκαταθησόμεθα· εἰ δὲ ἐπί τι ἀπρόσδεκτον, οὐχ ἡμᾶς τῇ ἀτοπίᾳ δεήσει συγκατατίθεσθαι προπετῶς διὰ τὴν πιθανότητα, ἀλλ᾽ ἐκείνους ἀφίστασθαι τοῦ λόγου τοῦ τοῖς ἀτόποις ἀναγκάζοντος συγκατατίθεσθαι, εἴ γε μὴ ληρεῖν παιδαριωδῶς ἀλλὰ τἀληθῆ ζητεῖν,

ligendi vim habere cognoscimus, ex eo quod conclusionem habeat falsam, non assentiemur ei, etiamsi unde habeat fallaciam non agnoscamus. quemadmodum enim ne ea quidem quae a praestigiatoribus fiunt vera esse assentimur, sed scimus eos fallere, etiamsi non cognoscamus quomodo fallant, ita nec argumentis falsis quidem, sed quae tamen verisimilia esse videntur, fidem habemus, etiamsi non cognoscamus quomodo captiosa sint. 251. aut quoniam non tantum inest hoc sophismatis ut ad falsum abducant, sed ut ad alias etiam demittant absurditates, ita generalius est adversus ea argumentandum: argumentum quod proponitur aut ad aliquid non admittendum nos adducit, aut ad aliquid tale ut admittere illud oporteat; si ad secundum, non absurdum nos ei assentiri fuerit, sin ad aliquid quod non sit admittendum, nos non absurditati assentiri temere propter verisimilitudinem, sed illos abscedere ab argumento, quod absurdis assentiri cogit, oportebit, si

q) *ψηφοπαικτῶν*] horum mentio etiam libro contra Rhetoras 39 *καθάπερ γὰρ οἱ ψηφοπαῖκται τὰς τῶν θεωμένων ὄψεις δι᾽ ὀξυχειρίαν κλέπτουσιν.* Athenaeus *ψηφοκλέπτας* appellat, Suidas *ψηφολόγους.* recentiori aetate praestigiator eiusmodi dictus *ψηφᾶς* apud Graecos, Latinis *calculator.* vide Cangii glossaria et Casaubonum ad Athenaeum lib. 1 cap. 15 et lib. 4 c. 1. non alii sunt de quibus Quintilianus 10 Institut. Orator. c. 7 *constant miracula illa in scenis pilariorum ac ventilatorum.* videnturque dicti *pilarii* ut *calculatores* quod *pilas* vel *calculos* quos *ψήφους* Graeci appellant possent sollerti celeritate oculis spectantium subducere, atque ut est apud Themistium in 3 Physic. p. 36 *τὰ φώρια μετασχηματίζειν.* Seneca Epist. 45 sophismata Dialecticorum et ipse conferens cum ludicra arte *ψηφοπαικτῶν* *sic ista* inquit *sine noxa decipiunt, quomodo praestigiatorum acetabula et calculi, in quibus me fallacia ipsa delectat.* pilariorum vocabulum occurrit etiam in veteri inscriptione apud Raphaëlem Fabrettum p. 250. *saccularios* alii appellant a sacculis in quibus calculos illos vel pilas habent, vide Gisb. Voëtium in volumine tertio Dispp. selectarum p. 542 seq. Thomam Campanellam libro de sensu rerum p. 278 seq. et Casaubonum ad Theophrasti characteres p. 204 et in Casaubonianis p. 52, ubi varia genera *θαυματοποιῶν* perstringit.

r) *παραλογίζονται*] ita mss pro *παραλογίζωνται*, et paullo ante, *τοῖς ψευδέσι, μὴ πιθανοῖς δέ*, pro *τοῖς ψευδέσι μέν, πιθανοῖς δέ.*

s) *ἀπάγειν*] deesse videtur verbum, quod in nullo codice cum repererim, nolui ex ingenio supplere, licet in promtu fuerit ex HStephani versione scribere *ἀπάγειν ἔνεστιν*, vel *εἰώθασι*, vel etiam *ἀπάγουσιν* legere pro *ἀπάγειν* quod prae caeteris placet.

t) *ἐπὶ τὸ δεύτερον*] in mss deest *ἐπί*, et salvo sensu potest abesse.

ὡς ὑπισχνοῦνται, προῄρηνται. ὥσπερ γὰρ εἰ ὁδὸς εἴη ἐπί τινα 252
κρημνὸν φέρουσα, οὐκ ὠθοῦμεν αὑτοὺς εἰς τὸν κρημνόν, διὰ τὸ
ὁδόν τινα εἶναι φέρουσαν ἐπ' αὐτόν, ἀλλ' ἀφιστάμεθα τῆς ὁδοῦ
διὰ τὸν κρημνόν, οὕτω καὶ εἰ ὁ λόγος εἴη ἐπί τι ὁμολογουμέ-
νως ἄτοπον ἡμᾶς ἀπάγων, οὐχὶ τῷ ἀτόπῳ συγκαταθησόμεθα
διὰ τὸν λόγον, ἀλλ' ἀποστησόμεθα τοῦ λόγου διὰ τὴν ἀτοπίαν. P 125
ὅταν οὖν οὕτως ἡμῖν συνερωτᾶται λόγος, καθ' ἑκάστην πρό- 253
τασιν ἐφέξομεν, εἶτα τοῦ ὅλου συνερωτηθέντος λόγου τὰ δοκοῦντα
ἐπάξομεν. καὶ εἴ γε οἱ περὶ τὸν Χρύσιππον Δογματικοὶ[u]) ἐν τῇ
συνερωτήσει τοῦ σωρείτου[x]) προϊόντος τοῦ λόγου φασὶ δεῖν
ἵστασθαι[y]) καὶ ἐπέχειν, ἵνα μὴ ἐκπέσωσιν εἰς ἀτοπίαν, πολὺ
δήπου μᾶλλον ἂν ἡμῖν ἁρμόζον εἴη Σκεπτικοῖς οὖσιν ὑπο-
πτεύουσιν ἀτοπίαν[z]) μὴ προσπίπτειν κατὰ τὰς συνερωτήσεις τῶν
λημμάτων, ἀλλ' ἐπέχειν καθ' ἕκαστον, ἕως τῆς ὅλης συνερω-
τήσεως τοῦ λόγου. καὶ ἡμεῖς μὲν ἀδοξάστως ἀπὸ τῆς βιωτικῆς 254
τηρήσεως ὁρμώμενοι τοὺς ἀπατηλοὺς οὕτως ἐκκλίνομεν λόγους,

modo non nugari pueriliter sed vera inquirere, ut pollicentur, instituerunt. 252. quemadmodum enim si via sit quae ad aliquod praecipitium ducat, non protrudimus nos in illud praecipitium, eo quod via sit aliqua quae ducit ad ipsum, sed a via illa recedimus propter praecipitium, eodem modo si argumentum sit aliquod quod nos abducat ad aliquid quod absurdum esse constet, non assentiemur absurdo propter illud argumentum, sed illud propter absurditatem omittemus. 253. quum igitur ita nobis obiicietur argumentum, ad unamquamque propositionem assensum retinebimus, deinde toto argumento prolato ea, quae visa nobis fuerint, obiiciemus. nam si Chrysippei Dogmatici proposito sorite aiunt progrediente oratione esse subsistendum et assensum retinendum, ne in absurditatem incidant, nos certe, qui scepticam sectam profitemur et absurditatem suspicamur, multo magis deceat cavere ne impingamus per rogationes sumptionum, ac potius in unaquaque assensum retinere usque ad totius argumenti propositionem. 254. et nos quidem citra ullum dogma iis quae in vita communi observavimus prodeuntes instructi, fallacias sophismatum ita

---

u) οἱ περὶ τὸν Χρύσιππον Δογματικοὶ] vide Casaubonum ad illud P 125
Persii sat. 6 vers. ult.

inventus Chrysippe tui finitor acervi.

x) συνερωτήσει τοῦ σωρείτου] cum duplex esset sorites sophisticus Chrysippi *struens ruensque;* in utroque per continuas interrogationes id agebatur, ut in absurditatem paullatim incideret qui in respondendo sibi non caveret. hinc *captiosissimum genus interrogationis* vocat Cicero in Lucullo c. 16, *quod genus minime in philosophia probari solet, cum aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur. soritas hos vocant, qui acervum efficiunt uno addito grano.* ab acervo tritici nomen esse huic soriti docet idem cap. 29, quod interrogaret nempe, utrum acervus adhuc sit, si unum granum dematur, atque iterum unum et ita porro, donec nihil reliquum maneat, atque vicissim quandonam fiat acervus, num ad granum apposito uno grano, an duobus tribus quattuor. confer lib. 1 adversus Logicos sect. 416 seq. et Simplicium in 8 Physicorum p. 271.

y) φασὶ δεῖν ἵστασθαι] idem Cicero capite laudato 29 *placet Chrysippo, cum gradatim interrogetur verbi causa, tria pauca sint anne multa, aliquanto prius quam ad multa perveniat quiescere, id est quod ab iis dicitur ἡσυχάζειν.* hunc λόγον ἡσυχάζοντα singulari libro exposuit Chrysippus quemadmodum de sorite sive περὶ τοῦ παρὰ μικρὸν λόγου pluribus tractaverat libris. vide Menagium ad Laërtii 7 197.

z) ἀτοπίαν] ita recte mss pro ἀτοπίας.

*οἱ Δογματικοὶ δὲ ἀδυνάτως ἕξουσι διακρῖναι τὸ σόφισμα ἀπὸ
τοῦ δεόντως δοκοῦντος ἐρωτᾶσθαι λόγου, εἴ γε χρὴ δογματικῶς
αὐτοὺς ἐπικρῖναι καὶ ὅτι συνακτικόν ἐστι τὸ σχῆμα τοῦ λόγου
255 καὶ ὅτι τὰ λήμματά ἐστιν ἀληθῆ, ἢ οὐχ οὕτως ἔχει. ὑπεμνή-
σαμεν γὰρ ἔμπροσθεν ὅτι οὔτε τοὺς συνακτικοὺς λόγους[a]) δύ-
νανται καταλαμβάνειν οὔτε ἀληθὲς[b]) εἶναί τι κρίνειν οἷοί τέ εἰσι,
μήτε κριτήριον[c]) μήτε ἀπόδειξιν[d]) ὁμολογουμένως ἔχοντες, ὡς
ἐκ τῶν λεγομένων ὑπ᾽ αὐτῶν ἐκείνων ὑπεμνήσαμεν. παρέλκει
οὖν ὅσον ἐπὶ τούτοις ἡ θρυλουμένη παρὰ τοῖς Διαλεκτικοῖς περὶ
τῶν σοφισμάτων τεχνολογία.*

## *ΚΕΦ. κγ'.*
## *Περὶ ἀμφιβολιῶν.*

256 *Παραπλήσια δὲ καὶ ἐπὶ τῆς διαστολῆς τῶν ἀμφιβολιῶν λέ-
γομεν. εἰ γὰρ ἡ ἀμφιβολία[e]) λέξις ἐστὶ δύο καὶ πλείω σημαί-
νουσα, καὶ αἱ λέξεις σημαίνουσι θέσει[f]), ὅσας μὲν χρήσιμόν
ἐστιν ἀμφιβολίας διαλύεσθαι, τουτ᾽ ἔστι τὰς ἔν τινι τῶν ἐμ-
πειριῶν[g]), ταύτας οἱ καθ᾽ ἑκάστην τέχνην ἐγγεγυμνασμένοι δια-
λύσονται τὴν ἐμπειρίαν ἔχοντες αὐτοὶ τῆς ὑπ᾽ αὐτῶν πεποιημέ-
P 126 νης θετικῆς χρήσεως τῶν ὀνομάτων κατὰ τῶν σημαινομένων, ὁ
257 δὲ διαλεκτικὸς οὐδαμῶς, οἷον ὡς ἐπὶ ταύτης τῆς ἀμφιβολίας
"ἐν ταῖς παρακμαῖς[h]) τὴν ποικίλην δίαιταν καὶ τὸν οἶνον δοκι-*

vitamus. at vero Dogmatici nequaquam poterunt sophisma diiudicare ab argumento quod recte se habere videtur, si quidem illi dogmatice diiudicare cogantur an colligendi vim habens sit argumenti forma et sumptiones sint verae, an neutrum horum. 255. docuimus enim antea neque posse ab illis argumentorum vim colligendi habentium rationes comprehendi, neque verum ulla in re diiudicari, quippe qui nec diiudicatorium nec demonstrationem, de quibus constet, habeant, ut ex eorum ipsorum verbis ostendimus. supervacaneae igitur sunt, si haec spectes, illae de sophismatis artificiosae formulae, quas tantopere celebrant Dialectici.

## CAP. XXIII.
## De ambiguitatibus.

256. Similia his etiam de distinguendis amphiboliis dicimus. si enim ambiguitas est vocabulum duo aut plura significans et vocabula positione significant, illas quidem ambiguitates quascumque est distinguere operae pretium, nimirum quae in aliqua experientia consistunt, qui in unaquaque arte sunt exercitati distinguent, quum experientiam habeant ipsi usus positivi vocabulorum quem rebus quae significantur, fecerunt, at dialecticus minime; 257. ut in hac ambiguitate "in morborum remissionibus varia victus ratio repudianda non est". quin etiam in vita communi vel ipsos pueros di-

a) *οὔτε τοὺς συνακτικοὺς λόγους*] sect. 145 seq. huius libri.
b) *οὔτε ἀληθὲς*] sect. 80 seq.
c) *μήτε κριτήριον*] sect. 18 seq.
d) *μήτε ἀπόδειξιν*] sect. 144 seq.
e) *ἡ ἀμφιβολία*] Laërtius 7 62 in Zenone: *ἀμφιβολία ἐστὶ λέξις δύο ἢ καὶ πλείονα πράγματα σημαίνουσα λεκτικῶς καὶ κυρίως καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἔθνος.*
f) *αἱ λέξεις σημαίνουσι θέσει*] supra sect. 214.
g) *ἔν τινι τῶν ἐμπειριῶν*] infra sect. 258 *ἔν τινι τῶν βιωτικῶν ἐμπειριῶν.*
P 126 h) *ἐν ταῖς παρακμαῖς*] sect. 237.

μαστέον". ἤδη δὲ καὶ κατὰ τὸν βίον ἄχρι καὶ τοὺς παῖδας ὁρῶμεν διαστελλομένους ἀμφιβολίας, ὧν ἡ διαστολὴ χρησιμεύειν αὐτοῖς δοκεῖ. εἰ γοῦν τις ὁμωνύμους οἰκέτας ἔχων κελεύοι παιδίον κληθῆναι αὐτῷ τὸν Μάνην[i]), εἰ τύχοι (τοῦτο γὰρ τοὔνομα τοῖς οἰκέταις ἔστω κοινὸν), πεύσεται ὁ παῖς "ποῖον"; καὶ εἰ πλείονας καὶ διαφόρους τις οἴνους ἔχων λέγει τῷ παιδίῳ "ἔγχεόν μοι[k]) τοῦ οἴνου πιεῖν" ὁμοίως ὁ παῖς πεύσεται "ποίου"; οὕτως ἡ ἐν 258
ἑκάστοις ἐμπειρία τοῦ χρησίμου τὴν διαστολὴν εἰσάγει. ὅσαι μέντοι μὴ ἔν τινι τῶν βιωτικῶν ἐμπειριῶν εἰσιν ἀμφιβολίαι, ἀλλ' ἐν δογματικαῖς οἰήσεσι κεῖνται καί εἰσιν ἴσως ἄχρηστοι πρὸς τὸ ἀδοξάστως βιοῦν, περὶ ταύτας ἰδίως ὁ Διαλεκτικὸς ἔχων ἀναγκασθήσεται καὶ ἐν αὐταῖς ὁμοίως ἐπέχειν κατὰ τὰς σκεπτικὰς ἐφόδους, καθ' ὃ πράγμασιν ἀδήλοις καὶ ἀκαταλήπτοις, ἢ καὶ ἀνυποστάτοις ἴσως, εἰσὶ συνεζευγμέναι. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ 259
εἰσαῦθις[l]) διαλεξόμεθα. εἰ δέ τις Δογματικὸς πρός τι τούτων ἀντιλέγειν ἐπιχειροίη, κρατύνει τὸν σκεπτικὸν λόγον, ἐκ τῆς ἑκατέρωθεν ἐπιχειρήσεως καὶ τῆς ἀνεπικρίτου διαφωνίας τὴν περὶ τῶν ζητουμένων ἐποχὴν καὶ αὐτὸς βεβαιῶν. τοσαῦτα καὶ περὶ ἀμφιβολιῶν εἰπόντες αὐτοῦ που περιγράφομεν τὸ δεύτερον τῶν ὑποτυπώσεων σύνταγμα.

**stinguere ambiguitates videmus, quarum distinctio ipsis utilis esse videtur. si quis enim habens duos eodem nomine servos et puero imperet ad se accersi Manen (hoc enim utrique ministro fingamus nomen esse commune), interrogabit puer "utrum"? et si plura ac diversa quis habens vina dicat puero, "funde mihi vinum ut bibam" itidem rogabit puer "ex quo"? 258. ita quae est in singulis rei utilis experientia distinctionem inducit. at quaecumque ambiguitates in aliqua ad vitam communem pertinente experientia non sunt, sed in Dogmaticorum sententiis versantur suntque fortasse inutiles ad vivendum sic ut nullam opinionem statuamus, circa has Dialecticus quidem peculiariter sentiens cogetur etiam in ipsis similiter assensum retinere secundum scepticas methodos, quatenus rebus obscuris et incomprehensibilibus aut etiam non subsistentibus fortasse sunt annexae. 259. sed de his quidem iterum disputabimus. quod si quis Dogmaticus horum quidpiam refutare conetur, scepticum propositum corroborat, quippe qui ex mutuo refutandi conatu et discordia indiiudicabili ipse etiam assensus retentionem de iis quae in quaestione versantur confirmet. atque post haec de ambiguitatibus etiam dicta hic secundo Institutionum libro finem imponimus.**

---

*i*) *τὸν Μάνην*] Manes nomen servile, ut notarunt viri docti Io. Brodaeus ad Anthologiam Epigrammatum p. 341 edit. Wechel. Menagius ad Laërtii 6 55, Lud Kusterus ad Suidam in *Μάνης*, et Hadr. Relandus parte 2 Miscellan. p. 193 seq. *Μανία* servae nomen apud Athenaeum. si Photium lib 1 operis inediti adversus Manichaeos audimus, nomen *Μάνης* Persica lingua sonat *τὸν οἷον ὁμιλητικὸν καὶ πρὸς διάλεξιν δραστήριον*. Cyrillus Hierosol. quoque exponit *ὁμιλητήν*, verum Epiphanius 66 1 Babylonica lingua *σκεῦος* significare ait, de quo consule si lubet Thomam Hydeum operis praeclari de veteri religione Persarum capite 22.

*k*) *ἔγχεον*] ita mss pro *ἔγχεε*.

*l*) *καὶ εἰσαῦθις*] ad commentarios Scepticos opinor lectorem remittit qui interciderunt.

P 127 *Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Πυρρωνείων ὑποτυπώσεων·*

ΚΕΦ. α'. περὶ τοῦ φυσικοῦ μέρους [a]). περὶ θεοῦ.
– β'. περὶ ἀρχῶν δραστικῶν. περὶ αἰτίου.
– γ'. εἰ ἔστι τί τινος αἴτιον.
– δ'. περὶ ἀρχῶν ὑλικῶν.
– ε'. εἰ καταληπτὰ τὰ σώματα.
– ς'. περὶ κράσεως.
– ζ'. περὶ κινήσεως.
– η'. περὶ τῆς μεταβατικῆς κινήσεως.
– θ'. περὶ αὐξήσεως καὶ μειώσεως.
– ι'. περὶ ἀφαιρέσεως καὶ προσθέσεως.
– ια'. περὶ μεταθέσεως.
– ιβ'. περὶ ὅλου καὶ μέρους.
– ιγ'. περὶ φυσικῆς μεταβολῆς.
– ιδ'. περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς.
– ιε'. περὶ μονῆς.
– ις'. περὶ τόπου.

Haec insunt in libro tertio Pyrrhoniarum Institutionum:

Cap. I. *de parte naturali philosophiae. de deo.*
– II. *de principiis efficientibus. de causa.*
– III. *an sit aliquid alicuius causa.*
– IV. *de materialibus principiis.*
– V. *an comprehensibilia sint corpora.*
– VI. *de mixtione.*
– VII. *de motu.*
– VIII. *de transitorio motu.*
– IX. *de augmento et imminutione.*
– X. *de ablatione et additione.*
– XI. *de transpositione.*
– XII. *de toto et parte.*
– XIII. *de naturali mutatione.*
– XIV. *de generatione et corruptione.*
– XV. *de mansione sive quiete corporum.*
– XVI. *de loco.*

---

P 127 *a*) *περὶ τοῦ φυσικοῦ μέρους*] in editis titulus hic quemadmodum et qui mox sequitur *περὶ ἀρχῶν δραστικῶν* exsulabat, sed in mss uterque legitur.

ΚΕΦ. ιζ΄. περὶ χρόνου.
– ιη΄. περὶ ἀριθμοῦ.
– ιθ΄. περὶ τοῦ ἠθικοῦ μέρους τῆς φιλοσοφίας.
– κ΄. περὶ ἀγαθῶν [b]) καὶ κακῶν καὶ ἀδιαφόρων.
– κα΄. ὅτι τὸ ἀγαθὸν τριχῶς λέγεται.
– κβ΄. περὶ ἀδιαφόρων.
– κγ΄. εἰ ἔστι τὶ φύσει ἀγαθὸν καὶ κακὸν καὶ ἀδιάφορον.
– κδ΄. τίς ἐστιν ἡ λεγομένη τέχνη περὶ βίον.
– κε΄. εἰ ἔστι τέχνη περὶ βίον.
– κϛ΄. εἰ γίνεται ἐν ἀνθρώπῳ ἡ περὶ τὸν βίον τέχνη.
– κζ΄. εἰ διδακτική ἐστιν ἡ περὶ τὸν βίον τέχνη.
– κη΄. εἰ ἔστι διδασκόμενον.
– κθ΄. εἰ ἔστιν ὁ διδάσκων καὶ ὁ μανθάνων.
– λ΄. εἰ ἔστι μαθήσεως τρόπος.
– λα΄. εἰ ὠφελεῖ ἡ περὶ τὸν βίον τέχνη τὸν ἔχοντα αὐτήν.
– λβ΄. διὰ τί ὁ Σκεπτικὸς ἐνίοτε ἀμυδροὺς ταῖς πιθανότησιν [c]) ἐρωτᾶν ἐπιτηδεύει λόγους.

Cap. XVII. *de tempore.*
– XVIII. *de numero.*
– XIX. *de ethica parte philosophiae.*
– XX. *de bonis et malis et indifferentibus.*
– XXI. *bonum trifariam dici.*
– XXII. *de indifferentibus.*
– XXIII. *an sit aliquid natura bonum et malum et indifferens.*
– XXIV. *quae sit ea quae dicitur ars circa vitam.*
– XXV. *an sit ars circa vitam.*
– XXVI. *an hominibus indatur ars quae circa naturam.*
– XXVII. *an doceri possit ars circa vitam.*
– XXVIII. *an sit aliquid quod doceatur.*
– XXIX. *an sit docens aut discens.*
– XXX. *an sit discendi modus.*
– XXXI. *an ars quae circa vitam, eam habenti sit utilis.*
– XXXII. *quare Scepticus interdum ratiocinationes, quantum ad probabilitatem attinet, debiles de industria proponat.*

---

b) *περὶ ἀγαθῶν*] uti in mss supra duo tituli additi, ita iam tres (20, 21 et 22) in unum contrahuntur hac proscriptione: *κβ΄. τί ἔστι φύσει ἀγαθὸν καὶ κακὸν καὶ ἀδιάφορον.* deinde sequitur *κγ΄. εἰ ἔστι τι τούτων φύσει.*

c) *ταῖς πιθανότησιν*] ita scripsi ex codice Vratislav. pro *τοὺς πιθανοὺς* quod erat in editis, in Savil. *τοῖς πιθανοῖς.*

## ΠΥΡΡΩΝΕΙΩΝ ΥΠΟΤΥΠΩΣΕΩΝ

## ΤΩΝ ΕΙΣ ΤΡΙΑ

### ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ.

P 128

1 *Περὶ μὲν τοῦ λογικοῦ μέρους τῆς λεγομένης φιλοσοφίας ὡς ἐν ὑποτυπώσει τοσαῦτα ἀρκούντως λέγοιτο ἄν* [d]). *κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον τῆς συγγραφῆς καὶ τὸ φυσικὸν μέρος αὐτῆς ἐπιόντες οὐ πρὸς ἕκαστον τῶν λεγομένων αὐτοῖς κατὰ τὸν τόπον ἀντεροῦμεν, ἀλλὰ τὰ καθολικώτερα* [e]) *κινεῖν ἐπιχειρήσομεν, οἷς συμπεριγράφεται καὶ τὰ λοιπά. ἀρξώμεθα δὲ ἀπὸ τοῦ περὶ ἀρχῶν λόγου* [f]). *καὶ ἐπειδὴ παρὰ τοῖς πλείστοις συμπεφώνηται τῶν ἀρχῶν τὰς μὲν ὑλικὰς εἶναι τὰς δὲ δραστικάς* [g]), *ἀπὸ τῶν δραστικῶν τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου ποιησόμεθα· ταύτας γὰρ καὶ κυριωτέρας τῶν ὑλικῶν φασὶν εἶναι.*

## SEXTI PHILOSOPHI

## PYRRHONIARVM HYPOTYPOSEON

## SIVE INSTITVTIONVM

### LIBER TERTIVS.

**1. De logica quidem parte eius quae philosophia nominatur ut in brevi institutione quae diximus sufficere possint. eadem autem scribendi methodo utentes eius quoque physicam partem percurremus, non omnibus quae a Dogmaticis dicuntur, sigillatim hoc loco contradicentes, sed generaliora labefactare conantes, cum quibus et reliqua circumscribuntur. prima erit ergo de principiis disputatio. et quoniam plerique in hoc conveniunt, ut ex principiis alia esse materialia alia effectiva fateantur, ab effectivis ordiemur. haec enim et materialibus magis propria dicunt esse.**

---

P 128 *d*) *ἀρκούντως λέγοιτο ἄν*] post haec verba in mss sequitur titulus: *περὶ τοῦ φυσικοῦ μέρους, κεφάλαιον α΄.*

*e*) *τὰ καθολικώτερα*] supra lib. 2 sect. 84.

*f*) *περὶ ἀρχῶν λόγου*] post haec verba in mss sequitur titulus: *περὶ θεοῦ, κεφάλαιον β΄.* et mox ante initium sect. 2 titulus alter *περὶ ἀρχῶν δραστικῶν, κεφάλ. γ΄.* sed manifestum est perverso ordine inscriptiones hasce ibi positas esse, nam ad titulum *περὶ δραστικῶν ἀρχῶν* sola illa pauca pertinent in extremo sectionis primae a verbis, *καὶ ἐπειδὴ παρὰ τοῖς πλείστοις.*

*g*) *δραστικάς*] ms Vratislav. *δραστηρίους.*

## ΚΕΦ. α'.

### Περὶ θεοῦ.

Οὐκοῦν ἐπεὶ θεὸν εἶναι δραστικώτατον αἴτιον οἱ πλείους 2
ἀπεφήναντο, πρότερον περὶ θεοῦ σκοπήσωμεν, ἐκεῖνο προειπόντες ὅτι τῷ μὲν βίῳ κατακολουθοῦντες ἀδοξάστως [h]) φαμὲν εἶναι θεοὺς καὶ σέβομεν θεοὺς καὶ προνοεῖν αὐτοὺς φαμέν. πρὸς δὲ τὴν προπέτειαν τῶν Δογματικῶν τάδε λέγομεν· τῶν ἐννοουμένων ἡμῖν πραγμάτων τὰς οὐσίας ἐπινοεῖν ὀφείλομεν, οἷον, εἰ σώματά ἐστιν ἢ ἀσώματα. ἀλλὰ καὶ τὰ εἴδη· οὐ γὰρ ἄν τις [i]) ἵππον ἐννοῆσαι δύναιτο μὴ οὐχὶ πρότερον τὸ εἶδος τοῦ ἵππου μαθών. τό τε ἐννοούμενον ἐννοεῖσθαί που ὀφείλει. ἐπεὶ οὖν τῶν 3
Δογματικῶν οἱ μὲν σῶμά φασιν [k]) εἶναι τὸν θεὸν οἱ δὲ ἀσώμα-

## CAP. I.

### De deo.

**2. Itaque quum deum efficacissimam esse causam bona pars eorum pronuntiarit, primum de deo inquiramus, illud praefati nos vitam communem sequentes, nullum autem statuentes dogma, dicere esse deos et colere deos et providentiam illis attribuere, sed adversus Dogmaticorum temeritatem haec afferre: earum rerum quas intellectu percipimus, substantias concipere debemus, ut, an corpora sint an incorporea. formas item. nemo enim equum intellectu percipere possit, nisi prius formam equi cognitam habuerit. deinde quod intellectu percipitur, percipi ut alicubi existens oportet. 3. quum igitur ex Dogmaticis alii deum dicant esse corpus alii incorporeum, et alii**

---

*h*) ἀδοξάστως] ita ut non propugnet tamquam dogma philosophicum. supra lib. 2 sect. 13. alioqui profitetur Sextus se deos utique profiteri ac colere melius forte quam alii philosophi, etsi rationibus illorum philosophicis pro dogmate quod sint dii alias contrarias rationes opponat. lib. 1 adversus Physicos sect. 35 *τάχα γὰρ ἀσφαλέστερος παρὰ τοὺς ὡς ἑτέρως φιλοσοφοῦντας εὑρεθήσεται ὁ Σκεπτικός, κατὰ μὲν τὰ πάτρια ἔθη καὶ τοὺς νόμους λέγων εἶναι θεούς, καὶ πᾶν τὸ εἰς τούτων θρησκείαν καὶ εὐσέβειαν συντεῖνον ποιῶν, τὸ δ' ὅσον ἐπὶ τῇ φιλοσόφῳ ζητήσει μηδὲν προπετευόμενος.* male tamen Sceptici et cum his Sextus passi sunt studio contradicendi Dogmaticis eo usque se abripi ut etiam manifestissima oppugnare et impietatis causam agere non dubitarent, eoque devenisse se profiterentur ut dicerent *οὐ μᾶλλον εἶναι ἢ μὴ εἶναι θεούς*, argumentisque evidentibus pro numinis existentia et atheorum contrariis cavillationibus tribuerent *ἰσοσθένειαν* lib. 1 contra Physicos cap. 42.

*i*) *οὐ γὰρ ἄν τις*] ita mss recte pro *ἐάν τις*.

*k*) *οἱ μὲν σῶμά φασιν*] philosophorum varias de diis opiniones pluribus tangit noster libro 1 adversus Physicos, ubi dicta si placet vide. totum autem hoc argumentum ab ignorantia vel discordia philosophorum circa deorum naturam petitum nullo modo facit ad hoc ut deum concipi non posse exinde colligere liceat; nam ita probet aliquis etiam non concipi posse lucem quam omnes videmus, hanc enim corpus esse alii disputant, alii rem incorpoream: vel neget alius quis animum posse concipi, quoniam naturam eius ignoramus et philosophi quid sit animus exponere aggressi in non minus diversas opiniones discessere quam in natura explicanda deorum. equidem a perfecta et adaequata dei essentiae conceptione longissime absumus omnes, ut a conceptione intimae essentiae omnium rerum. at ab effectibus causam admirandam colligimus concipimusque.

τον [l]), καὶ οἱ μὲν ἀνθρωποειδῆ [m]) οἱ δὲ οὔ [n]), καὶ οἱ μὲν ἐν
P 129 τόπῳ οἱ δὲ οὔ [o])· καὶ τῶν ἐν τόπῳ οἱ μὲν ἐντὸς κόσμου [p]), οἱ
δὲ ἐκτός [q]), πῶς δυνησόμεθα ἔννοιαν θεοῦ λαμβάνειν μήτε οὐ-
σίαν ἔχοντες αὐτοῦ ὁμολογουμένην μήτε εἶδος μήτε τόπον ἐν ᾧ
εἴη; πρότερον γὰρ ἐκεῖνοι ὁμολογησάτωσάν τε καὶ συμφωνη-
σάτωσαν ὅτι τοιόσδε ἐστὶν ὁ θεός, εἶτα ἡμῖν αὐτὸν ὑποτυπω-
σάμενοι οὕτως ἀξιούτωσαν, ἡμᾶς ἔννοιαν θεοῦ λαμβάνειν. ἐς
ὅσον δὲ ἀνεπικρίτως διαφωνοῦσι, τί νοήσομεν ἡμεῖς ὁμολογου-
4 μένως παρ᾽ αὐτῶν οὐκ ἔχομεν. ἀλλ᾽ ἄφθαρτόν τι [r]), φασί, καὶ
μακάριον ἐννοήσας τὸν θεὸν εἶναι τοῦτο νόμιζε. τοῦτο δέ ἐστιν
εὔηθες [s]). ὥσπερ ὁ μὴ εἰδὼς τὸν Δίωνα οὐδὲ τὰ συμβεβηκότα
αὐτῷ ὡς Δίωνι δύναται νοεῖν, οὕτως ἐπεὶ οὐκ ἴσμεν τὴν οὐσίαν
τοῦ θεοῦ, οὐδὲ τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ μαθεῖν τε καὶ ἐννοῆσαι

quidem humana forma praeditum alii minime, et alii in loco esse alii in loco non esse: et eorum qui in loco esse aiunt, alii intra mundum alii extra eum collocent, quomodo poterimus deum intellectu percipere, si neque substantiam eius habeamus, de qua constet, neque formam, neque locum in quo sit? prius enim illi uno ore fateantur omnes et assentiantur talem esse deum, deinde nobis ipsum deformantes tum demum nos iubeant deum intellectu percipere. nam quatenus indiiudicabilis est inter eos controversia, quod pro confesso et indubitato percipere intellectu possimus, ab illis non habemus. 4. sed tu incorruptibile quiddam et beatum imaginans, inquiunt, illud deum esse existima. at hoc stultum est. nam quemadmodum qui non novit Dionem, ne accidentia quidem ipsi ut Dioni potest imaginari, ita quia dei substantiam non novimus, ne accidentia quidem ipsi cognoscere et ima-

---

*l*) οἱ δὲ ἀσώματον] Lucianus Icaromenippo 9: οἱ μὲν ἀσώματον καὶ ἄμορφον ἡγοῦντο εἶναι τὸ θεῖον, οἱ δὲ ὡς περὶ σώματος αὐτοῦ διενοοῦντο. ut nempe corporeos esse deos statuere Stoici et schola omnis Epicureorum, sic deum segregatam mentem ab omni concretione mortali et incorporalem docuerunt Anaxagoras Thales Pythagoras Socrates Plato Aristoteles et bene multi alii.

*m*) οἱ μὲν ἀνθρωποειδῆ] ut Epicurus.

*n*) οἱ δὲ οὔ] ut Xenophanes, qui conglobata figura deum esse aiebat, et Stoici qui negabant humana esse forma deos. Laërt. 7 147.

P 129 *o*) οἱ μὲν ἐν τόπῳ, οἱ δὲ οὔ] loco non comprehendi deum ut Epicurus volebat, sed ubique praesentem totum esse, plerique caeteri senserunt philosophi ac pluribus disputat Plotinus Enneade sexta, qui rationem ipsam hoc suadere ait.

*p*) οἱ μὲν ἐντὸς κόσμου] ita Stoici, ex quorum opinione deus mundi anima ubique per universum diffusa. vide Laërtium 7 138 et Lipsium lib. 1 Physiologiae Stoicae diss. 8.

*q*) οἱ δὲ ἐκτός] ita Epicurus qui in intermundiis aiebat deos felix agere aevum, vel Aristoteles de quo Plutarchus lib. 1 de placitis Philosoph. cap. 7 notat quod statuerit τὸν ἀνωτάτω θεὸν εἶδος χωριστὸν ἐπιβεβηκότα τῇ σφαίρᾳ τοῦ παντός.

*r*) ἀλλ᾽ ἄφθαρτόν τι] sic scribendum res ipsa suasit et codicum mss auctoritas; male enim in editis ἀλλὰ φθαρτόν τι.

*s*) τοῦτο δέ ἐστιν εὔηθες] temere admodum hoc loco Sextus pronuntiat stolidum esse si quis naturam dei perfecte non norit, et tamen velit de eo affirmare quod beatus sit et incorruptibilis. multarum enim rerum attributa ex effectibus solide et evidenter colligimus, et recte de illis affirmamus, licet ipsarum naturam formamque perspectam penitus non habemus. sic quamquam Sextum numquam de facie novi, tamen possum de illo vere dicere quod fuerit acuto ingenio, et in scriptis philosophorum priscae aetatis non mediocriter versatus.

δυνησόμεθα. χωρὶς δὲ τούτων εἰπάτωσαν ἡμῖν τί ἐστι τὸ μα- 5
κάριον, πότερον τὸ ἐνεργοῦν κατὰ ἀρετὴν t) καὶ προνοούμενον
τῶν ὑφ᾽ ἑαυτὸ τεταγμένων, ἢ τὸ ἀνενέργητον καὶ μήτε u) αὐτὸ
πράγματα ἔχον μήτε ἑτέρῳ παρέχον; καὶ γὰρ καὶ περὶ τούτου
διαφωνήσαντες ἀνεπικρίτως ἀνεννόητον x) ἡμῖν πεποιήκασι τὸ
μακάριον· διὰ δὲ τοῦτο καὶ τὸν θεόν. ἵνα δὲ καὶ ἐπινοῆται ὁ 6
θεός, ἐπέχειν ἀνάγκη περὶ τοῦ πότερόν ἐστιν ἢ οὐκ ἔστιν ὅσον
ἐπὶ τοῖς Δογματικοῖς. τὸ γὰρ εἶναι τὸν θεόν, πρόδηλον μὲν οὐκ
ἔστιν y)· εἰ γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ προέπιπτεν, συνεφώνησαν ἂν οἱ
Δογματικοὶ τίς ἐστι καὶ ποταπὸς καὶ ποῦ. ἡ ἀνεπίκριτος δὲ δια-
φωνία πεποίηκεν αὐτὸν ἄδηλον ἡμῖν εἶναι δοκεῖν καὶ ἀποδείξεως
δεόμενον. ὁ μὲν οὖν ὅτι ἔστι θεὸς ἤτοι διὰ προδήλου τοῦτο 7
ἀποδείκνυσιν ἢ δι᾽ ἀδήλου· διὰ προδήλου μὲν οὖν οὐδαμῶς·
εἰ γὰρ ἦν πρόδηλον, τὸ ἀποδεικνύον ὅτι ἔστι θεός, ἐπεὶ τὸ ἀπο- P 130
δεικνύμενον πρὸς τῷ ἀποδεικνύντι νοεῖται, διὸ καὶ συγκαταλαμ-
βάνεται z) αὐτῷ, καθὼς καὶ παρεστήσαμεν, πρόδηλον ἔσται καὶ
τὸ εἶναι θεόν, συγκαταλαμβανόμενον τῷ ἀποδεικνύντι αὐτὸ προ-
δήλῳ ὄντι. οὐκ ἔστι δὲ πρόδηλον, ὡς ὑπεμνήσαμεν, οὐδὲ ἀπο-
δείκνυται ἄρα διὰ προδήλου. ἀλλ᾽ οὐδὲ δι᾽ ἀδήλου· τὸ γὰρ 8
ἄδηλον τὸ ἀποδεικτικὸν τοῦ εἶναι θεόν, ἀποδείξεως χρῇζον, εἰ

nari poterimus. 5. praeterea vero dicant nobis quid sit beatum, an quod agit secundum virtutem et providet illis quae sibi subiecta sunt, an quod in nulla actione versatur, et neque ipsum negotium habet neque alteri exhibet. nam de hoc quoque motis inter se controversiis quae diiudicari numquam potuerunt, impervestigabile nobis beatum illud reddiderunt, ideoque etiam deum. 6. quodsi etiam intellectu concipi possit deus, assensum tamen retinere oportet de eo, utrum sit necne, siquidem pendeamus a Dogmaticis. nam esse deum, sensibus manifestum quidem non est; si enim ex se ipso sub sensus nostros caderet, convenisset inter Dogmaticos de his, quis sit et qualis et ubi; quum contra eorum indiiudicabilis controversia fecerit, ut nihil comperti nec certi de eo habeamus, sed demonstratione indigere existimemus. 7. nam qui dicit esse deum, aut per manifestum hoc demonstrat aut per obscurum. per manifestum quidem nequaquam; nam si manifestum fuerit id quod demonstrat, esse deum, quia quod demonstratur una cum demonstrante intelligitur ac propterea etiam comprehenditur, una cum eo (sicut et ostendimus) manifestum fuerit etiam hoc deum esse; quippe quod comprehendatur una cum demonstrante ipsum re manifesta. atqui non est manifestum, ut docuimus, non igitur demonstratur per manifestum. 8. sed ne per obscurum quidem; nam obscurum per quod demonstrabitur

t) τὸ ἐνεργοῦν κατ᾽ ἀρετήν] ita deum describebat Aristoteles. quod vero sequitur προνοούμενον τῶν ὑφ᾽ ἑαυτὸ τεταγμένων, praeter Platonem etiam de deo affirmabant Stoici, ut patet vel ex Laërtii 7 147.

u) τὸ ἀνενέργητον καὶ μήτε] agnoscis beatitatem deorum Epicuri, de qua Gassendus ad librum 10 Laërtii t. 2 p. 271 seq.

x) ἀνεννόητον] ita in mss reperio pro ἀνερεύνητον, quod erat in editis, forte pro ἀνεύρετον quod habes infra sect. 13.

y) πρόδηλον μὲν οὐκ ἔστιν] πρόδηλον vocat sensibus manifestum, qua ratione dei sane ipsius essentia πρόδηλος nobis non est, uti nec animus noster, at bonitatis suae et potentiae itemque sapientiae operibus mirandis eorumque conservatione et ad fines propositos directione adeo evidens est ac manifestus cuivis attendenti, ut liceat eum etiam palpare ac ψηλαφήσασθαι Actor. 17 27.

z) συγκαταλαμβάνεται] vide lib. 2 sect. 179. P 130

μὲν διὰ προδήλου λέγοιτο ἀποδείκνυσθαι, οὐκέτι ἄδηλον ἔσται,
ἀλλὰ πρόδηλον τὸ εἶναι θεόν. οὐκ ἄρα τὸ ἀποδεικτικὸν αὐτοῦ
ἄδηλον διὰ προδήλου ἀποδείκνυται· ἀλλ' οὐδὲ δι' ἀδήλου· εἰς
ἄπειρον γὰρ ἐκπεσεῖται ὁ τοῦτο λέγων, αἰτούντων ἡμῶν ἀεὶ
ἀπόδειξιν τοῦ φερομένου ἀδήλου πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ προκειμέ-
νου a)· οὐκ ἄρα ἐξ ἑτέρου δύναται ἀποδείκνυσθαι τὸ εἶναι θεόν.
9 εἰ δὲ μήτε ἐξ ἑαυτοῦ ἐστι πρόδηλον μήτε ἐξ ἑτέρου ἀποδείκνυ-
ται, ἀκατάληπτον ἔσται, εἰ ἔστι θεός. ἔτι καὶ τοῦτο λεκτέον·
ὁ λέγων εἶναι θεόν, ἤτοι προνοεῖν αὐτὸν τῶν ἐν κόσμῳ φησὶν
ἢ οὐ προνοεῖν· καὶ εἰ μὲν προνοεῖν, ἤτοι πάντων ἢ τινῶν· ἀλλ'
εἰ μὲν πάντων προὐνόει, οὐκ ἦν ἂν οὔτε κακόν τι οὔτε κακία b)
ἐν τῷ κόσμῳ· κακίας δὲ πάντα μεστὰ εἶναι λέγουσιν· οὐκ ἄρα
10 πάντων προνοεῖν c) λεχθήσεται ὁ θεός. εἰ δέ τινων προνοεῖ, διὰ
τί τῶνδε μὲν προνοεῖ, τῶνδε δὲ οὔ; ἤτοι γὰρ καὶ βούλεται καὶ
δύναται πάντων προνοεῖν, ἢ βούλεται μὲν οὐ δύναται δέ, ἢ
δύναται μὲν οὐ βούλεται δέ, ἢ οὔτε βούλεται οὔτε δύναται.
ἀλλ' εἰ μὲν καὶ ἠβούλετο καὶ ἠδύνατο, πάντων ἂν προὐνόει·
οὐ προνοεῖ δὲ πάντων (διὰ τὰ προειρημένα), οὐκ ἄρα καὶ βού-

esse deum indigens demonstratione, siquidem per manifestum dicatur demonstrari, non iam obscurum erit, sed manifestum, deum esse. non ergo obscurum hoc quod ad eius demonstrationem sumitur, per manifestum demonstratur. sed neque per obscurum: nam in infinitum delabetur qui hoc dicet, dum semper demonstrationem obscuri quod afferetur petemus ad demonstrationem eius, quod nobis propositum fuerit. non ergo potest ex alio demonstrari esse deum. 9. quodsi nec ex se ipso est manifestum, neque ex alio demonstratur, incomprehensibile erit an sit deus. his autem istud addendum est: qui dicit esse deum, aut providere eum dicit rebus quae sunt in mundo, aut non providere; et si quidem providere dicit, aut omnibus aut aliquibus. sed si quidem omnibus provideret, non esset neque malum ullum neque ulla vitiositas; atqui vitiositate plena omnia esse clamant: non ergo omnibus providere dicetur deus. 10. sin aliquibus providet, quare his quidem providet, illis vero non item? etenim aut vult et potest providere omnibus, aut vult quidem sed non potest, aut potest quidem sed non vult, aut neque vult neque potest. sed si quidem et vellet et posset, omnibus provideret; atqui non providet omnibus, ut apparet ex

a) *προκειμένου*] ita mss pro *προεκκειμένου*.

b) *οὐκ ἦν ἂν οὔτε κακόν τι οὔτε κακία*] videtur *κακόν* appellare quod est e malis quae vocamus vulgo physica, *κακίαν* malum morale. sed utrumque male obiicitur ad providentiam dei vel negandam vel in dubium vocandam. deo enim et universo malum nihil est, malaque physica adeo mala non sunt, ut etiam ad salutem et pulchritudinem saepe faciant universi. mali moralis homo auctor est, dum libertate sua abutitur in suum ipsius malum sive damnum. deone igitur imputabitur quod illum non crearit deum vel lapidem, vel quod ita ut truncum non semper movet cohibetque nec quicquam arbitrii relinquit? quibus vero argumentis probabitur deum liberi nihil usquam permittere posse vel debere?

c) *οὐκ ἄρα πάντων προνοεῖν*] temere hoc inde concludit Sextus. neque enim sequitur statim deum non providere omnibus, quoniam omnia quae huic vel illi quomodocumque mala sunt non occupat et impedit, vel statim opprimit. probandum utique prius erat hoc deum velle et debere facere, atque ad divinae providentiae rationes necessario illud pertinere. itaque et quod sequitur Epicureorum argumentum nihil nos commovebit, ut de providentia divina dubitemus. vide quae ad idem dilemma respondet Lactantius libro de ira dei cap. 13.

λεται καὶ δύναται πάντων προνοεῖν. εἰ δὲ βούλεται μὲν οὐ δύνα-
ται δέ, ἀσθενέστερός ἐστι τῆς αἰτίας δι' ἣν οὐ δύναται προνο-
εῖν ὧν οὐ προνοεῖ· ἔστι δὲ παρὰ τὴν θεοῦ ἐπίνοιαν τὸ ἀσθε- 11
νέστερον εἶναί τινος αὐτόν. εἰ δὲ δύναται μὲν πάντων προνοεῖν
οὐ βούλεται δέ, βάσκανος ἂν εἶναι [d]) νομισθείη. εἰ δὲ οὔτε βού- P 131
λεται οὔτε δύναται, καὶ βάσκανός ἐστι καὶ ἀσθενής, ὅπερ λέ-
γειν περὶ θεοῦ ἀσεβούντων ἐστίν. οὐκ ἄρα προνοεῖ τῶν ἐν
κόσμῳ ὁ θεός. εἰ δὲ οὐδενὸς πρόνοιαν ποιεῖται, οὐδὲ ἔστιν αὐ-
τοῦ ἔργον [e]) οὐδὲ ἀποτέλεσμα, οὐχ ἕξει τις εἰπεῖν πόθεν κατα-
λαμβάνει ὅτι ἔστι θεός, εἴ γε μήτε ἐξ ἑαυτοῦ φαίνεται μήτε δι'
ἀποτελεσμάτων τινῶν καταλαμβάνεται. καὶ διὰ ταῦτα ἄρα ἀκα-
τάληπτόν ἐστιν εἰ ἔστι θεός. ἐκ δὲ τούτων ἐπιλογιζόμεθα ὅτι ἴσως 12
ἀσεβεῖν ἀναγκάζονται οἱ διαβεβαιωτικῶς λέγοντες εἶναι θεόν·
πάντων μὲν γὰρ αὐτὸν προνοεῖν λέγοντες κακῶν αἴτιον τὸν θεὸν [f])

supra dictis, ergo nequaquam et vult et potest omnibus providere. quodsi vult quidem sed non potest, eius vires superabit illa causa propter quam non potest providere illis quibus non providet. **11.** atqui absurdum est deum imaginari talem, cuius vires ulli rei cedant. at si potest quidem omnibus providere, sed non vult, invidus esse existimari possit. quodsi neque vult neque potest, et invidus est et debiles sunt eius vires, quod de deo dicere impiorum est. non ergo providet deus iis quae sunt in mundo. quodsi nulli providet, neque exstat ullum eius opus neque ullus effectus, non potest quisquam dicere unde comprehendat deum esse, quum nec ex se ipso appareat nec per ullos effectus comprehendatur. quocirca his quoque de caussis incomprehensibile est an sit deus. **12.** ex his autem ratiocinamur impietatis crimen fortassis effugere non posse illos qui asseveranter deum esse dicunt. nam si ipsum providere omnibus inquiant, malorum auctorem deum

---

*d*) βάσκανος ἂν εἶναι] inepte hinc concluditur deum fore invidum, id
si nolit facere, ex quo non providere eum omnibus falso Sextus colli-
git. perinde enim hoc est ac si dicas invidia laborare deum, quod lutum
esse permittat et non omne statim in aurum transformet, vel quod pro
bufonibus et scarabaeis noluerit esse homines, vel quod omnes homines P 131
noluerit esse Salomones dignitate sapientia et potentia, vel Salomonem
non fecerit archangelum aut deum. miseri homunciones nostra parvitate
et brevi praesentis vitae decursu metientes singula veros fines rationes-
que divinae providentiae nec videmus nec intelligimus, et ex nostro in-
genio volumus leges illi ferre, ex quibus audacter pronuntiemus quae
facere deus, quae omittere debeat.

*e*) οὐδὲ ἔστιν αὐτοῦ ἔργον] mss οὐδέν. non male haec duo iunguntur: si deus non provideat mundo, neque mundum fore dei opus. itaque et Epicurus negabat mundum a deo creatum esse, sed fortuito atomorum concursu ita exstitisse aiebat. alii aeternum esse dictitabant mundum sine auctore, sine deo, ut Strato Lampsacenus. absurde utrique, cum temere coaluisse non possint, quae tanta arte ad pulcherrimos fines sunt instituta, et nequeant aeterna esse, quae per omnes partes continuo moventur ac mutantur, nedum possent moveri ad certos fines, eosque sapientissimos et rebus quae moventur ignoratos, si motus illarum nullus auctor rectorque existeret. invertendum itaque erat argumentum et concludendum: est autem mundus dei opus, ergo etiam illi providet ratione deo digna et ad fines quos intendit accommodata, licet nos vias providentiae eius ac recessus omnes perspectas haud habeamus.

*f*) κακῶν αἴτιον τὸν θεὸν] recte ait Sextus impium fore si quis deum caussam esse mali dixerit, atque ut supra monui, deo et universo malum nullum est. et plane nullum cuicumque vel cuiuscumque generis malum exstaret nisi exstarent et a deo profecta essent tot bona, quibus

*εἶναι φήσουσιν· τινῶν δὲ ἢ καὶ μηδενὸς προνοεῖν αὐτὸν λέγοντες ἤτοι βάσκανον τὸν θεὸν ἢ ἀσθενῆ λέγειν ἀναγκασθήσονται. ταῦτα δέ ἐστιν ἀσεβούντων προδήλως.*

## *ΚΕΦ. β'.*
## *Περὶ αἰτίου.*

13 *Ἵνα δὲ μὴ καὶ ἡμᾶς βλασφημεῖν*[g]) *ἐπιχειρήσωσιν οἱ Δογμα-*
*τικοὶ δι' ἀπορίαν τοῦ πραγματικῶς ἡμῖν ἀντιλέγειν, κοινότερον*
*περὶ τοῦ ἐνεργητικοῦ αἰτίου διαπορήσομεν, πρότερον ἐπιστῆσαι*
*πειραθέντες τῇ τοῦ αἰτίου ἐπινοίᾳ. ὅσον μὲν οὖν ἐπὶ τοῖς λεγο-*
*μένοις ὑπὸ τῶν Δογματικῶν, οὐδ' ἂν ἐννοῆσαί τις τὸ αἴτιον*
*δύναιτο, εἴ γε πρὸς τῷ διαφώνους καὶ ἀλλοκότους ἐννοίας τοῦ*
*αἰτίου ἔτι καὶ τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ πεποιήκασιν ἀνεύρετον διὰ*
14 *τὴν περὶ αὐτὸ διαφωνίαν. οἱ μὲν γὰρ σῶμα*[h]), *οἱ δὲ ἀσώματον*
*τὸ αἴτιον εἶναί φασιν. δόξαι δ' ἂν αἴτιον εἶναι κοινότερον κατ'*
*αὐτοὺς δι' ὃ ἐνεργοῦν*[i]) *γίνεται τὸ ἀποτέλεσμα· οἷον ὡς ὁ ἥλιος*
*ἢ ἡ τοῦ ἡλίου θερμότης τοῦ χεῖσθαι τὸν κηρὸν ἢ τῆς χύσεως*
*τοῦ κηροῦ. καὶ γὰρ ἐν τούτῳ διαπεφωνήκασιν, οἱ μὲν προσηγο-*
P 132 *ριῶν αἴτιον εἶναι τὸ αἴτιον*[k]) *φάσκοντες οἷον τῆς χύσεως, οἱ δὲ*
*κατηγορημάτων οἷον τοῦ χεῖσθαι. δι' ὅ, καθάπερ εἶπον, κοινότε-*
*ρον ἂν εἴη τὸ αἴτιον τοῦτο, δι' ὃ ἐνεργοῦν γίνεται τὸ ἀποτέλε-*

esse dicent, sin ipsum aliquibus aut nulli providere inquiant, aut invidum deum aut imbecilles dei vires dicere cogentur. atqui haec non sine manifestaria impietate proferri possunt.

## CAP. II.
## De causa.

13. Verum ne nos maledictis prosequi aggrediantur Dogmatici, dum non invenient quomodo nobis rebus ipsis atque argumentis contradicant, magis communi et recepto modo de activa causa quaestionem movebimus, prius ad imaginandum quid sit causa, appellere animum conati. quamobrem ex iis quae a Dogmaticis dicuntur causae notionem nemo intellectu percipere possit, quoniam illi praeter controversas et peregrinas notiones causae eius subsistentiam quoque reddiderunt inventu impossibilem, propter suam de eo controversiam. 14. alii enim corpus, alii incorpoream esse dicunt causam. possit autem videri esse causa apud eos secundum generaliorem opinionem, propter quam operantem fit effectus. exempli gratia, sol aut solis calor causa est liquefieri ceram, vel liquefactionis cerae. nam de hoc inter se dissident, quum causam alii appellationum esse causam dicant ut liquefactionis, alii praedicatorum ut liquefieri. itaque, sicut dixi, secundum generaliorem et receptum apud plures eorum modum causa fuerit illud propter

---

dum carere vel privari potest quicquid infra deum est, id fit in malis physicis citra iniuriam, cum bona omnia gratis sint data, in malis vero moralibus per declinationem voluntatis, quae voluntas humana non esset si declinare non posset. impudens autem causam iacturae appellare eum qui bonum dedit quod culpa mea potuit amitti, atque illi imputare quod me non etiam coëgerit illud servare integrum.

g) *ἡμᾶς βλασφημεῖν*] tamquam atheos nempe et numinis contemptores.

h) *οἱ μὲν γὰρ σῶμα*] vide quae dicta ad lib. 1 adversus Physicos.

i) *δι' ὃ ἐνεργοῦν*] communis haec definitio causae Platoni Aristoteli Stoicis caeterisque philosophis.

P 133 k) *εἶναι τὸ αἴτιον*] ms Vratislav. *τὸ ἀγγεῖον*, male.

σμα. τούτων δὲ τῶν αἰτίων οἱ μὲν πλείους ἡγοῦνται τὰ μὲν 15
συνεκτικὰ[l]) εἶναι τὰ δὲ συναίτια, τὰ δὲ συνεργά[m])· καὶ συνεκτικὰ μὲν ὑπάρχειν ὧν παρόντων πάρεστι τὸ ἀποτέλεσμα καὶ αἰρομένων αἴρεται καὶ μειουμένων μειοῦται· οὕτω γὰρ τὴν περίθεσιν τῆς στραγγάλης[n]) αἴτιον εἶναί φασι τοῦ πνιγμοῦ. συναίτιον δέ, ὃ τὴν ἴσην εἰσφέρεται δύναμιν ἑτέρῳ συναιτίῳ πρὸς τὸ εἶναι τὸ ἀποτέλεσμα· οὕτως ἕκαστον τῶν ἑλκόντων τὸ ἄροτρον βοῶν αἴτιον εἶναί φασι τῆς ὁλκῆς τοῦ ἀρότρου. συνεργὸν δέ, ὃ βραχεῖαν εἰσφέρεται δύναμιν καὶ πρὸς τὸ μετὰ ῥᾳστώνης ὑπάρχειν τὸ ἀποτέλεσμα· οἷον ὅταν δύο βάρος τι βασταζόντων μόλις τρίτος προσελθὼν συγκουφίσῃ τοῦτο. ἔνιοι μέντοι καὶ 16
παρόντα μελλόντων αἴτια ἔφασαν εἶναι, ὡς τὰ προκαταρκτικά, οἷον τὴν ἐπιτεταμένην ἡλίωσιν πυρετοῦ[o])· τινὲς δὲ ταῦτα παρῃτήσαντο, ἐπειδὴ τὸ αἴτιον πρός τι ὑπάρχον καὶ πρὸς τὸ ἀποτέλεσμα ὂν οὐ δύναται προηγεῖσθαι αὐτοῦ[p]) ὡς αἴτιον. ἐν δὲ τῇ περὶ αὐτῶν ἀπορήσει τοιάδε λέγομεν.

## ΚΕΦ. γ'.

## Εἰ ἔστι τί τινος αἴτιον.

Πιθανόν ἐστιν εἶναι τὸ αἴτιον. πῶς γὰρ ἂν αὔξησις γένοιτο 17
μείωσις γένεσις φθορὰ καθόλου κίνησις τῶν φυσικῶν τε καὶ ψυ-

quod operans fit effectus. 15. harum autem causarum alii et quidem eorum bona pars existimant alias esse continentes effectum, alias concausales, alias adiutrices. et continentes quidem esse quibus praesentibus adest effectus et quibus sublatis tollitur et minutis minuitur. ita enim iniectionem laquei causam esse dicunt suffocationis. concausalem autem, quae pares cum altera causa socia vires ad id ut fiat effectus, affert; quo modo unumquemque boum aratrum trahentium causam esse dicunt tractionis aratri. adiutricem vero, quae parvas addit vires et ad hoc ut facile existat effectus; et quum duo aliquod onus aegre portant, tertius aliquis adveniens una cum ipsis illud portando sublevat. 16. nonnulli vero etiam praesentia futurorum causas esse dixerunt, ut antecedentes, veluti vehementem a sole calorem febris. nonnulli autem haec admittere noluerunt, quia causa, cum sit ex iis quae referuntur ad aliquid, atque adeo ad ipsum effectum, praecedere ipsum tamquam causa non potest. nos autem de iis dubitationem moventes haec dicimus.

## CAP. III.

## An sit aliquid alicuius causa.

17. Verisimile est esse causam. quomodo enim incrementum esset et decrementum, generatio vel corruptio et generaliter motus, naturalium et

---

l) *συνεκτικὰ*] quae in actu posita effectum statim ponunt, atque adeo veluti in se continent.

m) *τὰ δὲ συναίτια, τὰ δὲ συνεργά*] ex Stoicorum sententia distinguuntur causae sociae a causis adiutricibus, quas alii confundunt, ut videre est apud Suidam in *αἴτιον*.

n) *τῆς στραγγάλης*] *στραγγάλη* laqueus, unde Latinis *strangulare*. Psal. 124 5 *στραγγαλιάς* pro quo Aquila *διαπλοκάς*. Hesychius: *στραγγαλιαὶ καὶ στραγγαλίδες συστροφαὶ διαστροφαὶ παγίδες ἢ πλοκαί*.

o) *ἡλίωσιν πυρετοῦ*] Galenus de causis morborum cap. 2 et lib. 1 de differentiis febrium c. 2 etc.

p) *οὐ δύναται προηγεῖσθαι*] infra sect. 25.

*χικῶν ἀποτελεσμάτων ἕκαστον ἡ τοῦ παντὸς κόσμου διοίκησις*
*τὰ ἄλλα πάντα, εἰ μὴ κατά τινα αἰτίαν; καὶ γὰρ εἰ μηδὲν τού-*
*των ὡς πρὸς τὴν φύσιν ὑπάρχει, λέξομεν ὅτι διά τινα αἰτίαν*
18 *πάντως φαίνεται ἡμῖν τοιαῦτα, ὁποῖα οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ καὶ πάντα*
*ἐκ πάντων καὶ ὡς ἔτυχεν ἂν ἦν, μὴ οὔσης αἰτίας. οἷον ἵπποι*
*μὲν ἐκ μυῶν, εἰ τύχοι, γεννηθήσονται, ἐλέφαντες δὲ ἐκ μυρ-*
*μήκων. καὶ ἐν μὲν ταῖς Αἰγυπτίαις Θήβαις ὄμβροι* [q]) *κατὰ τύ-*
*χην ποτὲ ἐξαίσιοι καὶ χιόνες, ὡς ἔτυχεν ἄν, ἐγένοντο· τὰ δὲ*
P 133 *νότια ὄμβρων ἐπεὶ μετέχει* [r]), *οὐ μετεῖχεν, εἰ μὴ αἰτία τις ἦν,*
*δι' ἣν τὰ μὲν νότιά ἐστι δυσχείμερα, αὐχμηρὰ δὲ τὰ πρὸς τὴν*
19 *ἕω. καὶ περιτρέπεται δὲ ὁ λέγων μηδὲν αἴτιον εἶναι· εἰ μὲν γὰρ*
*ἁπλῶς καὶ ἄνευ τινὸς αἰτίας τοῦτό φησι λέγειν, ἄπιστος ἔσται·*
*εἰ δὲ διά τινα αἰτίαν, βουλόμενος ἀναιρεῖν τὸ αἴτιον, τίθησιν,*
*ἀποδιδόσθω αἰτία δι' ἣν οὐκ ἔστιν αἴτιον· διὰ ταῦτα μὲν οὖν*
20 *πιθανόν ἐστιν εἶναι τὸ αἴτιον. ὅτι δὲ καὶ τὸ λέγειν μὴ εἶναι*
*τινός τι αἴτιον πιθανόν ἐστι, φανερὸν ἔσται, λόγους ἡμῶν ἐκθε-*
*μένων ὀλίγους ἀπὸ πολλῶν, ἐπὶ τοῦ παρόντος πρὸς τὴν τούτου*
*ὑπόμνησιν. οἷον γοῦν ἀδύνατόν ἐστι* [s]) *τὸ αἴτιον ἐννοῆσαι, πρὶν*
*τὸ ἀποτέλεσμα τούτου καταλαβεῖν ὡς ἀποτέλεσμα αὐτοῦ· τότε*
*γὰρ γνωρίζομεν ὅτι αἴτιόν ἐστι τοῦ ἀποτελέσματος, ὅταν ἐκεῖνο*
21 *ὡς ἀποτέλεσμα καταλαμβάνωμεν. ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἀποτέλεσμα τοῦ*
*αἰτίου ὡς ἀποτέλεσμα αὐτοῦ καταλαβεῖν δυνάμεθα, ἐὰν μὴ κα-*
*ταλάβωμεν τὸ αἴτιον τοῦ ἀποτελέσματος ὡς αἴτιον αὐτοῦ. τότε*

ab animo proficiscentium effectuum unusquisque, totius mundi gubernatio, reliqua omnia, nisi per aliquam causam? atque si nihil etiam horum vere atque in natura tale existeret, diceremus tamen propter aliquam causam omnino videri nobis talia esse qualia non sunt. 18. insuper vero quaevis ex quibusvis et temere fierent, nisi esset causa. verbi gratia, ex muribus quidem equi fortasse generarentur, elephantes autem ex formicis: et apud Thebas Aegyptiacas imbres rapidi et nives essent, at partes australes quibus imbres cadunt imbres nullos haberent, nisi causa foret aliqua propter quam in australibus quidem partibus frigus valde saeviret, aridae autem et aestuosae essent partes orientales. 19. quin etiam utrinque subvertitur qui nullam esse causam dicit, si enim simpliciter et sine ulla causa hoc ait se dicere, fide carebit; sin aliquam causam, volens evertere causam, ponit, reddatur causa propter quam non est causa. propter haec igitur verisimile est esse causam. 20. verisimiliter autem loqui eum quoque qui quicquam cuiusquam causam esse negat manifestum erit, ubi rationes exposuerimus paucas de multis in praesentia ad hoc docendum. primum igitur impossibile erit causam imaginari, priusquam effectum eius comprehenderimus, ut effectum illius: nam tum demum cognoscimus causam esse effectus, quum illum ut effectum comprehendimus. 21. sed ne ipsum quidem effectum causae ut effectum eius comprehendere possumus, nisi causam effectus comprehenda-

---

q) *ἐν μὲν ταῖς Αἰγυπτίαις Θήβαις ὄμβροι*] in Thebaide nullas pluvias cadere, in inferiore Aegypto et ultra Thebaidem in Aethiopia copiosas et frequentissimas, notarunt praeter alios Aristides oratione Aegyptiaca t. 3 p. 567 et Cosmas Indopleustes libro 1 Cosmographiae Christianae p. 122. e recentioribus Io. Mich. Wanslebius in relatione de Aegypto, Gallice edita p. 355, Samuel Bochartus in Hierozoico t. 1 p. 1194 seq. et c. 69 itineris in Orientem Nicolaus Melchisedech Thevenotus.

P 133 r) *ἐπεὶ μετέχει*] haec verba in mss quibusdam codd. desiderantur.

s) *ἀδύνατόν ἐστι*] ita mss pro *ἔσται*.

γὰρ καὶ ὅτι ἀποτέλεσμά ἐστι αὐτοῦ, γινώσκειν δοκοῦμεν, ὅταν
τὸ αἴτιον αὐτοῦ ὡς αἴτιον αὐτοῦ καταλάβωμεν. εἰ οὖν ἵνα μὲν 22
ἐννοήσωμεν τὸ αἴτιον, δεῖ προεπιγνῶναι τὸ ἀποτέλεσμα, ἵνα δὲ
τὸ ἀποτέλεσμα γνῶμεν, ὡς ἔφην, δεῖ προεπίστασθαι τὸ αἴτιον,
ὁ διάλληλος τῆς ἀπορίας τρόπος ἄμφω δείκνυσιν ἀνεπινόητα,
μήτε τοῦ αἰτίου ὡς αἰτίου μήτε τοῦ ἀποτελέσματος ὡς ἀποτε-
λέσματος ἐπινοεῖσθαι δυναμένου· ἑκατέρου γὰρ αὐτῶν δεομένου
τῆς παρὰ θατέρου πίστεως, οὐχ ἕξομεν ἀπὸ τίνος αὐτῶν ἀρξό-
μεθα τῆς ἐννοίας. διόπερ οὐδὲ ἀποφαίνεσθαι δυνησόμεθα ὅτι 23
ἔστι τί τινος αἴτιον. ἵνα δὲ καὶ ἐννοεῖσθαι δύνασθαι τὸ αἴτιον
συγχωρήσῃ τις, ἀκατάληπτον[t]) ἂν εἶναι νομισθείη διὰ τὴν δια-
φωνίαν. ὁ μὲν γὰρ φησιν εἶναί τί τινος αἴτιον, ἤτοι ἁπλῶς καὶ
ἀπὸ μηδεμιᾶς ὁρμώμενος αἰτίας εὔλογον τοῦτό φησι λέγειν ἢ
διά τινας αἰτίας ἐπὶ τὴν συγκατάθεσιν ταύτην ἰέναι λέξει· καὶ
εἰ μὲν ἁπλῶς, οὐκ ἔσται πιστότερος τοῦ λέγοντος ἁπλῶς μηδὲν
εἶναι μηδενὸς αἴτιον· εἰ δὲ καὶ αἰτίας λέξει δι' ἃς εἶναί τινος
αἴτιον νομίζοι, τὸ ζητούμενον διὰ τοῦ ζητουμένου παριστᾶν ἐπι-
χειρήσει. ζητούντων γὰρ ἡμῶν εἰ ἔστι τί τινος αἴτιον, αὐτός,
ὡς αἰτίας οὔσης τὸ εἶναι αἴτιον[u]), αἴτιον εἶναι φησίν. καὶ ἄλ- 24
λως ἐπεὶ περὶ τῆς ὑπάρξεως τοῦ αἰτίου ζητοῦμεν, δεήσει πάν-
τως αὐτὸν καὶ τῆς αἰτίας τοῦ εἶναί τι αἴτιον αἰτίαν παρασχεῖν P 134
κἀκείνης ἄλλην καὶ μέχρις ἀπείρου. ἀδύνατον δὲ ἀπείρους αἰ-
τίας παρασχεῖν, ἀδύνατον ἄρα διαβεβαιωτικῶς ἀποφῆναι ὅτι ἔστι
τί τινος αἴτιον. πρὸς τούτοις ἤτοι ὂν καὶ ὑφεστὼς ἤδη αἴτιον 25

mus ut causam eius. tunc enim etiam effectum eius esse cognoscere nobis videmur, quando causam eius ut causam eius comprehendimus. 22. si ergo, ut causam quidem imaginemur, oportet prius cognovisse effectum; ut autem effectum cognoscamus, ut dixi, oportet praecognovisse causam, mutuus dubitationis modus ostendit ambo esse huiusmodi quae imaginari nullo modo possimus, quum neque causam ut causam neque effectum ut effectum imaginari queamus. quum enim mutuo alterum alterius confirmatione egeat, utrum ipsorum prius imaginari oporteat nesciemus. itaque nec esse aliquid alicuius causam pronuntiare poterimus. 23. ut autem etiam posse causam sub imaginationem cadere aliquis concedat, incomprehensibilis tamen propter controversiam habeatur eius existentia. nam qui dicit esse alicuius causam, aut simpliciter et a nulla causa probabili impulsum hoc se dicere aut propter aliquas causas se huic opinioni assentiri ait. et si quidem simpliciter, non erit fide dignior eo qui dicit simpliciter nihil cuiusquam esse causam: sin rationes proferet propter quas esse aliquid alicuius causam existimet, hoc quod quaeritur per alterum quod quaeritur ostendere conabitur. nam quum hoc in quaestione versetur, an quicquam cuiusquam causa sit, ipse tamquam causa sit, causam esse cur causa sit, dicet. 24. praeterea, quoniam de existentia causae quaestio a nobis agitatur, etiam causam illius causae quam attulerit ad probandum causam esse, necesse habuerit proferre, et illius rursum aliam et ita usque in infinitum. atqui impossibile est infinitas causas ostendere: impossibile est igitur asseveranter pronuntiare aliquid esse alicuius causam. 25. ad haec aut causa, quum iam est et existit causa, facit effectum,

---

t) ἀκατάληπτον] etiam si detur quod concipi possit caussae notio, non tamen comprehendi poterit caussam eiusmodi vere dari atque existere.

u) αὐτὸς ὡς αἰτίας οὔσης τὸ εἶναι αἴτιον] ita mss pro αὐτὸ ὡς αἰτίας οὔσης τοῦ εἶναι αἴτιον quod erat in editis. manuscriptis consentit etiam HStephani interpretatio.

τὸ αἴτιον ποιεῖ ἀποτέλεσμα, ἢ μὴ ὂν αἴτιον· καὶ μὴ ὂν μέν, οὐδαμῶς· εἰ δὲ ὄν, δεῖ αὐτὸ πρότερον ὑποστῆναι καὶ προγενέσθαι αἴτιον, εἶθ' οὕτως ἐπάγειν τὸ ἀποτέλεσμα, ὅπερ ὑπ' αὐτοῦ ἀποτελεῖσθαι λέγεται, ὄντος ἤδη αἰτίου. ἀλλ' ἐπεὶ πρός τι ἐστι τὸ αἴτιον καὶ πρὸς τὸ ἀποτέλεσμα, σαφὲς ὅτι μὴ δύναται τούτου ὡς αἴτιον προϋποστῆναι [x])· οὐδὲ ὂν ἄρα αἴτιον τὸ αἴτιον
26 ἀποτελεῖν δύναται τὸ οὗ ἐστιν αἴτιον. εἰ δὲ μήτε μὴ ὂν αἴτιον ἀποτελεῖ τι μήτε ὄν, οὐδὲ ἀποτελεῖ τι· διὸ οὐδὲ αἴτιον ἔσται. ἄνευ γὰρ τοῦ ἀποτελεῖν τι τὸ αἴτιον οὐ δύναται ὡς αἴτιον νοεῖσθαι. ὅθεν κἀκεῖνο λέγουσί τινες, τὸ αἴτιον ἤτοι συνυφίστασθαι δεῖ τῷ ἀποτελέσματι, ἢ προϋφίστασθαι τούτου, ἢ μετὰ τοῦτο γίγνεσθαι. τὸ μὲν οὖν λέγειν ὅτι τὸ αἴτιον εἰς ὑπόστασιν ἄγεται μετὰ τὴν γένεσιν τοῦ ἀποτελέσματος αὐτοῦ, μὴ καὶ γελοῖον ᾖ [y]). ἀλλ' οὐδὲ προϋφίστασθαι δύναται τούτου· πρὸς
27 αὐτὸ γὰρ νοεῖσθαι λέγεται. τὰ δὲ πρός τί φασιν αὐτοὶ [z]) καθ' ὃ πρός τι ἐστὶν συνυπάρχειν καὶ συννοεῖσθαι ἀλλήλοις. ἀλλ' οὐδὲ συνυφίστασθαι· εἰ γὰρ ἀποτελεστικὸν αὐτοῦ ἐστι, τὸ δὲ γινόμενον ὑπὸ ὄντος ἤδη γίνεσθαι χρή, πρότερον δεῖ τὸ αἴτιον γενέσθαι αἴτιον, εἶθ' οὕτως ποιεῖν τὸ ἀποτέλεσμα. εἰ οὖν τὸ αἴτιον μήτε προϋφίσταται τοῦ ἀποτελέσματος αὐτοῦ μήτε συνυφίσταται τούτῳ, ἀλλ' οὐδὲ πρὸ αὐτοῦ γίνεται, μήποτε οὐδὲ
28 ὑποστάσεως ὅλως μετέχει. σαφὲς δὲ ἴσως, ὅτι καὶ διὰ τούτων ἡ ἐπίνοια τοῦ αἰτίου πάλιν περιτρέπεται· εἰ γὰρ τὸ αἴτιον ὡς μὲν πρός τι οὐ δύναται τοῦ ἀποτελέσματος αὐτοῦ προεπινοηθῆ-

**aut quum non est causa. sed quum non est, nequaquam, sin quum est, oportet ipsam prius existentiam habuisse et prius fuisse causam, deinde eum inducere effectum, qui ab ipsa effici dicitur quum iam est causa. sed quoniam causa est ex iis quae referuntur ad aliquid, nempe ad effectum, non posse eam ante illum ut causam existere, manifestum est. ergo causa ne tum quidem quum est causa, efficere potest illud cuius est causa. 26. quodsi neque tum quum non est causa efficit aliquid, neque quum est, ne efficit quidem quicquam. quare ne causa quidem erit. nam causa non potest ut causa intellectu percipi, nisi efficiat aliquid. unde illud etiam dicunt nonnulli, causam aut coëxistere oportet cum effectu aut prius aut post existere. nunc vero, si quidem dicamus causam incipere existere post generationem effectus ipsius, vereor ut nimis hoc ridiculum fuerit. sed neque ante ipsum existere potest; cum ipso quippe, tamquam relatum, dicitur intellectu percipi. 27. quae enim sunt relata dicunt ipsi, quatenus relata sunt, coëxistere et simul intellectu percipi alia cum aliis. quin etiam coëxistere non potest. si enim effectiva eius est, quod autem fit, ab alio iam existente fieri oportet, causam prius esse causam, ac tum demum facere effectum necesse est. quamobrem si causa neque coëxistit cum suo effectu, neque ante neque post ipsum existit, ullone modo existentiae particeps esse possit? 28. insuper vero ex his, ni fallor, imaginationem causae rursus everti liquet; si enim causam tamquam relatum non possumus ante effectum eius imaginari, ut autem tamquam**

---

P 134 x) μὴ δύναται προϋποστῆναι] supra sect. 16. vide etiam lib. 1 contra Physicos.

y) μὴ καὶ γελοῖον ᾖ] ita mss pro εἴη.

z) φασὶν αὐτοί] notissimum apud Peripateticos Stoicosque scitum *relata esse simul natura*, in vulgaribus etiam logicorum libellis tritum decantatumque.

ναι, ἵνα δὲ ὡς αἴτιον τοῦ ἀποτελέσματος αὐτοῦ νοηθῇ, δεῖ αὐτὸ
προεπινοεῖσθαι τοῦ ἀποτελέσματος αὐτοῦ, ἀδύνατον δὲ προεπι-
νοηθῆναί τι ἐκείνου, οὗ προεπινοηθῆναί τι οὐ δύναται, ἀδύνα-
τον ἄρα ἐστὶν ἐπινοηθῆναι τὸ αἴτιον. ἐκ τούτων οὖν λοιπὸν ἐπι- 29
λογιζόμεθα ὅτι πιθανοὶ μέν εἰσιν οἱ λόγοι καθ' οὓς ὑπεμνήσα-
μεν[a]) ὡς χρὴ λέγειν αἴτιον εἶναι, πιθανοὶ δὲ καὶ οἱ παριστάν-
τες ὅτι μὴ προσήκει αἴτιον εἶναί τι ἀποφαίνεσθαι· καὶ τούτων
προκρίνειν τινὰς οὐκ ἐνδέχεται, μήτε σημεῖον μήτε κριτήριον P 135
μήτε ἀπόδειξιν ὁμολογουμένως ἡμῶν ἐχόντων, ὡς ἔμπροσθεν
παρεστήσαμεν[b])· ἐπέχειν ἀνάγκη καὶ περὶ τῆς ὑποστάσεως τοῦ
αἰτίου μὴ μᾶλλον εἶναι ἢ μὴ εἶναί τι αἴτιον λέγοντας, ὅσον ἐπὶ
τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τῶν Δογματικῶν.

## ΚΕΦ. δ'.

## Περὶ ὑλικῶν ἀρχῶν.

Περὶ μὲν οὖν τῆς δραστικῆς[c]) τοσαῦτα νῦν ἀρκέσει λελέ- 30
χθαι. συντόμως δὲ καὶ περὶ τῶν ὑλικῶν καλουμένων ἀρχῶν
λεκτέον. ὅτι τοίνυν αὗταί εἰσιν ἀκατάληπτοι, ῥᾴδιον συνιδεῖν ἐκ
τῆς περὶ αὐτῶν γεγενημένης διαφωνίας παρὰ τοῖς Δογματικοῖς.
Φερεκύδης μὲν ὁ Σύριος[d]) γῆν εἶπε τὴν πάντων εἶναι ἀρχήν,

causam effectus eius imaginemur, necesse est ut ipsam ante effectum eius imaginemur; at impossibile est imaginari quicquam ante illud, ante quod nihil imaginari possumus, impossibile certe est imaginari causam. 29. ex hac igitur ratiocinatione rursus colligimus verisimiles quidem esse rationes quibus docuimus dici debere causam esse, sed verisimiles tamen esse et illas quae ostendunt non esse pronuntiandum, quicquam esse causam. ex his autem rationibus alterutras praeferre non datur quum neque signum neque diiudicatorium neque demonstrationem de quibus constet, habeamus, ut antea docuimus. ergo ut de existentia causae assensum retineamus ac nihilo magis esse quam non esse dicamus, quantum quidem ad ea attinet quae a Dogmaticis dicuntur, necesse est.

## CAP. IV.

## De materialibus principiis.

**30.** De effectivis ergo haec dicta in praesentia sufficiant. breviter autem etiam de principiis quae materialia vocantur dicendum est. haec igitur esse incomprehensibilia promptum est perspicere ex controversia quae de iis inter Dogmaticos exstitit. Pherecydes quidem Syrius terram dixit omnium esse

a) ὑπεμνήσαμεν] supra sect. 17, 18, 19.
b) ἔμπροσθεν παρεστήσαμεν] libro 2, ubi de signo quidem sect. 104, P 135
de criterio sect. 18, de demonstratione sect. 134 seq.
c) τῆς δραστικῆς] scil. ἀρχῆς, de causa sive principio efficiente. quae hinc de principiis physicis materialibus et diversis philosophorum, quaenam illa sint, opinionibus subiungit, latius exposita videre licet lib. 1 contra Physicos sect. 359 seq. et lib. 2.
d) Φερεκύδης μὲν ὁ Σύριος] Hermias in irrisione gentilium c. 12 Φερεκύδης μὲν ἀρχὰς εἶναι λέγων Ζῆνα καὶ Χθονίην καὶ Κρόνον. Ζῆνα μὲν τὸν αἰθέρα, Χθονίην δὲ τὴν γῆν, Κρόνον δὲ τὸν χρόνον. ὁ μὲν αἰθὴρ (ignis) τὸ ποιοῦν, ἡ δὲ γῆ τὸ πάσχον, ὁ δὲ χρόνος ἐν ᾧ τὰ γινόμενα. parum verisimilia sunt quae ad hunc locum commentatur praestantissimus Galeus, et male apud Damascium pro Ζῆνα legas ζῶντα

*Θάλης*[e]) *δὲ ὁ Μιλήσιος ὕδωρ, Ἀναξίμανδρος*[f]) *δὲ ὁ ἀκουστὴς τούτου τὸ ἄπειρον, Ἀναξιμένης*[g]) *δὲ καὶ Διογένης*[h]) *ὁ Ἀπολλωνιάτης ἀέρα, Ἵππασος*[i]) *δὲ ὁ Μεταποντῖνος πῦρ, Ξενοφάνης*[k]) *δὲ ὁ Κολοφώνιος γῆν καὶ ὕδωρ, Οἰνοπίδης*[l]) *δὲ ὁ Χῖος πῦρ καὶ ἀέρα, Ἵππων*[m]) *δὲ ὁ Ῥηγῖνος πῦρ καὶ ὕδωρ, Ὀνομάκριτος*

**principium, Thales Milesius aquam, Anaximander huius auditor infinitum, Anaximenes et Diogenes Apolloniates aërem, Hippasus autem Metapontinus ignem, at Xenophanes Colophonius terram et aquam, Oenopides Chius ignem et aërem, Hippon Rheginus ignem et aquam, Onomacritus vero in Orphicis**

---

*ἕνα* quod ad Adamum vir ille doctus refert. alia Menagius notis ad Laërtii lib. 1 c. 119. fallitur etiam Achilles Tatius c. 3 Isagoges in Aratum qui Pherecydem ait idem sensisse cum Thalete et aquam omnium rerum principium constituisse.

e) *Θάλης*] Origenes in Philosophumenis cap. 1 de Thalete: *οὗτος ἔφη ἀρχὴν τοῦ παντὸς εἶναι καὶ τέλος τὸ ὕδωρ· ἐκ γὰρ αὐτοῦ τὰ πάντα συνίστασθαι πηγνυμένου καὶ πάλιν διεμένου, ἐπιφέρεσθαί τε αὐτῷ τὰ πάντα*, ad quem locum vide si placet quae annotavit doctissimus collega et amicus noster Io. Christophorus Wolfius. conferri etiam potest Vitruvius lib. 8 praefat. Heraclitus in allegoriis Homericis.

f) *Ἀναξίμανδρος*] s. Irenaeus 2 19 *Anaximander hoc quod immensum est omnium initium subiecit, seminaliter habens in semet ipso omnium genesin, ex quo immensos mundos constare ait.* plura viri docti ad Laërtium lib. 2 c. 1, ex quibus disces etiam Anaximandrum Milesium Milesii Thaletis non modo auditorem sive ut Cicero vocat sodalem, sed *διάδοχον* quoque ac successorem fuisse.

g) *Ἀναξιμένης*] Plutarchus lib. 1 de placitis Philosophor. c. 3, Iustinus Martyr paraenetico ad Graecos, Clemens Alex. Protreptico p. 42, Cicero Lucullo c. 37 *Thales unus e septem, cui sex reliquos consensisse primos ferunt, ex aqua dixit constare omnia. at hoc Anaximandro populari et sodali suo non persuasit; is enim infinitatem naturae dixit esse e qua gigneretur. post eius auditor Anaximenes infinitum aëra, sed ea quae ex eo orirentur definita*, adde lib. 2 de natura Deorum c. 10 et Desiderium Heraldum lib. 2 Adversariorum cap. 12 et 13, observationes selectas Hallenses 2 19.

h) *Διογένης*] Anaximenem praeceptorem suum secutus, ut praeter scriptores viris doctis ad Laërtium 9 57 laudatos notant noster infra 1 contra Physicos et Simplicius in 3 Physicor. Stobaeus Eclog. Physic. c. 13 p. 27. ambos respicit Claudianus in consulatum Mallii Theodori vers. 71

Namque aliis princeps rerum disponitur aër,
hic confidit aquis, hic procreat omnia flammis.

i) *Ἵππασος*] Stobaeus loco laudato: *Ἡράκλειτος καὶ Ἵππασος ἀρχὴν τῶν ἁπάντων τὸ πῦρ, πρῶτον μὲν γὰρ τὸ παχυμερέστερον εἰς αὐτὸ συστελλόμενον γίγνεται γῆ, ἔπειτα ἀναχαλωμένην τὴν ὑπὸ πυρὸς φύσει ὕδωρ ἀποτελεῖσθαι, ἀναθυμιώμενον δὲ ἀέρα γίγνεσθαι, πάλιν δὲ κόσμον καὶ τὰ σώματα πάντα ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀναλοῦσθαι ἐν τῇ ἐκπυρώσει.* eadem ex Plutarcho Eusebius 14 14 de Praeparat. Evangel. apud Galenum t. 4 edit. Basil. male *Ἱππείας ὁ Μεταπόντιος* pro *Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος*.

k) *Ξενοφάνης*] exstat eius versus: *πάντες γὰρ γαίης τε καὶ ὕδατος ἐκγενόμεσθα*, quem laudat noster 1 contra Physicos sect. 361, quamquam Laërtius 9 19 scribit eum quattuor rerum *στοιχεῖα* sive elementa admisisse.

l) *Οἰνοπίδης*] idem testatur Sextus loco libri adversus Physicos laudato. de Oenopide ipso astronomo insigni atque inter Pythagoricos celebratissimo dixi lib. 2 Bibliothecae Graecae capite 13. apud Galenum loco laudato male *Οἰνοπίων*.

m) *Ἵππων*] Alexander Aphrodiseus in 1 Metaphys. p. 12 *Hippon fer-*

δὲ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς[n]) πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν· οἱ δὲ περὶ τὸν P 130
Ἐμπεδοκλέα[o]) πρὸς τοῖς Στωϊκοῖς[p]) πῦρ ἀέρα ὕδωρ γῆν — 31
περὶ γὰρ τῆς τερατολογουμένης ἀποίου παρά τισιν ὕλης[q]), ἣν οὐδὲ αὐτοὶ καταλαμβάνειν διαβεβαιοῦνται, τί δεῖ καὶ λέγειν; — οἱ δὲ περὶ Ἀριστοτέλη[r]) τὸν Περιπατητικὸν πῦρ ἀέρα ὕδωρ γῆν

ignem et aquam et terram. 31. Empedocles autem et Stoici ignem aërem aquam terram — nam de materia qualitatis experte quae a nonnullis prodigioso quodam modo fingitur, quam ne ipsi quidem comprehendere se inquiunt, quid attinet verba facere? — Aristoteles autem Peripateticus ignem

---

*tur posuisse pro principio simpliciter humidum* τὸ ὑγρόν *indeterminate, non explicans aquane sit, ut Thales, an aër ut Anaximenes et Diogenes.* aquam habuisse pro principio scribit etiam Simplicius in 1 Phys. pluribus locis, et Hermias ὕδωρ γονοποιόν. auctor historiae philosophicae quae inter Galeni opera legitur: Ἵππων ὁ Ῥηγῖνος πῦρ καὶ ὕδωρ. eadem noster 1 contra Physicos. Origenes in Philosophumenis: Ἵππων ὁ Ῥηγῖνος ἀρχὰς ἔφη ψυχρὸν τὸ ὕδωρ καὶ θερμὸν τὸ πῦρ. fallitur igitur auctor allegoriarum in Theogoniam Hesiodi scribens terram ab Hippone pro primo principio habitam. ὁ μὲν τὸ πῦρ τιθεὶς πρεσβυγενέστερον τῶν ἄλλων, ὁποῖος Ἡράκλειτος, ὁ δὲ τὴν γῆν, ὡς Ἵππων ὁ ἄθεος. auctorem hunc sequitur Gassendus t. 1 Opp. et Hallenses t. 2 Observat. Aristoteles vero hanc sententiam quae ut Lucretii verbis utar terram putat *creare omnia et in rerum naturae vertier omnes*, tribuit non Hipponi, sed Hesiodo, vetustamque et a vulgo receptam notat lib. 1 Metaphysicor. cap. 7.

n) Ὀνομάκριτος ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς] spectant huc versus quos sub Orphei nomine laudat Clemens Alex. 6 Strom. p. 624 P 130

Ἔστιν ὕδωρ ψυχῇ, θάνατος δ' ὑδάτεσσιν ἀμοιβή,
ἐκ δ' ὕδατος γαίη, τὸ δὲ ἐκ γαίης πάλιν ὕδωρ,
ἐκ τοῦ δὲ ψυχὴ ὅλον αἰθέρα ἀλλάσσουσα.

Onomacritus hic est Atheniensis χρησμολόγος quem ab Hipparcho Pisistrati filio Athenis eiectum scribit Herodotus 7 6, quod Musaei χρησμοῖς versus quosdam inseruisset. similiter sub Orphei nomine etiam vulgasse poëmata tradit idem Clemens 1 Strom. p. 332 καὶ μὴν Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι.

o) οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα] versus Empedoclis vide si placet in Sexti libro 1 adversus Physicos sect. 362, quibus hosce alios Clementis lib. 6 Strom. p. 624 magis etiam perspicuos adiunges:

Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε,
πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖαν ἰδ' αἰθέρος ἄπλετον ὕψος,
ἐκ γὰρ τῶν, ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἔσσεται, ὅσσα τ' ἔασιν.

p) πρὸς τοῖς Στωϊκοῖς] vide Laërtium 7 136. Achilles Tatius: καλῶς ἂν ἔχοι πείθεσθαι τῷ Χρυσίππῳ φήσαντι, ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων τὴν σύστασιν τῶν ὅλων γεγονέναι.

q) ἀποίου ὕλης] est hoc etiam dogma quorumdam Stoicorum qui ante quattuor elementa ponebant materiam informem ex qua fuerint illa a deo producta. idem Tatius: Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ἀρχὴν εἶναι λέγει τῶν ὅλων θεὸν καὶ ὕλην, ἀφ' ὧν τὰ τέσσαρα στοιχεῖα γεγονέναι. hinc explicanda illa Laërtii 7 137 τὰ δὴ τέτταρα στοιχεῖα εἶναι ὁμοῦ τὴν ἄποιον οὐσίαν τὴν ὕλην. confer quae de Stoicorum materia prima Lipsius lib. 2 Physiolog. diss. 2 et de quattuor elementis diss. 11.

r) Ἀριστοτέλη] ita mss et hoc loco et lib. 1 contra Matth. sect. 2 pro Ἀριστοτέλην quod est Atticum. nota etiam Aristotelem ipsum Peripateticum dici a quo Peripatetici nomen tulerunt. Laërtius 5 2 de Aristotele: ἐλθόντα δὴ αὐτὸν καὶ θεασάμενον ὑπ' ἄλλῳ τὴν σχολὴν ἑλέσθαι περίπατον τὸν ἐν Λυκείῳ καὶ μέχρι μὲν ἀλείμματος ἀνακάμπτοντα τοῖς μαθηταῖς συμφιλοσοφεῖν, ὅθεν περιπατητικὸν προσαγορευθῆναι.

32 τὸ κυκλοφορητικὸν [s]) σῶμα, Δημόκριτος δὲ καὶ Ἐπίκουρος [t]) ἀτόμους, Ἀναξαγόρας [u]) δὲ ὁ Κλαζομένιος ὁμοιομερείας, Διόδωρος [x]) δὲ ἐπικληθεὶς Κρόνος ἐλάχιστα καὶ ἀμερῆ σώματα, Ἡρακλείδης [y]) δὲ ὁ Ποντικὸς καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Βιθυνὸς [z]) ἀνάρμους

aërem aquam terram et in orbem versatile corpus, 32. Democritus autem et Epicurus atomos, Anaxagoras Clazomenius homoeomerias, Diodorus qui vocatus fuit Cronus minima et insecabilia corpora, Heraclides Ponticus et Asclepiades Bithynus incompositas moles, Pythagoras numeros, Mathematici

---

s) κυκλοφορητικὸν] idem Laërtius 5 32. confer Aristotelem ipsum libro 3 de Coelo. haec est quinta essentia in Peripateticorum scholis decantata σῶμα αἰθέριον ἀμετάβλητον, Plutarch. lib. 1 c. 3 de placitis Physicorum. vide Coteleriun ad Clementis recognitiones 8 15.

t) Δημόκριτος δὲ καὶ Ἐπίκουρος] neque hi ambo plane inter se consensere circa atomorum quibus omnia constare volebant naturam; nam Epicurus omnes minimas atomos, Democritus nonnullas saltem maiores statuebat, ut notat Didymus apud Eusebium 14 23 Praepar. Democritus ut vel ex Augustini epistola 56 (edit. nov. 118.) ad Dioscorum constat, docuit atomos animatas quae interno impulsu se ipsas agerent et quasi verbere caeco concitarent, Epicurus motum atomorum ab externa aliarum incursione suspendit, nisi quod tribuit illis quandoque declinationem. omitto alia quae videri possunt in Rad. Cudworthi systemate intellectuali Universi, qui veterum philosophorum placita de atomis, corporum principiis, diligentissime excussit, atque in Petri Gassendi commentariis ad Epicuri philosophiam. atomos *corpusculorum* nomine primus expressit C. Amafanius Epicureus, quem primum de philosophia latine scripsisse testatur Cicero 1 Academ. quaest. cap. 2 et lib. 4 Tusculan. quaest. cap. 3.

u) Ἀναξαγόρας] eius ὁμοιομερῆ στοιχεῖα sive elementa tot quot sunt res, confutat Aristoteles 3 4 de Coelo, lib. 1 Physic. c. 4 et lib 1 Metaphys. c. 7 et Lucretius lib. 1 vers. 830 seq. ad quem vide quae viri docti, quemadmodum et ad Laërtii 2 8 et ad Origenis Philosophumena amicus et collega noster coniunctissimus Io. Christophorus Wolfius. homogenea Anaxagorae elementa Chalcidius p. 291 vertit *eadem similia*, Rufinus *aequalitates partium*, satis obscure, in Clementis recognitionibus 8 15.

x) Διόδωρος] Eusebius p. 773 Praeparat. Evangel. Stobaeus in eclogis Physicis p. 28, Clemens 8 15 recognitionum, Chalcidius p 291 et noster infra lib. 1 adversus Physicos. nihil autem aliud fuere Diodori haec ἐλάχιστα et ἀμερῆ σώματα quam atomi Epicuri, quemadmodum nec Ecphanti Syracusani Pythagorici ἀδιαίρετα σώματα apud Stobaeum, vel Xenocratis μεγέθη ἀδιαίρετα de quibus Cudworthus in libro laudato p. 16. Empedoclis θραύσματα [ἐλάχιστα priora elementis, Heracliti ψηγμάτια ἐλάχιστα καὶ ἀμερῆ [apud Plutarchum lib. 1 de Placitis c. 13, Platonis γόμφοι sive cuneoli de quibus Chalcidius p. 291.]

y) Ἡρακλείδης] Dionysius [Alex. apud Eusebium 14 23 Praeparat. Evangel. καὶ τούτων φασὶ τῶν ἀμερῶν ὀνοματοποιὸν Διόδωρον γεγονέναι, ὄνομα δέ φασιν αὐτοῖς ἄλλο Ἡρακλείδης θέμενος ἐκάλεσεν ὄγκους, παρ' οὗ καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ ἰατρὸς ἐκληρονόμησεν ὄνομα.] Heraclidis Pontici et Asclepiadis opinionem tangit Sextus etiam 2 contra Physicos sect. 318.

z) Ἀσκληπιάδης ὁ [Βιθυνός] medicum intelligit Pompeii tempore clarum Romae, de quo etiam Eusebius iam allato loco. Coelius Aurelianus lib. 1 acutarum passionum c. 14 quod est adversus Asclepiadem: *primordia corporis prima constituerat atomos, corpuscula intellectu sensa, sine ulla qualitate solita atque ex initio comitata, aeternum se moventia, quae suo incursu offensa mutuis ictibus in infinita partium fragmenta solvantur, magnitudine atque schemate differentia, quae rursum eundo sibi*

ὄγκους, οἱ δὲ περὶ Πυθαγόραν [a]) τοὺς ἀριθμούς, οἱ δὲ Μαθημα- P 137
τικοὶ [b]) τὰ πέρατα τῶν σωμάτων, Στράτων [c]) δὲ ὁ φυσικὸς τὰς 33
ποιότητας. τοσαύτης τοίνυν καὶ ἔτι πλείονος διαφωνίας γεγενημένης περὶ τῶν ὑλικῶν ἀρχῶν παρ' αὐτοῖς ἤτοι πάσαις συγκαταθησόμεθα ταῖς κειμέναις στάσεσι καὶ ταῖς ἄλλαις [d]) ἤ τισιν. ἀλλὰ πάσαις μὲν οὐ δυνατόν· οὐ γὰρ δήπου δυνησόμεθα καὶ τοῖς περὶ Ἀσκληπιάδην συγκατατίθεσθαι θραυστὰ εἶναι τὰ στοιχεῖα λέγουσι καὶ ποιά [e]), καὶ τοῖς περὶ Δημόκριτον ἄτομα ταῦτα εἶναι φάσκουσι καὶ ἄποια, καὶ τοῖς περὶ Ἀναξαγόραν πᾶσαν αἰ-
σθητὴν [f]) ποιότητα περὶ ταῖς ὁμοιομερείαις ἀπολείπουσιν. εἰ δὲ 34

**extremitates corporum; at Straton physicus qualitates. 33. quum ergo tanta et maior etiam inter eos de materialibus principiis controversia fuerit, aut omnibus assentiemur discrepantiis quae positae sunt et caeteris quoque aut aliquibus. sed omnibus quidem possibile non est; non enim poterimus et Asclepiadi assentiri, qui dicit elementa frangibilia esse et qualitate certa praedita, et Democrito, qui atoma sive individua haec esse dicit et qualitatis expertia, et Anaxagorae, qui omnem sensibilem qualitatem circa homoeomerias**

---

*adiecta vel coniuncta omnia faciant sensibilia, vim in semet mutationis habentia aut per magnitudinem sui, aut per multitudinem, aut per schema, aut per ordinem.* de hoc Asclepiade multa apud Galenum qui eius *ἄναρμα στοιχεῖα* et *Ἀσκληπιαδείους ὄγκους* passim perstringit ac confutat, ut notavi in Bibliotheca Graeca lib. 4 cap. 17. vide etiam sis Sextum nostrum lib. 2 adversus Logicos sect. 220, lib. 1 adversus Phys. sect. 363.

*a*) οἱ δὲ περὶ Πυθαγόραν] Arnobius adversus gentes lib. 2 p. 48 *qui causam in numeris ponit, non Pythagorae Samio, non Archytae adstipulatur?* plura noster infra cap. 18, ubi dicta, si placet, vide.

*b*) οἱ Μαθηματικοί] Geometrae quidam. quae autem hoc loco et lib. 1 adversus Physicos sect. 363 *τὰ πέρατα τῶν σωμάτων* appellat, eadem lib. 2 vocat *τὰ ἐπίπεδα σχήματα.* auctor recognitionum quae Clementi Romano tribuuntur, lib. 8 cap. 15 *fines*, hoc est constituentes superficierum extrema atomos schemate ac magnitudine differentes. sed iuvat Clementis locum integrum adscribere, cum caeteras etiam plerasque sententias tangat Sexto nostro memoratas: *Graecorum philosophi de principiis mundi quaerentes alius alia incessit via. denique Pythagoras elementa principiorum numeros esse dicit, Callistratus qualitates, Alcmaeon contrarietates, Anaximandrus immensitatem, Anaxagoras aequalitates partium,* P 137
*Epicurus atomos, Diodorus ἀμερῆ, hoc est ex his in quibus partes non sunt, Asclepiades ὄγκους, quod nos tumores vel elationes possumus dicere,* Geometrae fines, *Democritus ideas, Thales aquam, Parmenides terram, Zenon Empedocles Plato ignem aërem aquam terram. Aristoteles etiam quintum introducit elementum quod ἀκατονόμαστον, id est incompellabile nominavit, sine dubio illum indicans, qui in unum quattuor elementa coniungens mundum fecerit.*

*c*) Στράτων] in iam laudato Clementis loco: *Callistratus qualitates,* ubi non dubito Stratonis nomen pro Callistrato esse reponendum. apud Stobaeum vero in Eclogis Physicis p. 27 Strato dicitur principia naturalia posuisse *στοιχεῖα καὶ ψυχρόν*, quod frigidum mihi videtur et ineptum. fortasse scripserat Stobaeus *στοιχεῖα, θερμὸν καὶ ψυχρόν*, hae enim sunt *ποιότητες*. in historia philosophica Galeno tributa iisdem verbis et eodem ordine quo apud Sextum nostrum legas quae a Democrito ad Stratonem usque rettulit, ut necesse sit illa ex nostro descripta esse.

*d*) καὶ ταῖς ἄλλαις] ita mss pro *ταῖς ὕλαις*. ait nempe assentiendum esse non modo his quae rettulit, sed etiam aliis quas omisit referre philosophorum opinionibus. ita legit etiam in codice suo HStephanus, ut ex eius interpretatione apparet.

*e*) θραυστὰ καὶ ποιά] ita legendum utique pro *τοῖα* quod habebant editi.

*f*) αἰσθητήν] mss Savil. *αἰσθητικὴν* male.

τινα στάσιν τῶν ἄλλων προκρινοῦμεν, ἤτοι ἁπλῶς καὶ ἄνευ ἀπο-
δείξεως προκρινοῦμεν ἢ μετὰ ἀποδείξεως. ἄνευ μὲν οὖν ἀποδεί-
ξεως οὐ συνθησόμεθα· εἰ δὲ μετὰ ἀποδείξεως, ἀληθῆ δεῖ τὴν
ἀπόδειξιν εἶναι. ἀληθὴς δὲ οὐκ ἂν δοθείη μὴ οὐχὶ κεκριμένη
κριτηρίῳ ἀληθεῖ· ἀληθὲς δὲ κριτήριον εἶναι δείκνυται δι' ἀπο-
35 δείξεως κεκριμένης. εἰ τοίνυν, ἵνα μὲν ἡ ἀπόδειξις g) ἡ προκρί-
νουσά τινα στάσιν ἀληθὴς εἶναι δειχθῇ, δεῖ τὸ κριτήριον αὐτῆς
ἀποδεδεῖχθαι, ἵνα δὲ τὸ κριτήριον ἀποδειχθῇ, δεῖ τὴν ἀπόδειξιν
αὐτοῦ προκεκρίσθαι, ὁ διάλληλος εὑρίσκεται τρόπος, ὃς οὐκ
ἐάσει προβαίνειν τὸν λόγον, τῆς μὲν ἀποδείξεως ἀεὶ κριτηρίου
δεομένης ἀποδεδειγμένου, τοῦ κριτηρίου δὲ ἀποδείξεως κεκριμέ-
36 νης. εἰ δὲ ἀεὶ τὸ κριτήριον κριτηρίῳ κρίνειν καὶ τὴν ἀπόδειξιν
δι' ἀποδείξεως ἀποδεικνύναι βούλοιτό τις, εἰς ἄπειρον ἐμβληθή-
σεται. εἰ τοίνυν μήτε πάσαις ταῖς περὶ στοιχείων στάσεσι δυνά-
μεθα συγκατατίθεσθαι μήτε τινὶ τούτων, ἐπέχειν προσήκει περὶ
37 αὐτῶν. δυνατὸν μὲν οὖν ἴσως ἐστὶ καὶ διὰ τούτων μόνων ὑπο-
μιμνήσκειν τὴν τῶν στοιχείων καὶ τῶν ὑλικῶν ἀρχῶν ἀκαταλη-
ψίαν. ἵνα δὲ ἀμφιλαφέστερον τοὺς Δογματικοὺς ἐλέγχειν ἔχω-
μεν, ἐνδιατρίψωμεν h) συμμέτρως τῷ τόπῳ. καὶ ἐπεὶ πολλαὶ καὶ
σχεδὸν ἄπειροί τινές εἰσιν αἱ περὶ στοιχείων δόξαι, καθὰς
P 138 ὑπεμνήσαμεν, τὸ μὲν πρὸς ἑκάστην λέγειν ἰδικῶς νῦν παραιτησό-
μεθα διὰ τὸν χαρακτῆρα τῆς συγγραφῆς i)· δυνάμει δὲ πρὸς
πάσας ἀντεροῦμεν. ἐπεὶ γὰρ ἣν ἐάν*) τις εἴπῃ περὶ στοιχείων

relinquit. 34. sin aliquam harum discrepantiarum aliis ex iudicio nostro praeferemus, aut simpliciter et absque demonstratione illam praeferemus aut cum demonstratione. sed nos absque demonstratione non assentiemur, sin demonstrationem afferamus, veram oportet esse demonstrationem. sed vera non concedatur esse, nisi iudicata iudicatorio vero; at iudicatorium verum esse ostenditur per demonstrationem iudicatam. 35. si ergo, ut demonstratio quidem quae anteponit aliquam opinionem ab aliis dissidentem, vera esse ostendatur, oportet iudicatorium eius esse demonstratum; ut autem iudicatorium demonstretur, oportet demonstrationem eius ante iudicatam esse: vitiosus unum mutuo per alterum probandi modus comperitur, qui progredi non sinet orationem, quum demonstratio quidem semper egeat criterio demonstrato, criterium autem demonstratione iudicata. 36. quodsi semper criterium alio criterio sive iudicatorio iudicare et demonstrationem demonstratione demonstrare velit aliquis, ad infinitum compelletur. si ergo neque omnibus controversis opinionibus de elementis possumus assentiri neque alicui harum, de illis assensum retineamus necesse est. 37. et possent quidem fortasse haec sola satis superque esse ad ostendendam elementorum et materialium principiorum incomprehensibilitatem: ut tamen ampliorem refellendi Dogmaticos materiam habeamus, paulisper huic loco immorabimur. et quoniam multae ac propemodum infinitae sunt de elementis opiniones, quemadmodum docuimus, adversus unamquamque disputare sigillatim nunc supersedebimus propter rationem instituti hoc in scripto nobis propositi; quod tamen dicemus, ad omnes refutandas valebit. quoniam enim quamcumque alicuius sectae controversam de

g) ἵνα μὲν ἡ ἀπόδειξις] cavillationis genus nostro solenne, vide lib. 2 sect. 183.

h) ἐνδιατρίψομεν] mss Vratislav. ἐνδιατρίψωμεν [quod recepimus.]

P 138 i) διὰ τὸν χαρακτῆρα τῆς συγγραφῆς] qui est brevitati studere, ut iam saepius innuit.

[*) immo ἄν]

στάσιν, ἤτοι ἐπὶ σώματα κατενεχθήσεται ἢ ἐπὶ ἀσώματα, ἀρκεῖν ἡγούμεθα ὑπομνῆσαι ὅτι ἀκατάληπτα μέν ἐστι τὰ σώματα, ἀκατάληπτα δὲ τὰ ἀσώματα· διὰ γὰρ τούτου σαφὲς ἔσται ὅτι καὶ τὰ στοιχεῖα ἔσται ἀκατάληπτα.

## ΚΕΦ. ε'.

### Εἰ καταληπτὰ τὰ σώματα.

Σῶμα τοίνυν λέγουσιν εἶναί τινες ὃ οἷόν τε ποιεῖν ἢ πά- 38
σχειν [k]). ὅσον δὲ ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐπινοίᾳ ἀκατάληπτόν ἐστι τοῦτο· τὸ μὲν γὰρ αἴτιον ἀκατάληπτόν [l]) ἐστι, καθὼς ὑπεμνήσαμεν. μὴ ἔχοντες δὲ εἰπεῖν, εἰ ἔστι τι αἴτιον, οὐδὲ εἰ ἔστι τι πάσχον εἰπεῖν δυνάμεθα· τὸ γὰρ πάσχον πάντως ὑπὸ αἰτίου πάσχει. ἀκαταλήπτου δὲ ὄντος καὶ τοῦ αἰτίου καὶ τοῦ πάσχοντος, διὰ ταῦτα ἀκατάληπτον ἔσται καὶ τὸ σῶμα. τινὲς δὲ σῶμα εἶναι λέ- 39
γουσι τὸ τριχῇ διαστατὸν [m]) μετὰ ἀντιτυπίας. σημεῖον [n]) μὲν γάρ φασιν οὗ μέρος οὐθέν, γραμμὴν δὲ μῆκος ἀπλατές, ἐπιφάνειαν δὲ μῆκος μετὰ πλάτους. ὅταν δὲ αὐτὴ καὶ βάθος προσλάβῃ καὶ ἀντιτυπίαν [o]), σῶμα εἶναι, περὶ οὗ νῦν ἡμῖν ἐστιν ὁ λόγος, συνεστὼς ἔκ τε μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους καὶ ἀντιτυπίας.

elementis opinionem protulerit, aut ad corpora deveniet aut incorporea, satis esse existimamus docere incomprehensibilia esse corpora, incomprehensibilia item esse incorporea, per hoc enim etiam elementa fore incomprehensibilia perspicuum erit.

## CAP. V.

### An comprehensibilia sint corpora.

38. Corpus itaque dicunt esse quidam quod potest agere aut pati. quantum igitur ad hanc notionem, incomprehensibile est ipsum; causa enim incomprehensibilis est, ut docuimus. quum autem dicere nequeamus an aliquid sit causa, nec an sit aliquid quod patiatur dicere possumus. nam quod patitur a causa patiatur necesse est. quum autem etiam causa incomprehensibilis sit, et incomprehensibile id quod patitur, propterea incomprehensibile erit etiam corpus. 39. nonnulli autem corpus esse dicunt quod tres habet dimensiones cum resistendi vi; punctum enim dicunt cuius pars nulla, lineam autem longitudinem latitudine carentem, superficiem vero longitudinem cum latitudine. quum autem haec etiam profunditatem praeterea acceperit et resistendi vim, corpus esse de quo nunc a nobis fit mentio constans ex longitudine et latitudine et profunditate et resistendi vi. 40. sed facilis profecto et

---

k) ὃ οἷόν τε ποιεῖν ἢ πάσχειν] ut tangere et tangi. vide lib. 1 adversus Physicos sect. 258 et 366, ubi disces hanc definitionem corporis deberi Pythagorae. ex eodem loco manifestum est in editis male hic fuisse: ὃ οἴονται pro ὃ οἷόν τε.

l) αἴτιον ἀκατάληπτον] supra hoc libro sect. 20 seq.

m) τὸ τριχῇ διαστατὸν] Geometris frequentata haec corporis definitio supra lib. 2 sect. 30 et contra Geometras sect. 55. vide et infra sect. 152.

n) σημεῖον] notissimae ex Euclide Geometrarum definitiones.

o) ἀντιτυπίαν] hanc omittit 2 Pyrrhon. sect. 30 et lib. adversus Geometras alicubi, et primo adversus Physicos. debet autem addi necessario, utpote propria corpori, 2 contra Physic. sect. 12, quoniam etiam in spatio inani potest longitudo latitudo et profunditas intelligi, quod tamen corpus non est, quoniam ἀντιτυπίᾳ sive soliditate caret, atque ei

40 εὐμαρὴς*) μέντοι καὶ ὁ πρὸς τούτους λόγος· τὸ γὰρ σῶμα ἤτοι
οὐδὲν παρὰ ταῦτα εἶναι λέξουσιν ἢ ἕτερόν τι παρὰ τὴν συνέ-
λευσιν τῶν προειρημένων. καὶ ἔξωθεν μὲν τοῦ μήκους τε καὶ
τοῦ πλάτους καὶ τοῦ βάθους καὶ τῆς ἀντιτυπίας οὐδὲν ἂν εἴη
τὸ σῶμα. εἰ δὲ ταῦτά ἐστι τὸ σῶμα, ἐὰν δείξῃ τις ὅτι ἀνύπαρ-
κτά ἐστιν, ἀναιροίη ἂν καὶ τὸ σῶμα· τὰ γὰρ ὅλα συναναιρεῖ-
ται τοῖς ἑαυτῶν πᾶσι μέρεσι. ποικίλως μὲν οὖν ἔστι ταῦτα ἐλέγ-
P 139 χειν· τὸ δὲ νῦν ἀρκέσει λέγειν ὅτι εἰ ἔστι τὰ πέρατα, ἤτοι
41 γραμμαί εἰσιν ἢ ἐπιφάνειαι ἢ σώματα. εἰ μὲν οὖν ἐπιφάνειάν
τινα ἢ γραμμὴν εἶναι λέγοι τις, καὶ τῶν προειρημένων ἕκαστον
ἤτοι κατὰ ἰδίαν ὑφεστάναι δύνασθαι λεχθήσεται ἢ μόνον περὶ
τοῖς λεγομένοις σώμασι θεωρεῖσθαι. ἀλλὰ καθ' ἑαυτὴν μὲν ὑπάρ-
χουσαν ἤτοι γραμμὴν ἢ ἐπιφάνειαν ὀνειροπολεῖν ἴσως εὔηθες·
εἰ δὲ περὶ τοῖς σώμασι θεωρεῖσθαι λέγοιτο μόνον καὶ μὴ καθ'
ἑαυτὸ p) ὑφεστάναι τούτων ἕκαστον, πρῶτον μὲν αὐτόθεν δο-
θήσεται τὸ μὴ ἐξ αὐτῶν γεγονέναι τὰ σώματα· ἐχρῆν γάρ, οἶ-
μαι, ταῦτα πρότερον ὑπόστασιν καθ' ἑαυτὰ ἐσχηκέναι, καὶ οὕ-
42 τως συνελθόντα πεποιηκέναι τὰ σώματα. εἶτα οὐδὲ ἐν τοῖς κα-
λουμένοις σώμασιν ὑφέστηκε. καὶ τοῦτο διὰ πλειόνων μέν ἐστιν
ὑπομιμνήσκειν· ἀρκέσει δὲ νῦν q) τὰ ἐκ τῆς ἁφῆς ἀπορούμενα
λέγειν. εἰ γὰρ ἅπτεται ἀλλήλων τὰ παρατιθέμενα σώματα, τοῖς
πέρασιν αὐτῶν οἷον ταῖς ἐπιφανείαις ψαύει ἀλλήλων. αἱ οὖν ἐπι-
φάνειαι r) ὅλαι μὲν δι' ὅλων ἀλλήλαις οὐχ ἑνωθήσονται κατὰ

ad hos responsio; nam aut corpus nihil praeter haec esse dicent, aut aliud quiddam praeter concursum supra dictorum. et extra longitudinem quidem et latitudinem et profunditatem et resistendi vim nihil esse possit corpus. si autem haec sunt corpus et ostendat aliquis haec inexistentia esse, etiam corpus tollat necesse est: nam tota sublatis omnibus suis partibus tolluntur. quum autem variis modis haec liceat refellere, in praesentia his contenti erimus, ut dicamus, si sunt extremitates, eas aut lineas esse aut superficies aut corpora. 41. si igitur superficiem aliquam aut lineam esse dicat aliquis, etiam unumquodque supra dictorum aut seorsum subsistere posse dicetur aut solum circa ea quae corpora dicuntur cerni. sed per se quidem exsistentem aut lineam aut superficiem nemo sanae mentis, ut opinor, somniaverit. si autem in corporibus cerni tantum dicantur et per se ipsum non subsistere horum unumquodque, primum quidem ex hoc ipso concedetur corpora ex illis facta non fuisse; oportebat enim, credo, haec prius subsistentiam per se habuisse ac tum demum, quum in unum convenissent, fecisse corpora. 42. praeterea autem ne in iis quidem quae corpora vocantur subsistunt. quod quum pluribus doceri possit, eas quae ex tactu afferri possunt dubitationes proponere satis erit; si enim corpora sibi invicem iuncta a se mutuo tanguntur, extremitatibus suis nimirum superficiebus mutuo tanguntur. ergo superficies totae

---

vicissim εἶξις est per naturam adiuncta, ut notat noster lib. 2 contra Phys. sect. 222. est vero ἀντίτυπον quod tactui quomodocumque resistit et tangi potest, κοινὸν γένος τῶν ἁπτῶν, ut ex Philopono ad Aristotelis secundum de anima Suidas in ἀντιτυπῆσαι. confer infra sect. 45 et adversus Geometras sect. 56 seq.

[*) legebatur εὐμερὴς]

P 139 p) καὶ μὴ καθ' ἑαυτό] ita mss recte pro καὶ καθ' ἑαυτό.

q) ἀρκέσει δὲ νῦν] ita mss pro ἀρκέσει δὲ τὰ νῦν.

r) αἱ οὖν ἐπιφάνειαι] conferendus adversus Geometras liber et primus adversus Physicos.

τὴν ἁφήν, ἐπεὶ σύγχυσις ἔσται ἡ ἁφὴ καὶ ὁ χωρισμὸς τῶν
ἁπτομένων διασπασμός, ὅπερ οὐ θεωρεῖται. εἰ δὲ ἄλλοις μέρε- 43
σιν ἡ ἐπιφάνεια ἅπτεται τῆς τοῦ παρατιθεμένου αὐτῇ σώματος
ἐπιφανείας, ἄλλοις δὲ συνήνωται τῷ σώματι οὗ ἐστι πέρας, οὐκ
ἄρα οὐδὲ περὶ σώματι θεωρῆσαι δύναταί τις μῆκος καὶ πλάτος
ἀβαθές, ὅθεν οὐδὲ ἐπιφάνειαν. ὁμοίως δὲ καὶ δύο ἐπιφανειῶν
(καθ' ὑπόθεσιν) παρατιθεμένων ἀλλήλαις, κατὰ τὰ πέρατα αὐ-
τῶν εἰς ἃ λήγουσι, κατὰ τὸ λεγόμενον αὐτῶν μῆκος εἶναι τουτ-
έστι κατὰ γραμμάς, αἱ γραμμαὶ αὗται, δι' ὧν ἅπτεσθαι λέγον-
ται ἀλλήλων αἱ ἐπιφάνειαι, οὐχ ἑνωθήσονται μὲν ἀλλήλαις, συγ-
χυθεῖεν γὰρ ἄν· εἰ δὲ ἑκάστη αὐτῶν ἄλλοις μὲν μέρεσι τοῖς
κατὰ πλάτος ἅπτεται τῆς παρατιθεμένης αὐτῇ γραμμῆς, ἄλλοις
δὲ συνήνωται τῇ ἐπιφανείᾳ ἧς ἐστι πέρας, οὐκ ἔσται ἀπλατής·
ὅθεν οὐδὲ γραμμή. εἰ δὲ μήτε γραμμή ἐστιν ἐν σώματι μήτε
ἐπιφάνεια, οὐδὲ μῆκος ἢ πλάτος ἢ βάθος ἔσται ἐν σώματι. εἰ 44
δέ τις σώματα εἶναι τὰ πέρατα λέγοι, σύντομος ἔσται ἡ πρὸς
αὐτὸν ἀπόκρισις· εἰ γὰρ τὸ μῆκος σῶμά ἐστιν, δεήσει τοῦτο εἰς
τὰς τρεῖς αὐτοῦ μερίζεσθαι διαστάσεις, ὧν ἑκάστη σῶμα οὖσα
πάλιν αὐτὴ διαιρεθήσεται εἰς διαστάσεις ἄλλας τρεῖς, αἳ ἔσονται
σώματα, καὶ ἐκεῖναι εἰς ἄλλας ὁμοίως, καὶ τοῦτο μέχρις ἀπείρου,
ὡς ἀπειρομέγεθες γίνεσθαι τὸ σῶμα εἰς ἄπειρα μεριζόμενον, ὅπερ
ἄτοπον. οὐδὲ σώματα ἄρα s) εἰσὶν αἱ προειρημέναι διαστάσεις. P 140
εἰ δὲ μήτε σώματά εἰσι μήτε γραμμαὶ ἢ ἐπιφάνειαι, οὐδὲ εἶναι
νομισθήσονται. ἀκατάληπτος δέ ἐστι καὶ ἡ ἀντιτυπία. αὕτη γάρ, 45
εἴπερ καταλαμβάνεται, ἁφῇ καταλαμβάνοιτο ἄν. ἐὰν οὖν δεί-
ξωμεν ὅτι ἀκατάληπτός ἐστιν ἡ ἁφή, σαφὲς ἔσται ὅτι οὐχ οἷόν

per totum sibi mutuo non unientur per illum contactum: alioqui confusio erit iste contactus, et separatio corporum sese tangentium erit divulsio, quod non cernitur. 43. at si superficies aliis partibus tangit superficiem corporis quod ipsi apponitur, aliis autem unita est cum corpore cuius est extremitas, nequaquam certe potest quisquam ne in corpore quidem cernere longitudinem et latitudinem profunditatis expertem; unde ne superficiem quidem. eodem etiam modo si duae superficies (ut hoc supponamus) sibi mutuo iungantur, per extremitates earum in quas desinunt secundum eam quam aiunt earum esse longitudinem, id est secundum lineas, lineae hae per quas superficies tangere se mutuo dicuntur, ne unientur quidem aliae cum aliis; confunderentur enim: sin vero unaquaeque earum aliis quidem partibus quae sunt secundum latitudinem, tangit ipsi appositam lineam, aliis autem unita est cum superficie cuius est extremitas, non erit latitudinis expers. unde ne linea quidem fuerit. quodsi neque linea est in corpore neque superficies, ne longitudo quidem aut latitudo aut profunditas erit in corpore. 44. quodsi quis dicat quod extremitates hae sint corpora, paucis illi responderi poterit; si enim longitudo corpus est, oportebit ipsam in suas tres dimensiones dividi, quarum unaquaeque corpus existens rursum ipsa dividetur in alias tres dimensiones, quae erunt corpora, et illae in alias itidem et hoc usque in infinitum: adeo ut infinitae magnitudinis sit corpus, utpote quod in infinita dividatur. at hoc absurdum est. ergo ne corpora quidem sunt supradictae diastases. quodsi neque corpora sunt neque lineae aut superficies, ne esse quidem existimabuntur. 45. incomprehensibilis vero est etiam resistendi vis quae dicitur esse in corporibus; nam si haec comprehendatur, tactu comprehendi debeat. si igitur ostenderimus incomprehensibilem esse tactum, non posse

s) οὐδὲ σώματα ἄρα] ita recte mss pro σώματι. P 140

τί ἐστι καταλαμβάνεσθαι τὴν ἀντιτυπίαν. ὅτι δὲ ἀκατάληπτός ἐστιν ἡ ἀφή, διὰ τούτων ἐπιλογιζόμεθα· τὰ ἁπτόμενα ἀλλήλων ἤτοι μέρεσιν [t]) ἀλλήλων ἅπτεται, ἢ ὅλα ὅλων. ὅλα μὲν οὖν ὅλων οὐδαμῶς· ἑνωθήσεται [u]) γὰρ οὕτω καὶ οὐχ ἅψεται ἀλλήλων. ἀλλ᾽ οὐδὲ μέρεσι μερῶν· τὰ γὰρ μέρη αὐτῶν ὡς μὲν πρὸς τὰ ὅλα μέρη ἐστίν, ὡς δὲ πρὸς τὰ μέρη ἑαυτῶν ὅλα. ταῦτα οὖν
46 τὰ ὅλα ἐστὶν ἑτέρων μέρη. ὅλα μὲν ὅλων οὐχ ἅψεται διὰ τὰ προειρημένα· ἀλλ᾽ οὐδὲ μέρεσι μερῶν. καὶ γὰρ τὰ τούτων μέρη ὡς πρὸς τὰ ἑαυτῶν μέρη ὅλα ὄντα οὔτε ὅλα ὅλων ἅψεται οὔτε μέρεσι μερῶν. εἰ δὲ μήτε κατὰ ὁλότητα μήτε κατὰ μέρη [x]) γινομένην ἀφὴν καταλαμβάνομεν, ἀκατάληπτος ἔσται ἡ ἀφή. διὰ δὲ τοῦτο καὶ ἡ ἀντιτυπία, ὅθεν καὶ τὸ σῶμα. εἰ γὰρ οὐδέν ἐστι τοῦτο παρὰ τὰς τρεῖς διαστάσεις, καὶ τὴν ἀντιτυπίαν· ἐδείξαμεν δὲ ἀκατάληπτον τούτων ἕκαστον. καὶ τὸ σῶμα ἔσται ἀκατάληπτον. οὕτω μὲν οὖν ὅσον ἐπὶ τῇ ἐννοίᾳ τοῦ σώματος
47 ἀκατάληπτόν ἐστιν, εἰ ἔστι τι σῶμα. λεκτέον δὲ καὶ τοῦτο εἰς τὸ προκείμενον· τῶν ὄντων τὰ μέν φασιν εἶναι αἰσθητὰ τὰ δὲ νοητά, καὶ τὰ μὲν τῇ διανοίᾳ καταλαμβάνεσθαι τὰ δὲ ταῖς αἰσθήσεσι· καὶ τὰς μὲν αἰσθήσεις ἁπλοπαθείας [y]) εἶναι, τὴν δὲ

comprehendi resistendi vim perspicuum fuerit, tactum autem esse incomprehensibilem, ita ratiocinando colligimus: quae se mutuo tangunt, aut partibus alia tanguntur ab aliis, aut tota a totis. tota certe a totis nequaquam, alioqui enim unientur, non se invicem modo tangent. sed ne partibus quidem partes; nam partes eorum ut quidem ad tota, partes sunt, ut autem ad partes suas, tota. haec igitur tota sunt aliorum partes. 46. et tota quidem non tangent tota propter ea quae dicta sunt, sed neque partibus partes; nam horum partes ad suas partes consideratae tota quum sint, neque totae tangent totas neque partibus partes. quodsi neque secundum totum neque secundum partes fieri tactum comprehendimus, incomprehensibilis erit tactus, ideoque etiam resistendi vis in corpore unde et corpus. si enim nihil est illud praeter tres illas dimensiones et resistendi vim, ostendimus autem unumquodque horum esse incomprehensibile, corpus quoque erit incomprehensibile. sic ergo, quantum ad notionem corporis, incomprehensibile est an sit corpus. 47. sed et hoc proposito nostro addendum est: entium alia dicunt esse sensibilia, alia intelligibilia; et haec quidem intellectu, illa sensibus comprehendi; et sensus quidem esse simpliciter passibiles: at vero intellectum a sensibilium

---

t) *ἤτοι μέρεσιν*] eadem cavillatio contra Geometras et lib. 1 contra Physicos sect. 259 seq.

u) *ἑνωθήσεται*] sic supra sect. 43 in consimili argumento: *συνήνωται*. male in editis *ἐνωθήσεται*.

x) *κατὰ μέρη*] ms Vratislav. una voce *καταμέρη*. vide si placet quae notavi supra lib. 2 sect. 159.

y) *τὰς μὲν αἰσθήσεις ἁπλοπαθείας*] aliud est lib. 2 sect. 49 *κενοπαθεῖν τὰς αἰσθήσεις*, aliud vero quod infra etiam sect. 47 repetit, sensus esse *ἁπλοπαθεῖς*. per *κενοπαθεῖν* non modo innuitur sensum fieri per passionem, sed et quicquid sensibus se offert *αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ μηδὲν εἶναι*, ut ait Plato in Theaeteto, verum illam passionem esse inanem falsamque, et sola specie ac relatione absolvi: at enim *ἁπλοπαθεῖς* qui sensus appellat, tantum ait simplici passione sive incursu rerum sensibilium *κατὰ ἐπέρεισιν καὶ νύξιν τῶν αἰσθητῶν*, infra sect. 51 non actione mentis sensum constare. ita Stoicis *αἴσθησις, ἀντίληψις αἰσθητηρίου ἢ κατάληψις*. Plutarch. 4 8 de placitis philosophor.

διάνοιαν ἀπὸ τῆς τῶν αἰσθητῶν [z]) καταλήψεως ἐπὶ τὴν κατά-
ληψιν τῶν νοητῶν ἰέναι. εἰ οὖν ἔστι τὶ σῶμα, ἤτοι αἰσθητόν
ἐστιν ἢ νοητόν. καὶ αἰσθητὸν μὲν οὐκ ἔστι· κατὰ γὰρ συν-
αθροισμὸν μήκους καὶ βάθους καὶ πλάτους καὶ ἀντιτυπίας καὶ
χρώματος καὶ ἄλλων τινῶν καταλαμβάνεσθαι δοκεῖ σὺν οἷς
θεωρεῖται, αἱ δὲ αἰσθήσεις ἁπλοπαθεῖς εἶναι λέγονται παρ᾽ αὐ-
τοῖς. εἰ δὲ νοητὸν εἶναι λέγεται τὸ σῶμα, δεῖ τι πάντως ὑπάρ- 48
χειν ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων αἰσθητῶν, ἀφ᾽ οὗ ἡ τῶν
σωμάτων νοητῶν ὄντων ἔσται νόησις. οὐδὲν δὲ ἔστι παρὰ τὸ P 141
σῶμα καὶ τὸ ἀσώματον, ὧν τὸ μὲν ἀσώματον αὐτόθεν νοητόν
ἐστι, τὸ δὲ σῶμα οὐκ αἰσθητόν, ὡς ὑπεμνήσαμεν. μὴ ὄντος
οὖν ἐν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων αἰσθητοῦ τινος, ἀφ᾽ οὗ ἡ
νόησις ἔσται τοῦ σώματος, οὐδὲ νοητὸν ἔσται τὸ σῶμα. εἰ δὲ
μήτε αἰσθητόν ἐστι μήτε νοητόν, παρὰ δὲ ταῦτα οὐδέν ἐστι, λεκτέον
ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ [a]) μηδὲ εἶναι τὸ σῶμα. διὰ ταῦτα οὖν ἡμεῖς ἀντι- 49
τιθέντες τοὺς κατὰ τοῦ σώματος λόγους, τῷ φαίνεσθαι δοκεῖν ὑπάρ-
χον τὸ σῶμα συνάγομεν τὴν περὶ τοῦ σώματος ἐποχήν. τῇ δὲ τοῦ
σώματος ἀκαταληψίᾳ συνεισάγεται καὶ τὸ ἀκατάληπτον εἶναι τὸ
ἀσώματον· αἱ γὰρ στερήσεις τῶν ἕξεων νοοῦνται στερήσεις, οἷον
ὁράσεως τυφλότης, καὶ ἀκοῆς κωφότης, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων
παραπλησίως. διόπερ ἵνα στέρησιν καταλάβωμεν, δεῖ τὴν ἕξιν
ἡμᾶς προκατειληφέναι ἧς λέγεται στέρησις εἶναι ἡ στέρησις. ἀνεν-
νόητος γάρ τις ὢν τῆς ὁράσεως οὐκ ἂν δύναιτο λέγειν ὅτι ὅρα-
σιν ὅδε οὐκ ἔχει, ὅπερ ἐστὶ τὸ τυφλὸν εἶναι. εἰ οὖν στέρησις 50
σώματός ἐστι τὸ ἀσώματον, τῶν δὲ ἕξεων μὴ καταλαμβανομέ-

comprehensione ad intelligibilium comprehensionem venire. si quid igitur est
corpus, aut sensibile est aut intelligibile. et sensibile quidem non est, nam
per collectionem longitudinis et profunditatis et latitudinis et facultatis resi-
stendi et coloris et aliorum quorundam comprehendi videtur, cum quibus
ipsum contemplamur. at sensus dicuntur apud ipsos esse simplices passiones.
48. quodsi intelligibile esse dicitur corpus, oportet necessario esse aliquid
in natura rerum sensibilium, a quo corporum intelligibilium erit intelligentia.
at vero nihil est praeter corpus et incorporeum, ex quibus incorporeum qui-
dem in se intelligibile est, at corpus non est sensile, ut iam docuimus.
quum igitur non sit in natura rerum sensile quicquam a quo intelligentia esse
possit corporis, ne intelligibile quidem erit corpus. quodsi neque sensile
sit neque intelligibile, praeter haec autem nihil est, quatenus sequemur di-
ctas rationes, ne esse quidem corpus dicendum est. 49. propterea igitur nos
opponentes has rationes quae adversus corpus pugnant ei quod corpus appa-
rere sensibus videtur, de corpore retinendum esse assensum colligimus.
porro ex corporis incomprehensibilitate etiam incorporei concluditur incom-
prehensibilitas: nam privationes habituum privationes intelliguntur, ut visus
caecitas et auditus surditas, et in aliis eodem modo. itaque ut privationem
comprehendamus, oportet nos prius habitum comprehendisse cuius privatio
dicitur esse ipsa privatio. nam si quis intellectu visum non perceperit, dicere
nequeat hunc vel illum visu carere, id est caecum esse. 50. si igitur priva-
tio corporis est incorporeum, nisi vero habitus comprehendantur, impossibile

---

z) ἀπὸ τῆς τῶν αἰσθητῶν] vide lib. 2 contra Logicos, Laërtium 7 52, infra sect. 50.

a) ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ] infra sect. 62 ὅσον ἐπὶ τούτῳ τῷ λόγῳ. sic sect. P 141
38 ὅσον ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐπινοίᾳ.

*νων ἀδύνατον τὰς στερήσεις αὐτῶν καταλαμβάνεσθαι, καὶ δέ-
δεικται ὅτι τὸ σῶμα ἀκατάληπτόν ἐστιν, ἀκατάληπτον ἔσται καὶ
τὸ ἀσώματον. καὶ γὰρ ἤτοι αἰσθητόν ἐστιν ἢ νοητόν· εἴτε δὲ
αἰσθητόν ἐστιν, ἀκατάληπτόν ἐστι διὰ τὴν διαφορὰν τῶν ζῴων
καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν αἰσθήσεων καὶ τῶν περιστάσεων
καὶ παρὰ τὰς ἐπιμιξίας καὶ τὰ λοιπὰ τῶν προειρημένων ἡμῖν ἐν
τοῖς περὶ τῶν δέκα τρόπων* [b])· *εἴτε νοητόν, μὴ διδομένης αὐτόθεν
τῆς τῶν αἰσθητῶν καταλήψεως, ἀφ' ἧς ὁρμώμενοι τοῖς νοητοῖς
ἐπιβάλλειν δοκοῦμεν, οὐδὲ ἡ τῶν νοητῶν αὐτόθεν κατάληψις*
51 *δοθήσεται, διόπερ οὐδὲ ἡ τοῦ ἀσωμάτου. ὅ τε φάσκων κατα-
λαμβάνειν τὸ ἀσώματον, ἤτοι αἰσθήσει τοῦτο παραστήσει κατα-
λαμβάνειν ἢ διὰ λόγου. καὶ αἰσθήσει μὲν οὐδαμῶς, ἐπειδὴ αἱ
μὲν αἰσθήσεις κατὰ ἐπέρεισιν καὶ νύξιν* [c]) *ἀντιλαμβάνεσθαι δο-
κοῦσι τῶν αἰσθητῶν· οἷον ἡ ὅρασις ἐάν τε κατὰ ἔνστασιν γέ-
νηται κώνου* [d]) *ἐάν τε κατὰ εἰδώλων ἀποκρίσεις τε καὶ ἐπικρί-*
P 142 *σεις* [e]) *ἐάν τε ἀκτίνων ἢ χρωμάτων ἀποχύσεις* [f]) *καὶ ἡ ἀκοὴ δὲ
ἤν τε ὁ πεπληγμένος ἀὴρ* [g]) *ἤν τε τὰ μόρια τῆς φωνῆς φέρηται*

**est privationes eorum comprehendi; ostensum est autem corpus incomprehensibile esse: incomprehensibile certe erit etiam incorporeum. nam aut sensu aut intellectu perceptibile est. sive autem sensu perceptibile sit, comprehendi nequit propter differentiam animalium et hominum et sensuum et circumstantiarum et propter commistiones et reliqua quae a nobis, quum de decem modis dubitationis tractaremus, dicta sunt. sive intellectu perceptibile, quum non concedatur sensuum ex se ipsis comprehensio, a qua progressi ad intellectu perceptibilia appellere animum videmur, ne ipsa quidem intellectu perceptibilium comprehensio ex se ipsa concedetur, propterea nec incorporei comprehensio. 51. et qui dicit se incorporeum comprehendere, aut sensu hoc se comprehendere ostendet aut ratione. et sensu profecto minime, quia sensus quidem per impressionem et punctionem videntur sensibilia percipere. ut visus, sive fiat per intentum conum radiorum oculi sive per imaginum e subiectis defluxus et influxus sive per radiorum aut colorum defluxiones, et auditus quoque, sive percussus aer sive partes vocis deferantur ad aures**

---

b) *περὶ τῶν δέκα τρόπων*] respicit decem locos communes argumentorum Scepticorum, quibus incertum sensuum iudicium esse disputant, explicatos supra lib. 1 sect. 36 seq.

c) *κατὰ ἐπέρεισιν καὶ νύξιν*] per imagines extrinsecus incidentes, ut in visu, vel per tactum et punctionem, ut in caeteris sensibus.

d) *κατὰ ἔνστασιν κώνου*] ita ut vertex coni visionis sit in videntis pupilla, basis lata coni vero in re subiecta radiique ex oculo recta ferantur ad rem quae conspicitur. vide Euclidis, Ptolemaei et Damiani Heliodori Optica. Laërtius ex Stoicorum sententia 7 157 *ὁρᾶν δὲ τοῦ μεταξὺ τῆς ὁράσεως καὶ τοῦ ὑποκειμένου φωτὸς ἐντεινομένου κωνοειδῶς.*

e) *εἰδώλων*] Epicuri haec opinio, qui Democritum secutus *εἴδωλα* sive
P 142 rerum effigies simulacra imagines ac spectra tenuesque figuras a rebus
emitti dictitabat. vide quae viri docti ad Lucretium lib. 4 vers. 46 seq.
et Gassendum ad Laërtii 10 46 t. 1 de Physiologia Epicuri.

f) *ἀκτίνων ἢ χρωμάτων ἀποχύσεις*] haec sententia plerisque nostra aetate probata philosophis etiam olim multis placuit, ut cognosces e Plutarcho lib. 4 de placitis Philosophor. c. 13; cui similia leguntur apud auctorem historiae philosophicae quae Galeno tribuitur: *Δημόκριτος, Ἐπίκουρος κατὰ εἰδώλων εἰσκρίσεις ᾤοντο τὸ ὁρατικὸν συμβαίνειν. ἕτεροι κατά τινων ἀκτίνων εἴσκρισιν μετὰ τὴν πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἔνστασιν πάλιν ὑποστρεφουσῶν πρὸς τὴν ὄψιν.*

g) *ὁ πεπληγμένος ἀὴρ*] Stoici existimabant audire nos aëre moto agi-

περὶ τὰ ὦτα καὶ πλήττῃ [*]) τὸ ἀκουστικὸν πνεῦμα [h]), ὥστε τὴν ἀντίληψιν τῆς φωνῆς ἀπεργάζεσθαι, ἀλλὰ καὶ αἱ ὀδμαὶ [i]) τῇ ῥινὶ καὶ οἱ χυμοὶ αὐτῇ γλώττῃ προσπίπτουσι, καὶ τὰ τὴν ἁφὴν κινοῦντα ὁμοίως τῇ ἁφῇ. τὰ δὲ ἀσώματα ἐπέρεισιν τοιαύτην 52
ὑπομένειν οὐχ οἷά τέ ἐστιν· ὥστε οὐκ ἂν δύναιτο τῇ αἰσθήσει καταλαμβάνεσθαι. ἀλλ᾽ οὐδὲ διὰ λόγου· εἰ μὲν γὰρ λεκτόν [k]) ἐστιν ὁ λόγος, καὶ ἀσώματος, ὡς οἱ Στωϊκοί φασιν, ὁ λέγων διὰ λόγου καταλαμβάνεσθαι [l]) τὰ ἀσώματα τὸ ζητούμενον συναρπάζει. ζητούντων γὰρ ἡμῶν εἰ δύναταί τι ἀσώματόν τι καταλαμβάνεσθαι, αὐτὸς ἀσώματόν τι λαβὼν ἁπλῶς διὰ τούτου τὴν κατάληψιν τῶν ἀσωμάτων ποιεῖσθαι θέλει. καίτοι αὐτὸς ὁ λόγος, εἴπερ ἀσώματός ἐστι, τῆς τῶν ζητουμένων ἐστὶ μοίρας. πῶς 53
οὖν ἐπιδείξει τις ὅτι πρότερον τοῦτο τὸ ἀσώματον καταλαμβάνεται; φημὶ δὲ τὸν λόγον. εἰ μὲν γὰρ δι᾽ ἄλλου ἀσωμάτου, κἀκείνου ζητήσομεν τὴν ἀπόδειξιν τῆς καταλήψεως καὶ τοῦτο μέχρις ἀπείρου· εἰ δὲ διὰ σώματος, ζητεῖται καὶ περὶ τῆς καταλήψεως τῶν σωμάτων. διὰ τίνος οὖν δείξομεν ὅτι καταλαμβάνεται τὸ σῶμα τὸ εἰς ἀπόδειξιν τῆς καταλήψεως τοῦ ἀσωμάτου λόγου λαμβανόμενον; εἰ μὲν διὰ σώματος, εἰς ἄπειρον ἐμβαλλόμεθα [m])· εἰ δὲ δι᾽ ἀσωμάτου, εἰς τὸν διάλληλον τρόπον ἐκπίπτομεν. μένοντος οὖν οὕτως ἀκαταλήπτου τοῦ λό-

**et auditivum spiritum percutiant, adeo ut perceptionem vocis efficiant. sed et odores ad nares et sapores ad linguam deferuntur, et quae tactum movent, eodem modo ad tactum. 52. at vero incorporea talem impressionem sustinere non possunt; itaque sensu comprehendi nequeunt, sed neque ratione; si enim ratio est quod vocant dictum, et incorporea, ut aiunt Stoici, qui dicit ratione comprehendi incorporea, quod in quaestione versatur arripit. nam quum quaeramus an possit aliquid incorporeum comprehendi, ipse aliquid incorporeum arripiens simpliciter per hoc comprehensionem incorporeorum facere vult. atqui et ipsa ratio, si incorporea est, ex numero eorum est de quibus quaeritur. 53. quomodo igitur ostendet quisquam hoc incorporeum videlicet rationem prius comprehendi? nam si per aliud incorporeum, etiam comprehensionis illius demonstrationem quaeremus, et hoc usque in infinitum: quodsi per corpus, atqui etiam de comprehensione corporum quaestio est. per quod igitur comprehendi corpus demonstrabimus, quod ad demonstrandam comprehensionem rationis incorporeae sumitur? si enim dicemus per corpus, ad infinitum compellimur; sin per incorporeum, in vitiosum modum probandi mutuo unum per alterum incidimus. quum ergo ita incomprehensi-**

---

tatoque in orbem instar aquae lapide percussae et undulante atque ita influente auribus. vide quae viri docti ad Laërtium 7 158. [num ἤν τε ἢ ὁ πεπλ.]

[*]) legebatur *πλήττει*]

*h*) *τὸ ἀκουστικὸν πνεῦμα*] aërem in aure audientis existentem. Plutarchus 4 16 de placitis Philosophor. *Διογένης* (Babylonium intellige) *τὴν ἀκοὴν γίνεσθαι τοῦ ἐν τῇ κεφαλῇ ἀέρος ὑπὸ τῆς φωνῆς τυπτομένου καὶ κινουμένου· Πλάτων καὶ οἱ ἀπ᾽ αὐτοῦ πλήττεσθαι τὸν ἐν κεφαλῇ ἀέρα, τοῦτον δ᾽ ἀνακλᾶσθαι εἰς τὰ ἡγεμονικὰ καὶ γίνεσθαι τῆς ἀκοῆς τὴν αἴσθησιν.*

*i*) *ἀλλὰ καὶ αἱ ὀδμαὶ*] articulum e mss revocavi.

*k*) *λεκτόν*] vide si placet quae dixi supra ad lib. 2 sect. 81 et 104.

*l*) *καταλαμβάνεσθαι*] in editis erat *λαμβάνεσθαι.*

*m*) *ἐμβαλλόμεθα*] ms Vratislav. *ἐκβαλλόμεθα.*

*γου, εἴπερ ἀσώματός ἐστιν, οὐκ ἂν δύναιτό τις λέγειν δι' αὐ-*
54 *τοῦ καταλαμβάνεσθαι τὸ ἀσώματον. εἰ δὲ σῶμά ἐστιν ὁ λόγος, ἐπεὶ καὶ περὶ τῶν σωμάτων διαπεφώνηται, πότερον καταλαμβάνεται ἢ οὔ, διὰ τὴν λεγομένην συνεχῆ ῥύσιν [n]) αὐτῶν, ὡς μηδὲ τὴν τότε δεῖξιν ἐπιδέχεσθαι, μηδὲ εἶναι νομίζεσθαι, παρ' ὃ καὶ ὁ Πλάτων [o]) γινόμενα μὲν ὄντα δὲ οὐδέποτε, καλεῖ τὰ σώματα, ἀπορῶ πῶς ἐπικριθήσεται ἡ περὶ τοῦ σώματος διαφωνία,*
P 143 *μήτε σώματι μήτε ἀσωμάτῳ ταύτην ὁρῶν ἐπικρίνεσθαι δυναμένην, διὰ τὰς μικρῷ πρόσθεν εἰρημένας ἀτοπίας. οὐκοῦν οὐδὲ*
55 *λόγῳ δυνατόν ἐστι καταλαμβάνειν τὰ ἀσώματα. εἰ δὲ μήτε αἰσθήσει ὑποπίπτει μήτε διὰ λόγου καταλαμβάνεται, οὐδ' ἂν ὅλως καταλαμβάνοιτο. εἰ τοίνυν μήτε περὶ τῆς ὑπάρξεως τοῦ σώματος μήτε περὶ τῶν ἀσωμάτων οἷόν τέ ἐστιν διαβεβαιώσασθαι, καὶ περὶ τῶν στοιχείων ἐστὶν ἐφεκτέον. τάχα δὲ καὶ περὶ τῶν μετὰ τὰ στοιχεῖα [p]), εἴ γε τούτων τὰ μὲν σώματα τὰ δὲ ἀσώματα, καὶ περὶ ἀμφοτέρων ἠπόρηται. πλὴν ἀλλὰ τῶν τε δραστικῶν ἀρχῶν καὶ τῶν ὑλικῶν διὰ ταῦτα ἐφεκτῶν οὐσῶν, ἄπορός ἐστιν ὁ περὶ ἀρχῶν [q]) λόγος.*

bilis maneat ratio, si quidem incorporea est, non possit dicere quisquam per ipsam comprehendi incorporeum. 54. si autem corpus est ratio, quoniam etiam de corporibus controversia est comprehendantur necne propter continuum eorum fluxum quem vocant, adeo ut neque demonstrationem recipiant, nec esse existimentur; unde et Plato vocat corpora quae gignantur quidem, numquam autem sint, quomodo controversia de corpore diiudicari possit, dubito, quum hanc nec corporeo nec incorporeo diiudicare posse videam propter dictas paulo ante dubitationes. ergo ne per rationem quidem corpora comprehendi possunt. 55. at si nec sub sensum cadunt nec ratione comprehenduntur, ne ullo quidem modo comprehendi possint. iam vero si nec de existentia corporis nec de incorporeis affirmari quicquam potest, de elementis etiam retinendus est assensus. fortasse autem de iis etiam quae sunt ultra elementa; siquidem horum alia sunt corporea alia incorporea, et de utrisque motae fuerunt dubitationes. caeterum quum et de principiis effectivis et de materialibus ob has causas retineri assensus debeat, haeret ipsa de principio dubitatio.

---

n) *συνεχῆ ῥύσιν*] Heracliti Protagorae aliorumque philosophorum dogma notissimum *ὕλην ῥευστὴν* et *πάντα ῥεῖν ποταμοῦ δίκην*, materiam in perpetuo fluxu et mutatione versari, sive ut s. Augustini verbis utar *agi et peragi decessione et successione, rapacitate volativa et quodam fluvio rerum non consistentium* Serm. 270 t. 5 p. 765 edit. novae Amst. vide quae viri docti ad Laërtium 9 8 et nostrum in his ipsis libris lib. 1 sect. 217 lib. 3 sect 82 et 115.

o) *παρ' ὃ καὶ ὁ Πλάτων*] Plato in Theaeteto et Timaeo, qui id a Pythagora accepit, ut notatum Numenio apud Eusebium, quem vide lib. 11 cap. 9, 10 et 29 Praeparat. Evangelicae et Cyrillum 1 contra Iulianum p. 23 edit. Lipsiensis.

P 143 p) *περὶ τῶν μετὰ τὰ στοιχεῖα*] uti *τὰ μετὰ τὰ φυσικά* dicuntur quae sunt ultra corpora ita *τὰ μετὰ τὰ στοιχεῖα* intellige quae sunt ultra elementa, Plutarcho lib. 1 de placitis Philosophor. c. 13 et 17 et Stobaeo *στοιχεῖα στοιχείων elementa elementorum.*

q) *ὁ περὶ ἀρχῶν*] ita mss pro *ὁ περὶ ἀρχῆς*.

## ΚΕΦ. ϛʹ.

### Περὶ κράσεως.

Ἵνα δὲ καὶ ταῦτα παραλίπῃ τις, πῶς ἄρα καὶ γίνεσθαί φασι 56
τὰ συγκρίματα ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων, μήτε θίξεως καὶ ἁφῆς ὑπαρχούσης μήτε κράσεως ἢ μίξεως ὅλως [r]· ὅτι μὲν γὰρ οὐδέν ἐστιν ἡ ἁφή, μικρῷ πρόσθεν [s]) ὑπέμνησα, ὅτε περὶ τῆς ὑποστάσεως τοῦ σώματος διελεγόμην. ὅτι δὲ οὐδὲ ὁ τρόπος τῆς κράσεως ὅσον ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ὑπ᾽ αὐτῶν δυνατός ἐστι, διὰ βραχέων ἐπιστήσω. πολλὰ μὲν γὰρ λέγεται περὶ κράσεως [t]) καὶ σχεδὸν ἀνήνυτοι περὶ τοῦ προκειμένου σκέμματός εἰσι παρὰ τοῖς Δογματικοῖς στάσεις· ὅθεν εὐθέως ἅμα τῇ ἀνεπικρίτῳ διαφωνίᾳ καὶ τὸ ἀκατάληπτον τοῦ σκέμματος συνάγοιτ᾽ ἄν. ἡμεῖς δὲ νῦν τὴν πρὸς ἕκαστον αὐτῶν ἀντίρρησιν παραιτησάμενοι διὰ τὴν πρόθεσιν τῆς συγγραφῆς [u]) τάδε λέξειν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀποχρώντως ὑπολαμβάνομεν. τὰ κιρνάμενα ἐξ οὐσίας καὶ ποιοτήτων 57
συγκεῖσθαί φασιν. ἤτοι οὖν τὰς μὲν οὐσίας αὐτῶν μίγνυσθαι φήσει τις, τὰς δὲ ποιότητας μηδαμῶς, ἢ τὰς μὲν ποιότητας ἀναμίγνυσθαι, μηκέτι δὲ τὰς οὐσίας, ἢ μηθ᾽ ἕτερον ἀναμίγνυσθαι θατέρῳ ἢ ἀμφότερα ἑνοῦσθαι ἀλλήλοις. ἀλλ᾽ εἰ μὲν οὔτε αἱ ποιότητες οὔτε αἱ οὐσίαι ἀναμίγνυνται ἀλλήλοις, ἀνεπινόητος ἔσται ἡ κρᾶσις. πῶς γὰρ μία αἴσθησις ἀπὸ τῶν κιρναμένων γίνεσθαι συμβήσεται, εἴ γε κατὰ μηδὲν τῶν προειρημένων μί-

## CAP. VI.

### De crasi id est temperatione.

**56. Verum, ut haec etiam omittantur, quomodo fieri dicunt composita ex primis elementis, si nec tactus aut contactio existat nec temperatio aut commistio ullo modo? nihil enim esse tactum paulo ante docui, quum de subsistentia corporis disputabam. iam vero ne mistionis quidem modum, quantum quidem ad ea attinet quae a Dogmaticis dicuntur, possibilem esse, de hoc breviter considerationem meam proponam. multa enim dicuntur de mistione et immensi propemodum sit laboris enarrare quae sint apud Dogmaticos de illa discrepantiae: unde statim iam ex indiiudicabili controversia etiam incomprehensibilitas ipsius quaestionis inferri possit. nos autem in praesentia unumquodque horum refellere supersedentes propter institutum praesentis nostri scripti haec quae dicemus sufficere posse existimamus. 57. quae miscentur sive componuntur ex substantia et qualitatibus constare dicunt, aut igitur substantias quidem eorum misceri dicet aliquis, qualitates autem nequaquam; aut qualitates quidem, substantias non item; aut neutrum cum altero misceri aut utraque inter se uniri. verum si neque substantiae neque qualitates commiscentur inter se, intellectu percipere mixtionem non poterimus. quomodo enim per unum sensum percipi mixta continget, si per nul-**

---

r) *μήτε κράσεως ἢ μίξεως ὅλως*] latius nostro patet *μίξις* quam *κρᾶσις* infra sect. 62 *ἀνεπινόητος ὁ τρόπος τῆς κράσεως καὶ ὅλως τῆς μίξεώς ἐστι.*

s) *μικρῷ πρόσθεν*] supra sect. 42 seq.

t) *πολλὰ μὲν γὰρ λέγεται περὶ κράσεως*] videndus Alexandri Aphrodisei *περὶ κράσεως καὶ αὐξήσεως* adhuc ineditum in bibl. Vaticana delitescere *περὶ μίξεως* liber utraque lingua editus, praeter quem et alium eiusdem scriptoris iam pridem Gesnerus annotavit. videndus etiam Plutarchus lib. 1 de placitis c. 17 et Stobaeus Eclog. Physic. cap. 20.

u) *διὰ τὴν πρόθεσιν τῆς συγγραφῆς*] quia hoc opere tantum constituit breviter ac summatim praecipua persequi, non ad singula descendere.

P 144 γνυται ἀλλήλοις τὰ κιρνάμενα; εἰ δὲ αἱ μὲν ποιότητες ἁπλῶς
58 παρακεῖσθαι λεχθεῖεν ἀλλήλαις, αἱ δὲ οὐσίαι μίγνυσθαι, καὶ οὕτως ἄτοπον ἂν εἴη τὸ λεγόμενον· οὐ γὰρ κεχωρισμένων τῶν ποιοτήτων τῶν ἐν ταῖς κράσεσιν ἀντιλαμβανόμεθα, ἀλλ' ὡς μιᾶς ἀπὸ τῶν κιρναμένων [x]) ἀποτελουμένης αἰσθανόμεθα. εἰ δὲ τὰς μὲν ποιότητας μίγνυσθαι λέγοι τις, τὰς δὲ οὐσίας μηδαμῶς, ἀδύνατα λέξει· ἡ γὰρ τῶν ποιοτήτων ὑπόστασις ἐν ταῖς οὐσίαις ἐστί. διόπερ γελοῖον ἂν εἴη λέγειν ὡς αἱ μὲν ποιότητες χωρισθεῖσαι τῶν οὐσιῶν καὶ ἰδίᾳ μίγνυνταί που ἀλλήλαις, ἄποιοι δὲ
59 αἱ οὐσίαι χωρὶς ὑπολείπονται· λείπεται λέγειν ὅτι καὶ αἱ ποιότητες τῶν κιρναμένων καὶ αἱ οὐσίαι χωροῦσι δι' ἀλλήλων καὶ μιγνύμεναι τὴν κρᾶσιν ἀποτελοῦσιν, ὃ τῶν προειρημένων ἐστὶν ἀτοπώτερον· ἀδύνατος γάρ ἐστιν ἡ τοιαύτη κρᾶσις. οἷον γοῦν ἐὰν δέκα κοτύλαις [y]) ὕδατος κωνείου χυλοῦ κοτύλη μιχθῇ, παντὶ τῷ ὕδατι συνανακίρνασθαι ἂν λέγοιτο τὸ κώνειον. εἰ γοῦν καίτοι βραχύτατον μέρος τοῦ μίγματος λάβοι τις, εὑρήσει πεπληρωμέ-
60 νον αὐτὸ τῆς τοῦ κωνείου δυνάμεως· εἰ δὲ ἐπιμίγνυται τὸ κώνειον παντὶ μέρει τοῦ ὕδατος καὶ παρεκτείνεται αὐτῷ ὅλον ὅλῳ κατά τε τὴν τῶν οὐσιῶν [z]) καὶ τῶν ποιοτήτων αὐτῶν δι' ἀλλήλων δίοδον, ἵν' οὕτως ἡ κρᾶσις γένηται, τὰ δὲ παρεκτεινόμενα [a]) ἀλλήλοις καθ' ἅπαν μέρος τὸν ἴσον ἐπέχει τόπον, δι' ὃ καὶ ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν, ἴση ἔσται ἡ κοτύλη τοῦ κωνείου ταῖς δέκα κοτύλαις τοῦ ὕδατος, ὡς εἴκοσι κοτύλας ὀφείλειν [b]) εἶναι τὸ μίγμα

**lum supradictorum commiscentur inter se ea quae mixta feruntur? 58. quodsi qualitates quidem simpliciter adhaerere dicantur aliae aliis, substantiae autem misceri, hoc etiam modo absurdum fuerit id quod dicitur; non enim separatas qualitates quae sunt in mistionibus percipimus, sed tamquam unam e commistis factam sentimus. si vero qualitates quidem misceri dicat aliquis, substantias autem nequaquam, impossibilia dicet; nam qualitatum subsistentia in substantiis est. propterea ridiculum fuerit dicere qualitates quidem separatas a substantiis etiam seorsum inter se misceri, substantias autem qualitatis expertes seorsum relinqui. 59. superest ut dicatur qualitates mixtorum et substantias pervadere se mutuo et dum commiscentur efficere mixturam; quod supra dictis est absurdius: impossibilis est enim huiusmodi permistio. verbi gratia, si decem cotylis aquae cotyla una succi cicutae admisceatur, toti aquae contemperari dicatur cicuta. nam si vel minimam partem huius misturae acceperit aliquis, ipsam cicutae potentia refertam esse comperiet. 60. quodsi commiscetur cicuta unicuique parti aquae et coextenditur ipsi tota toti per substantiarum et qualitatum ipsarum pervasionem inter se, ut ita mistio fiat, quae autem coextenduntur alia cum aliis per omnem partem, aequalem occupant locum ideoque aequalia sunt inter se, nimirum cotyla cicutae decem cotylis aquae aequalis fuerit, adeo ut viginti cotylas oporteat esse misturam**

P 144 x) *ἀπὸ τῶν κιρναμένων*] ita mss pro *ὑπό*.

y) *δέκα κοτύλαις*] *κοτύλη* mensurae genus, quantum volabus iunctis utriusque manus capere possumus: nomen ductum a *κότυ* quod concavum denotat. vide eruditi viri Eduardi Bernhardi librum praeclarum de mensuris ac ponderibus antiquorum.

z) *κατά τε τὴν τῶν οὐσιῶν*] in editis articulus ante *οὐσιῶν* exciderat.

a) *τὰ δὲ παρεκτεινόμενα*] infra sect. 96.

b) *ὀφεῖλον*] ms Vratislav. *ὀφείλειν*. sed alterum usitatum bonis scriptoribus, nec inelegans, expungere nolui. [illud recepimus.]

ἢ δύο μόνας, ὅσον ἐπὶ τῇδε τῇ ὑποθέσει τοῦ τρόπου τῆς κρά-
σεως· καὶ κοτύλης πάλιν ὕδατος ταῖς εἴκοσι κοτύλαις ὅσον ἐπὶ
τῷ λόγῳ τῆς ὑποθέσεως ἐπεμβληθείσης, τεσσαράκοντα κοτυλῶν
ὀφείλει[c]) τὸ μέτρον εἶναι, ἢ πάλιν δύο μόνων, ἐπειδὴ καὶ τὴν
κοτύλην εἴκοσι κοτύλας ἐνδέχεται νοεῖν, ὅσαις παρεκτείνεται, καὶ
τὰς εἴκοσι κοτύλας μίαν, ᾗ συνεξισοῦνται. δυνατὸν δὲ οὕτω 61
κατὰ μίαν κοτύλην ἐπεμβάλλοντα καὶ ὁμοίως συλλογιζόμενον
συνάγειν, ὅτι αἱ εἴκοσιν ὁρώμεναι τοῦ μίγματος κοτύλαι δισμύ-
ριαί που καὶ πρὸς ὀφείλουσιν εἶναι, ὅσον ἐπὶ τῇ ὑποθέσει[d]) τοῦ
τρόπου τῆς κράσεως, αἱ δὲ αὐταὶ καὶ δύο μόναι· ὅπερ ἀπεμ-
φάσεως ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολέλοιπεν. οὐκοῦν ἄτοπός ἐστι καὶ αὕτη
ἡ ὑπόθεσις τῆς κράσεως. εἰ δὲ οὔτε τῶν οὐσιῶν μόνων μιγνυ- 62
μένων ἀλλήλαις οὔτε τῶν ποιοτήτων μόνων οὔτε ἀμφοτέρων
οὔτε οὐθετέρου δύναται γίνεσθαι[e]) κρᾶσις, παρὰ δὲ ταῦτα οὐ- P 145
δὲν οἷόν τέ ἐστιν ἐπινοεῖν, ἀνεπινόητος ὁ τρόπος τῆς τε κρά-
σεως καὶ ὅλως τῆς μίξεώς ἐστι. διόπερ εἰ μήτε κατὰ θίξιν
παρατιθέμενα ἀλλήλοις τὰ καλούμενα στοιχεῖα μήτε ἀνακιρνώ-
μενα ἢ μιγνύμενα ποιητικὰ τῶν συγκριμάτων εἶναι δύναται,
ἀνεπινόητός ἐστιν ἡ κατὰ τοὺς Δογματικοὺς φυσιολογία καὶ ὅσον
ἐπὶ τούτῳ τῷ λόγῳ.

## ΚΕΦ. ζ'.

### Περὶ κινήσεως.

Πρὸς δὲ τοῖς προειρημένοις ἦν ἐπιστῆσαι τῷ περὶ τῶν κινή- 63
σεων λόγῳ καὶ ὡς ἀδύνατον ἂν εἶναι νομισθείη ἡ κατὰ τοὺς

aut duas solas, per hanc suppositionem modi mistionis: et rursum si cotyla
aquae viginti cotylis, ut hoc supponamus, iniecta fuerit, quadraginta cotyla-
rum esse mensuram oportet, aut rursum duarum tantum: quoniam etiam co-
tylam decem cotylas possumus imaginari, quia tot cotylis coextenditur, et
vicissim decem cotylas unam, cum qua aequantur. 61. quin etiam possit ali-
quis sigillatim cotylam addens et eodem modo ratiocinans colligere, illas vi-
ginti misturae cotylas quae cernuntur debere esse viginti cotylarum milia et
amplius (secundum propositum modum mistionis, easdem autem etiam duas
solas; quo fingi nihil possit absurdius. absurdus est ergo et hic qui suppo-
nitur modus ipsius mixturae. 62. quodsi neque substantiis solis inter se com-
mistis neque qualitatibus solis neque utrisque neque alterutro tantum fieri potest
mixtura, at praeter haec nihil potest quisquam intellectu percipere, modus
temperaturae et generaliter commistionis intellectu percipi non potest. itaque
si neque per contactum iuncta invicem ea quae videntur elementa neque con-
temperata aut mista possunt composita corpora efficere, Dogmaticorum phy-
siologia etiam secundum hanc rationem intellectu comprehendi non posse
comperitur.

## CAP. VII.

### De motu.

63. Praeter illa autem quae diximus ex disputatione de motibus ani-
madverti poterat impossibilem existimari debere Dogmaticorum physiologiam.

---

c) ὀφείλῃ] ita mss pro ὀφείλει. [vulgatum restituimus.]
d) ἐπὶ τῇ ὑποθέσει] ita mss non προθέσει, ut in editis.
e) οὐθετέρου δύναται γίνεσθαι] ita mss pro οὐθ' ἑτέρου δύναται γί-
γνεσθαι.

*Δογματικοὺς φυσιολογία· πάντως γὰρ κατά τινα κίνησιν τῶν τε στοιχείων καὶ τῆς δραστικῆς ἀρχῆς ὀφείλει γίνεσθαι τὰ συγκρίματα. ἐὰν οὖν ὑπομνήσωμεν ὅτι μηδὲν εἶδος κινήσεως ὁμολογεῖται, σαφὲς ἔσται ὅτι καὶ διδομένων καθ᾽ ὑπόθεσιν τῶν προειρημένων ἁπάντων μάτην ὁ καλούμενος φυσικὸς λόγος τοῖς Δογματικοῖς διεξόδευται.*

## *ΚΕΦ. η΄.*

## *Περὶ τῆς μεταβατικῆς κινήσεως.*

64 *Φασὶ τοίνυν οἱ δοκοῦντες ἐντελέστερον*[f]*) περὶ κινήσεως διειληφέναι, ἓξ εἴδη ταύτης ὑπάρχειν, τοπικὴν μετάβασιν φυσικὴν μεταβολὴν αὔξησιν μείωσιν γένεσιν φθοράν. ἡμεῖς οὖν ἑκάστῳ τῶν προειρημένων εἰδῶν τῆς κινήσεως κατ᾽ ἰδίαν ἐπιστήσομεν ἀπὸ τῆς τοπικῆς μεταβάσεως ἀρξάμενοι. ἔστιν οὖν αὕτη κατὰ τοὺς Δογματικοὺς καθ᾽ ἣν τόπον ἐκ τόπου*[g]*) περιέρχεται τὸ κινούμενον ἤτοι καθ᾽ ὁλότητα ἢ κατὰ μέρος· ὅλον μὲν ὡς ἐπὶ τῶν περιπατούντων, κατὰ μέρος δὲ ὡς ἐπὶ τῆς περὶ κέντρῳ κινουμένης σφαίρας· ὅλης γὰρ αὐτῆς μενούσης ἐν τῷ αὐτῷ*
65 *τόπῳ, τὰ μέρη τοὺς τόπους ἀμείβει. τρεῖς δὲ οἶμαι γεγόνασιν αἱ ἀνωτάτω*[h]*) περὶ κινήσεως στάσεις· ὁ μὲν γὰρ Βίας*[i]*) καὶ*

**omnino enim per aliquem motum elementorum et effectivi principii fieri composita corpora oportet. si ergo doceamus nullam esse motus speciem de qua constet, manifestum erit, etiamsi per suppositionem concedantur omnia supradicta, frustra tamen Dogmaticos quam vocant naturalem partem philosophiae exposuisse.**

## CAP. VIII.

## De transitorio motu.

**64. Dicunt igitur ii qui absolutius videntur de motu disputasse sex eius species esse: localem transitum, naturalem mutationem incrementum decrementum generationem et corruptionem. nos ergo unamquamque supradictarum motus specierum sigillatim expendemus, facto a locali transitu principio. est igitur hic secundum Dogmaticos per quem de loco in locum transit id quod movetur aut totum aut eius pars. totum quidem, ut in iis qui deambulant; pars autem, ut in sphaera quae circa centrum movetur. nam quum ipsa tota maneat eodem in loco, partes locos mutant. 65. tres autem ni fallor fuerunt omnium generalissimae de motu inter se discrepantes opinio-**

---

P 145 *f*) *οἱ δοκοῦντες ἐντελέστερον*] Aristotelem se innuere Sextus profitetur 2 contra Physicos sect. 37. atque praeter ea quae de generibus motus notat Aristoteles in Categoriis exstat accurata eius de motu disputatio in libris *φυσικῆς ἀκροάσεως* tribus postremis, in quibus haec divisin legitur, lib. 7 capite 2 et lib. 8 cap. 7. ante Aristotelem genera motus attigerat Plato decimo de legibus p. 607. confer Chalcidium in Platonis Timaeum p. 357 seq.

*g*) *τόπον ἐκ τόπου*] Chalcidius loco laudato: *motus localis duae sunt species, translatio et circumlatio.* de circumlatione infra sect. 72.

*h*) *αἱ ἀνωτάτω*] HStephanus vertit *antiquissimae.* sed in argumentis capitum libri primi aliisque quos ibi demonstravi locis vocabulum hoc pro *summis* ac *generalissimis* accipitur atque ita praesenti etiam loco accipiendum. libro 2 adversus Physicos: *γνωστέον ὅτι τρεῖς γεγόνασι στάσεις κατὰ τὸ ἀνωτάτω περὶ κινήσεως.*

*i*) *ὁ μὲν γὰρ Βίας*] confer secundum librum adversus Physicos, ubi

τινες τῶν φιλοσόφων εἶναι κίνησιν ὑπολαμβάνουσιν, μὴ εἶναι δὲ Παρμενίδης τε καὶ Μέλισσος[k]) καὶ ἄλλοι τινές[l]). μὴ μᾶλλον P 146
δὲ εἶναι ἢ μὴ κίνησιν ἔφασαν οἱ Σκεπτικοί· ὅσον μὲν γὰρ ἐπὶ τοῖς φαινομένοις δοκεῖν εἶναι κίνησιν, ὅσον δὲ ἐπὶ τῷ φιλοσόφῳ λόγῳ μὴ ὑπάρχειν. ἡμεῖς οὖν ἐκθέμενοι τὴν ἀντίρρησιν τῶν τε εἶναι κίνησιν ὑπολαμβανόντων καὶ τῶν μηδὲν εἶναι κίνησιν ἀποφαινομένων, ἐὰν τὴν διαφωνίαν εὑρίσκωμεν ἰσοσθενῆ, μὴ μᾶλλον εἶναι ἢ μὴ εἶναι κίνησιν λέγειν ἀναγκασθησόμεθα ὅσον ἐπὶ τοῖς λεγομένοις. ἀρξόμεθα δὲ ἀπὸ τῶν ὑπάρχειν αὐτὴν λεγόν- 66
των. οὗτοι δὴ τῇ ἐναργείᾳ[m]) μάλιστα ἐπερείδονται· τὸ εἰ γὰρ μή ἐστι, φασί, κίνησις[n]), πῶς μὲν ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς ὁ ἥλιος φέρεται[o]), πῶς δὲ τὰς τοῦ ἔτους ὥρας ποιεῖ, παρὰ τοὺς πρὸς ἡμᾶς συνεγγισμοὺς αὐτοῦ καὶ τὰς ἀφ' ἡμῶν ἀποστάσεις γιγνομένας; ἢ πῶς νῆες ἀπὸ λιμένων ἀναχθεῖσαι καταίρουσιν

**nes; nam Bias et aliqui philosophi esse motum existimant, at Parmenides et Melissus et alii quidam negant. Sceptici vero non magis esse motum quam non esse dixerunt. nam quantum ad apparentia quidem, videri esse motum, sed quatenus quis philosophicam rationem sequatur, non esse. nos igitur postquam tum illorum qui motum esse existimant, tum etiam eorum qui motum nihil esse pronuntiant, altercationem exposuerimus, si ipsas discrepantiae causas paris momenti utrinque esse comperiamus, non magis esse motum quam non esse dicere cogemur, quantum quidem attinet ad ea quae a Dogmaticis afferuntur. 66. ab iis autem qui dicunt motum esse exordium sumemus; hi certe maxime evidentia rei nituntur. si enim inquiunt non est modus, quomodo ab oriente ad occasum sol fertur et quomodo anni tempora facit, quae fiunt prout vel nobis propior vel a nobis remotior est? aut quomodo naves**

---

itidem Bias nominatur et cum eo alii philosophi complures, qui motum dari affirmarunt, ut ratio quoque et sensus ipsi perspicue suadent. utrum vero hic intelligendus sit (ut videtur, quoniam nomen nudum ponitur) celebris ille inter septem sapientes Bias Priensis, et quo in scripto hanc suam de motu sententiam prodiderit, a nemine traditum repperi.

k) *Παρμενίδης τε καὶ Μέλισσος*] idem de utroque testatur Plato in Theaeteto, Aristoteles 1 Physicor. cap. 3 et ad eum locum Simplicius P 146
p. 9 qui utriusque verba et argumenta adducit. Parmenidis quidem:

*Αὐτὰρ ἀκίνητον μεγάλων ἐν πείρασι δεσμῶν*
*ἐστὶν ἄναρχον, ἄπαυστον, ἐπεὶ γένεσις καὶ ὄλεθρος*
*τῆδε μάλ' ἐπλάγχθησαν, ἄπωσε δὲ πίστις ἀληθής.*
*οὕτως ἔμπεδον αὖθι μένει, κρατερὴ γὰρ ἀνάγκη*
*πείρατος ἐν δεσμοῖσιν ἔχει, τό μιν ἀμφὶς ἐέργει*
*οὕνεκεν οὐκ ἀτελεύτητον τὸ ἐὸν θέμις εἶναι,*
*ἐστὶ γὰρ οὐκ ἐπιδευές. μὴ ἐὸν δ' ἂν παντὸς ἐδεῖτο.*

Melissi vero: *οὐδὲ κενεόν ἐστιν οὐδέν, τὸ γὰρ κενεὸν οὐδέν ἐστιν. οὐκ ἂν οὖν εἴη τόγε μηδέν. οὐδὲ κινεῖται, ὑποχωρῆσαι γὰρ οὐκ ἔχει οὐδαμῇ, ἀλλὰ πλέων ἐστίν. εἰ μὲν γὰρ κενεὸν ἦν, ὑπεχώρει ἂν εἰς τὸ κενεόν· κενεοῦ δὲ μὴ ὄντος, οὐκ ἔχει ὅκου ὑποχωρήσει. πλέων οὖν ὢν οὐ κινεῖται.* confer Galenum lib. 1 de elementis c. 4.

l) *καὶ ἄλλοι τινές*] Parmenidi ac Melisso Zenonem Eleatem addit Plutarchus lib. 1 de placitis cap. 24. et Diodori Croni argumentum adversus motum noster repetit infra sect. 71.

m) *ἐναργείᾳ*] male editi tum hoc tum aliis locis *ἐνεργείᾳ*.

n) *κίνησις*] in editis ante hanc vocem erat *αὐτή*, quod bene potest abesse et in mss exsulat.

o) *ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς ὁ ἥλιος φέρεται*] ita mss pro *ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμας ἱ ἥλιος φαίνεται.*

ἐπὶ λιμένας ἄλλους πάμπολυ τῶν προτέρων ἀφεστῶτας; τίνα δὲ τρόπον ὁ τὴν κίνησιν ἀναιρῶν πρόεισι τῆς οἰκίας καὶ αὖθις ἀναστρέφει; ταῦτα δὴ τελέως ἀναντίρρητα εἶναι. διὸ καὶ τῶν Κυνικῶν τις [p]) ἐρωτηθεὶς κατὰ τὸν τῆς [q]) κινήσεως λόγον οὐδὲν ἀπεκρίνατο, ἀνέστη δὲ καὶ ἐβάδισεν, ἔργῳ καὶ διὰ τῆς ἐναργείας παριστὰς ὅτι ὑπαρκτή ἐστιν ἡ κίνησις. οὗτοι μὲν οὖν οὕτω δυσωπεῖν ἐπιχειροῦσι τοὺς τῆς ἐναντίας αὐτοῖς [r]) στάσεως ὄντας.
67 οἱ δὲ τὴν ὕπαρξιν τῆς κινήσεως ἀναιροῦντες λόγοις ἐπιχειροῦσι τοιούτοις· εἰ κινεῖταί τι, ἤτοι ὑφ᾽ ἑαυτοῦ [s]) κινεῖται ἢ ὑφ᾽ ἑτέρου. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ὑφ᾽ ἑτέρου, τὸ μὲν λεγόμενον ὑφ᾽ ἑτέρου [t]) κινεῖσθαι ἤτοι ἀναιτίως [u]) κινηθήσεται ἢ κατά τινα αἰτίαν· ἀναιτίως μὲν οὐδέν φασι γίνεσθαι· εἰ δὲ κατά τινα αἰτίαν κινεῖται, ἡ αἰτία [x]), καθ᾽ ἣν κινεῖται, κινητικὴ αὐτοῦ γενήσεται. ὅθεν εἰς ἄπειρον ἐκπίπτει κατὰ τὴν μικρῷ πρόσθεν [y]) εἰρημένην ἐπιβολήν.
68 ἄλλως τε καὶ εἰ τὸ κινοῦν ἐνεργεῖ, τὸ δὲ ἐνεργοῦν κινεῖται, κἀκεῖνο δεήσεται κινοῦντος ἑτέρου καὶ τὸ δεύτερον τρίτου καὶ μέχρις ἀπείρου· ὡς ἄναρχον γίνεσθαι τὴν κίνησιν· ὅπερ ἄτοπον.
P 147 οὐκ ἄρα πᾶν τὸ κινούμενον ὑφ᾽ ἑτέρου κινεῖται· ἀλλ᾽ οὐδὲ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ· ἐπεὶ γὰρ πᾶν τὸ κινοῦν ἤτοι προωθοῦν κινεῖ ἢ ἐπισπώ-

a portu uno solventes ad alium portum longissimo intervallo dissitum appellunt? quomodo is qui tollit motum, domo exit et domum revertitur? haec refutari nullo modo posse. ideoque quidam ex Cynicis, quum ei propositum esset contra motum argumentum, nihil respondit, sed surgens ambulare coepit opere et actu ostendens existere motum. hi ergo hoc modo illis qui ab altera stant parte silentium imponere conantur. 67. at qui existentiam motus tollunt haec argumenta afferunt: si quid movetur, aut a se ipso movetur aut ab alio: sed siquidem ab alio, id quod dicitur ab altero moveri aut per nullam causam movebitur aut per aliquam. at sine causa quidem nihil dicunt fieri: sin igitur per aliquam causam movetur, causa per quam movetur motiva eius erit. unde in infinitum delabitur secundum superiorem disputationis methodum. 68. praeterea si quod movet efficit, quod autem efficit movetur, illud quod egebit movente alio et secundum tertio et usque in infinitum, adeo ut principii expers reddatur motus; quod absurdum est. ergo omne quod movetur ab alio non movetur. at neque a se ipso; quia enim omne quod movet,

---

p) *τῶν Κυνικῶν τις*] supra lib. 2 sect. 224.

q) *κατὰ τὸν τῆς*] ita mss et mox iterum *ἐναργείας* pro *ἐνεργείας*.

r) *αὐτοῖς*] ms Vratislav. *αὐτῆς*.

s) *ὑφ᾽ ἑαυτοῦ*] ita mss pro *αὐτοῦ*. in libro 2 adversus Physicos ubi idem argumentum legitur, semel iterumque *ὑφ᾽ αὐτοῦ*. sed levia haec omitti forte erat satius, nisi in levioribus etiam vellem auctoris scripturam quantum possum accurate expressam exhibere.

t) *τὸ μὲν λεγόμενον ὑφ᾽ ἑτέρου*] ita legendus hic locus; male enim in editis erat, apposito etiam asterisco obscuritatis indice: *τὸ γὰρ λεγόμενον ὑφ᾽ ἑαυτοῦ*

u) *ἀναιτίως*] ita ut nulla causa sit quae moveat moventem.

x) *ἡ αἰτία*] ita mss; nam in editis articulus exciderat.

y) *μικρῷ πρόσθεν*] supra sect. 24 huius libri.

P 147 z) *ἂν ὠθοῦν*] ita legendum pro *ἀνωθοῦν* quod erat in editis, atque unam modo speciem ex illis quattuor motus generibus praeter auctoris mentem determinat, quae universa simplici vocabulo *ὠθεῖν* Sextus complecti voluit. est enim *ὠθεῖν* pellere, *ἀνωθεῖν* sursum pellere, pro quo *ἀνοχλεῖν* lib. 2 contra Phys. sect. 83, ubi idem argumentum legitur. [*ἂν* delendum est.]

μενον ἢ ἀνωθοῦν ἢ ἐνθλῖβον, δεήσει τὸ ἑαυτὸ [ἂν] ὠθοῦν[x]) κατά τινα τῶν προειρημένων τρόπον ἑαυτὸ κινεῖν. ἀλλ᾽ εἰ μὲν 69
προωστικῶς ἑαυτὸ κινεῖ, ἔσται ἐξόπισθεν ἑαυτοῦ· εἰ δὲ ἐπισπαστικῶς, ἔμπροσθεν· εἰ δὲ ἀνωστικῶς, ὑποκάτω· εἰ δὲ ἐνθλιπτικῶς, ἐπάνω. ἀδύνατον δὲ αὐτό τι ἑαυτοῦ ἐπάνω εἶναι ἢ ἔμπροσθεν ἢ ὑποκάτω ἢ ὀπίσω· ἀδύνατον ἄρα ὑφ᾽ ἑαυτοῦ τι κινεῖσθαι. εἰ δὲ μήτε ὑφ᾽ ἑαυτοῦ τι[a]) κινεῖται μήτε ὑφ᾽ ἑτέρου, οὐδὲ κινεῖταί τι. εἰ δέ τις ἐπὶ τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν προαίρεσιν 70
καταφεύγοι, ὑπομνηστέον αὐτὸν τῆς περὶ τοῦ ἐφ᾽ ἡμῖν διαφωνίας[b])· καὶ ὅτι ἀνεπίκριτος αὕτη καθέστηκε, κριτήριον ἡμῶν τῆς ἀληθείας ἄχρι νῦν οὐχ εὑρηκότων[c]). ἔτι κἀκεῖνο λεκτέον, 71
εἰ κινεῖταί τι, ἤτοι ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ κινεῖται ἢ ἐν ᾧ οὐκ ἔστιν. οὔτε δὲ ἐν ᾧ ἐστι, μένει γὰρ ἐν αὐτῷ, εἴπερ ἐν αὐτῷ ἐστιν· οὔτε δὲ ἐν ᾧ μή ἐστιν, ὅπου γάρ τι μή ἐστιν, ἐκεῖ οὐδὲ δρᾶσαί τι οὐδὲ παθεῖν δύναται· οὐκ ἄρα κινεῖταί τι. οὗτος δὲ ὁ λόγος ἐστὶ μὲν Διοδώρου τοῦ Κρόνου[d]), πολλῶν δὲ ἀντιρρήσεων τετύχηκεν, ὧν τὰς πληκτικωτέρας διὰ τὸν τρόπον[e]) τῆς συγγραφῆς ἐκθησόμεθα μετὰ τῆς φαινομένης ἡμῖν ἐπικρίσεως. φασὶν οὖν 72
τινες ὅτι δύναταί τι ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ[f]) κινεῖσθαι· τὰς γοῦν περὶ τοῖς κέντροις περιδινουμένας σφαίρας ἐν τῷ αὐτῷ μενούσας τόπῳ

aut protrudens movet aut a tergo trahens aut sursum trudens aut comprimens, oportebit ut id quod se ipsum trudit, per unum aliquem ex praedictis modis se ipsum moveat. 69. sed si quidem protrudendo se ipsum movet, erit retro se ipsum; si a tergo trahendo, ante se ipsum; si sursum trudendo, infra se ipsum; si comprimendo, supra. atqui impossibile est ut aliquid supra se ipsum aut ante aut infra aut retro sit: impossibile est ergo a se quicquam moveri. at si neque a se ipso motus fit neque ab alio, nihil ergo movetur. 70. quodsi quis ad impetum animi et spontaneam electionem confugiat, is admonendus est de controversia, quae est de eo quod dicitur esse in nostra potestate, et hanc indiiudicabilem esse, quum nos veritatis criterium nondum invenerimus. 71. illud praeterea dicendum est, si quid movetur, aut in eo in quo est loco movetur, aut in quo non est. at neque in quo est: manet enim in eo, si in eo est. nec vero in quo non est: ubi enim aliquid non est, illic neque agere quicquam neque pati potest. non ergo movetur quicquam. est autem hoc argumentum Diodori Croni, quod multas refutationes habuit: ex quibus nos eas tantum quae magis premunt propter praesentis scripti institutum una cum iudicio quod de illo ferendum nobis videtur, exponemus. 72. dicunt ergo nonnulli posse quidpiam in quo sit loco moveri; nam sphaeras, quae circa centra volvuntur, in eodem manentes loco moveri.

---

*a*) ὑφ᾽ ἑαυτοῦ τι] ita mss, licet in editis τὶ desideratur.

*b*) τῆς περὶ τοῦ ἐφ᾽ ἡμῖν διαφωνίας] alii philosophi ut Anaxagoras, Aristotelis schola, Sadducaei docebant omnia esse nostrae spontis, alii multa, ut Pharisaei Plato et Epicurus, alii denique nihil, ut Democritus, Leucippus et plerique Stoicorum.

*c*) κριτήριον ἡμῶν οὐχ εὑρηκότων] supra lib. 2 sect. 18 seq.

*d*) Διοδώρου τοῦ Κρόνου] supra lib. 2 sect. 245 et contra Physicos lib. 2 aliquoties. simile argumentum contra mutationem infra sect. 101, et contra generationem, inferius.

*e*) διὰ τὸν τρόπον] quia breviter tantummodo perstringere potiora sibi auctor proposuit.

*f*) ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ] supra sect. 64 et lib. 2 contra Physicos.

κινεῖσθαι. πρὸς οὓς μεταφέρειν χρὴ τὸν λόγον ἐφ' ἕκαστον τῶν
μερῶν τῆς σφαίρας, καὶ ὑπομιμνήσκοντας ὅτι ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ
μηδὲ κατὰ μέρη κινεῖται συνάγειν ὅτι μηδὲ ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ κι-
73 νεῖταί τι. τὸ δὲ αὐτὸ ποιήσομεν καὶ πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι τὸ
κινούμενον δυοῖν ἔχεται τόπων, τοῦ τε ἐν ᾧ ἐστι καὶ τοῦ εἰς ὃν
φέρεται. πευσόμεθα γὰρ αὐτῶν, πότε φέρεται τὸ κινούμενον
ἀπὸ τοῦ ἐν ᾧ ἐστι τόπου εἰς τὸν ἕτερον, ἆρα ὅτε ἐν τῷ πρώτῳ
τόπῳ ἐστὶν ἢ ὅτε ἐν τῷ δευτέρῳ; ἀλλ' ὅτε μὲν ἐν τῷ πρώτῳ
τόπῳ ἐστίν, οὐ μετέρχεται εἰς τὸν δεύτερον, ἔτι γὰρ ἐν τῷ
P 148 πρώτῳ ἐστίν· ὅτε δὲ οὐκ ἔστιν ἐν τούτῳ, οὐ μετέρχεται ἀπ'
74 αὐτοῦ. πρὸς τῷ καὶ συναρπάζεσθαι τὸ ζητούμενον· ἐν ᾧ γὰρ
μή ἐστιν, οὐδὲ ἐνεργεῖν ἐν αὐτῷ δύναται· οὐ γὰρ δήπου φέ-
ρεσθαι εἴς τινα τόπον συγχωρήσει τις ἐκεῖνο ἁπλῶς, ὃ μὴ δί-
75 δωσι κινεῖσθαι. τινὲς μέντοι κἀκεῖνό φασι. τόπος λέγεται δι-
χῶς[g]), ὁ μὲν ἐν πλάτει, οἷον ὡς ἐμοῦ ἡ οἰκία, ὁ δὲ πρὸς
ἀκρίβειαν, ὡς λόγου χάριν ὁ περιτετυπωκώς μου τὴν ἐπιφάνειαν
τοῦ σώματος ἀήρ. λέγεται οὖν ἐν τόπῳ κινεῖσθαι τὸ κινούμενον,
οὐκ ἐν τῷ πρὸς ἀκρίβειαν, ἀλλ' ἐν τῷ κατὰ πλατος. πρὸς οὓς
ἔνεστιν ὑποδιαιροῦντας τὸν ἐν πλάτει τόπον λέγειν, ὅτι τούτου
ἐν ᾧ μέν ἐστι κυρίως τὸ κινεῖσθαι λεγόμενον σῶμα, ὡς ἐν τῷ
πρὸς ἀκρίβειαν αὐτοῦ τόπῳ, ἐν ᾧ δὲ οὐκ ἔστιν, ὡς ἐν τοῖς
λοιποῖς μέρεσι τοῦ κατὰ πλάτος τόπου. εἶτα συνάγοντας ὅτι
μήτε ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ κινεῖσθαί τι δύναται, μήτε ἐν ᾧ μή ἐστιν,
ἐπιλογίζεσθαι ὅτι μηδὲ ἐν τῷ κατὰ πλάτος καταχρηστικῶς λεγο-
μένῳ τόπῳ κινεῖσθαί τι δύναται. συστατικὰ γάρ ἐστιν αὐτοῦ,
τό τε ἐν ᾧ ἐστι πρὸς ἀκρίβειαν, καὶ ἐν ᾧ πρὸς ἀκρίβειαν οὐκ
76 ἔστιν. ὧν ἐν οὐθετέρῳ κινεῖσθαί τι δύνασθαι δέδεικται. ἐρωτητέον

quibus ut respondeamus, transferre oportet orationem ad unamquamque sphaerae partem et docere, secundum illam rationem ne per partes quidem moveri, atque ita concludere, nihil ne in eo quidem in quo sit loco moveri. 73. idem autem faciemus et adversus eos qui dicunt, quod movetur duos attingere locos, et eum in quo est et eum ad quem fertur. illos enim interrogabimus quando id quod movetur, feratur a loco in quo est in alium; utrum quando in primo loco est, an quando in secundo? atqui quum est in primo, non transit in alterum: nam adhuc in primo est. quum autem non est in eo, non transit ab eo. 74 adde quod etiam arripitur id de quo quaeritur. nam in quo non est, ne agere quidem in eo potest; non enim ferri in locum aliquem concedet quis illud simpliciter et absque demonstratione, quod moveri non concedit. 75. sunt vero et qui hoc dicant: locus bifariam dicitur, alter latiore acceptione, ut mea domus, alter strictius et exactius, ut verbi gratia aër qui circumformatur corporis mei superficiei. dicitur ergo in loco moveri id quod movetur, non in eo qui accipitur in accuratiore, sed in latiore amplioreque significatione. quibus possumus subdivisione facta loci illius latius accepti respondere. in altero quidem esse proprie quod moveri dicitur corpus, ut in loco suo stricto et exacto, in altero autem non esse, ut in reliquis partibus loci latius accepti. deinde inferentes, quod neque in quo est loco moveri quicquam potest neque in quo non est, concludere ne in loco quidem, qui secundum latitudinem ita per abusionem dicitur, moveri quicquam posse. constat enim ex duobus, et hoc in quo est exacte et illo in quo exacte non est, in quorum neutro moveri quicquam posse demonstratum est. 76. sed

P 148 g) *τόπος λέγεται διχῶς*] infra cap. 16 et 2 adversus Physicos.

δὲ κἀκεῖνον τὸν λόγον· εἰ κινεῖταί τι, ἤτοι κατὰ τὸ πρότερον
πρότερον [h]) κινεῖται ἢ κατὰ ἄθρουν μεριστὸν διάστημα [i]). οὔτε
δὲ κατὰ τὸ πρότερον πρότερον δύναταί τι κινεῖσθαι οὔτε κατὰ
τὸ ἄθρουν μεριστὸν διάστημα, ὡς δείξομεν· οὐδὲ κινεῖταί τι
ἄρα. ὅτι μὲν οὖν κατὰ τὸ πρότερον πρότερον οὐκ ἐνδέχεταί τι
κινεῖσθαι, αὐτόθεν δῆλον. εἰ μὲν γὰρ εἰς ἄπειρον τέμνονται τὰ
σώματα καὶ οἱ τόποι καὶ οἱ χρόνοι, οἷς κινεῖσθαι λέγεται τὰ
σώματα, οὐ γενήσεται κίνησις, ἀδυνάτου ὄντος τοῦ πρῶτόν τι
ἐν ἀπείροις εὑρεθῆναι, ἀφ᾽ οὗ πρώτου κινήσεται τὸ κινεῖσθαι
λεγόμενον. εἰ δὲ εἰς ἀμερὲς καταλήγει τὰ προειρημένα, καὶ ἕκα- 77
στον τῶν κινουμένων ὁμοίως τὸ πρῶτον ἀμερὲς τοῦ τόπου τῷ
πρώτῳ ἑαυτοῦ ἀμερεῖ μετέρχεται χρόνῳ, πάντα τὰ κινούμενά
ἐστιν ἰσοταχῆ, οἷον ὁ ταχύτατος ἵππος καὶ ἡ χελώνη· ὅπερ τοῦ
προτέρου ἐστὶν ἀτοπώτερον. οὐκ ἄρα κατὰ τὸ πρότερον πρότε-
ρον γίνεται ἡ κίνησις, ἀλλ᾽ οὐδὲ κατὰ τὸ ἄθρουν μεριστὸν διά-
στημα. εἰ γὰρ ἀπὸ τῶν φαινομένων [k]), ὥς φασι, μαρτυρεῖσθαι 78
τὰ ἄδηλα χρή, ἐπεί, ἵνα τις ἀνύσῃ σταδιαῖον διάστημα, δεῖ
πρότερον αὐτὸν ἀνύσαι τὸ πρῶτον τοῦ σταδίου [l]) μέρος καὶ τὸ
δεύτερον δεύτερον καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως, οὕτω καὶ πᾶν τὸ κινού-
μενον κατὰ τὸ πρότερον πρότερον κινεῖσθαι προσήκει. ἐπείτοι
γε εἰ ἀθρόως διιέναι τὸ κινούμενον λέγοιτο, πάντα μέρη τοῦ P 149
τόπου ἐν ᾧ κινεῖσθαί λέγεται, ἐν πᾶσιν ἅμα ἔσται τοῖς μέρεσιν
αὐτοῦ. καὶ εἰ τὸ μὲν ψυχρὸν εἴη μέρος τὸ δὲ θερμὸν τοῦ δι᾽
οὗ ποιεῖται τὴν κίνησιν, ἢ τὸ μέν, εἰ τύχοι, μέλαν, τὸ δὲ λευ-
κόν, ὥστε καὶ χρώζειν τὰ ἐντυγχάνοντα δύνασθαι, τὸ κινούμε-

proponere licet et hoc argumentum: si quid movetur, aut prius secundum prius movetur aut secundum totum confertum divisibile intervallum. neque autem secundum prius prius potest quicquam moveri, nec secundum totum confertum divisibile intervallum, ut ostendemus: nihil igitur movetur. itaque secundum prius prius non posse quicquam moveri, ex se patet. si enim in infinitum secantur corpora et loca et tempora, quibus moveri dicuntur corpora, non erunt motus quum impossibile sit ut aliquid quod primum sit in infinitis inveniatur, a quo primo movebitur id quod moveri dicitur. 77. at si in individuum desinunt supra dicta, et unumquodque eorum quae moventur primum dividuum loci similiter pertransit atque primum sui indivisibile tempus, omnia quae moventur aequalem celeritatem habent, ut celerrimus equus et testudo; quod est priore absurdius. non ergo secundum prius fit principium motus. sed neque secundum totum confertum divisibile intervallum. 78. si enim apparentia testificari de obscuris debent, ut inquiunt, quum ut quis conficiat stadii unius intervallum, oporteat prius ipsum conficere primam stadii partem et secundam posterius et reliquas eodem modo, sic et omne quod movetur, secundum prius moveri oportet. nam si quod movetur, dicatur transire una ac confertim, omnes partes loci in quo moveri dicitur, in omnibus simul erunt eius partibus. et si pars quidem una sit frigida, altera autem calida loci per quem movetur, aut, ut ita fingamus accidere, una quidem nigra, altera autem alba, adeo ut etiam colorare possit occurrentia, quod

h) ἤτοι κατὰ τὸ πρότερον πρότερον] in editis alterum πρότερον male exciderat.

i) κατὰ ἄθρουν μεριστὸν διάστημα] conf. lib. 2 adversus Physicos.

k) ἀπὸ τῶν φαινομένων] supra lib 2 sect. 88 seq.

l) τοῦ σταδίου] ita mss pro σταδιαίου.

νον ἔσται θερμόν τε ἅμα καὶ ψυχρόν, καὶ μέλαν καὶ λευκόν,
79 ὅπερ ἄτοπον. εἶτα καὶ πόσον ἀθρόως διέξεισι τόπον τὸ κινούμενον εἰπάτωσαν. εἰ μὲν γὰρ ἀόριστον τοῦτον εἶναι φήσουσι, προσδέξονταί τι κινεῖσθαι διὰ πάσης τῆς γῆς ἀθρόως· εἰ δὲ τοῦτο φεύγουσιν, ὁρισάτωσαν ἡμῖν τὸ μέγεθος τοῦ τόπου. τὸ μὲν γὰρ πρὸς ἀκρίβειαν ἐπιχειρεῖν ὁρίζειν τὸν τόπον, οὗ πλέον διάστημα οὐδὲ κατὰ τὸ ἀκαριαῖον δυνήσεται διελθεῖν τὸ κινούμενον ἀθρόως, πρὸς τὸ ἀποκληρωτικὸν [m]) καὶ προπετὲς ἢ καὶ γελοῖον ἴσως εἶναι, εἰς τὴν ἀρχῆθεν ἀπορίαν [n]) ἐμπίπτει. πάντα γὰρ ἔσται ἰσοταχῆ, εἴ γε ἕκαστον αὐτῶν ὁμοίως κατὰ περιωρι-
80 σμένους τόπους τὰς μεταβάσεις τῶν κινήσεων ποιεῖται. εἰ δὲ φήσουσιν ὅτι μικρὸν μὲν οὐ πρὸς ἀκρίβειαν δὲ περιωρισμένον τόπον ἀθρόως κινεῖται τὸ κινούμενον, ἐνέσται ἡμῖν κατὰ τὴν σωριτικὴν [o]) ἀπορίαν ἀεὶ τῷ ὑποτεθέντι μεγέθει ἀκαριαῖον προστιθέναι μέγεθος τόπου. εἰ μὲν γὰρ στήσονταί που [p]), τοιαύτην ποιουμένων ἡμῶν συνερώτησιν, πάλιν εἰς τὸν ἀκριβῆ περιορισμὸν καὶ τὴν τερατείαν ἐκείνην ἐμπεσοῦνται. εἰ δὲ προσήσονται τὴν παραύξησιν, ἀναγκάσομεν αὐτοὺς συγχωρεῖν ἀθρόως τι δύνασθαι κινηθῆναι διὰ τοῦ μεγέθους τῆς γῆς ἁπάσης. ὥστε οὐδὲ κατὰ ἄθρουν μεριστὸν διάστημα κινεῖται τὰ κινεῖσθαι λε-

movetur erit calidum simul et frigidum, et nigrum et album, quod absurdum est. 79. deinde et quantum loci una ac confertim transeat id quod movetur dicant. nam si hunc indefinitum esse dicant, aliquid moveri per totam terram una et confertim concedent; sin hoc refugiunt, magnitudinem loci nobis definiant. nam exacte conari definire locum, quo maius intervallum ne per multo minimam quidem partem poterit transire id quod movetur confertim, praeterquam quod est a casu fortunaque suspensum et temerarium ac fortassis etiam ridiculum, in dubitationem initio positam recidit; omnia enim aequalem habebunt velocitatem, si quidem unumquodque ipsorum similiter per definita loca transitus motuum facit. 80. si vero dicent per parvum quidem non exacte tamen definitum locum confertim et una moveri id quod movetur, per soriticam dubitationem semper ad magnitudinem quam habere nos supposuerimus, multo minimam quandam magnitudinem loci addere nobis licebit. si enim consistent alicubi, argumento huiusmodi a nobis proposito, rursus in exactam circumscriptionem loci et in illa prodigiosa figmenta recident. sin admittent adaugmentationem, cogemus eos confiteri, posse aliquid una ac confertim per magnitudinem totius terrae moveri. ergo ne secundum quidem confertum divisibile intervallum moventur ea quae moveri dicuntur. 81. quodsi

---

P 149 *m) ἀποκληρωτικὸν*] HStephanus in versione sua hoc vocabulum retinuit dixitque *apocleroticum.* in nota autem ad hunc locum optime eius vim ac sententiam explicavit. est enim *ἀποκληρωτικόν* quod velut sorte casuque lectum temere assumimus nulla probatione adhibita vel caussa ob quam aliis id praeferamus. itaque non dubitavi *fortuitum* reddere, quatenus fortuna et casus rationi stabilique caussae opponi solet. recurrit hoc vocabulum infra sect. 261 et lib. 2 contra Log. *αὐθάδες καὶ ἀποκληρώσει μᾶλλον ἐοικός.* utitur et eodem Simplicius in 1 de coelo p. 37. verum ad Epictet. p. 242 alio sensu.

*n) εἰς τὴν ἀρχῆθεν ἀπορίαν*] quam obiecit supra sect. 77.

*o) κατὰ τὴν σωριτικήν*] vide dicta ad lib. 2 sect. 253.

*p) εἰ μὲν γὰρ στήσονταί που*] ut nempe Chrysippus monuit in acervo sive sorite sophistico cum gradatim interrogamur, ne ad absurdum deducamur incauti, ad certas rogationes esse quiescendum et subsistendum, vide Ciceronem in Lucullo c. 29.

γόμενα. εἰ δὲ μήτε κατὰ ἄθρουν μεριστὸν τόπον μήτε κατὰ τὸ 81
πρότερον πρότερον q) κινεῖταί τι, οὐδὲ κινεῖταί τι. ταῦτα μὲν οὖν καὶ ἔτι πλείω τούτων φασὶν οἱ τὴν μεταβατικὴν κίνησιν ἀναιροῦντες. ἡμεῖς δὲ μήτε τοὺς λόγους τούτους μήτε τὸ φαινόμενον (ᾧ κατακολουθοῦντες r) εἰσάγουσιν τὴν ὑπόστασιν τῆς κινήσεως) δυνάμενοι διατρέπειν, ὅσον ἐπὶ τῇ ἀντιθέσει τῶν τε φαινομένων καὶ τῶν λόγων, ἐπέχομεν περὶ τοῦ πότερον ἔστι κίνησις ἢ οὐκ ἔστιν.

## ΚΕΦ. Θ'. P 150

### Περὶ αὐξήσεως καὶ μειώσεως.

Τῷ δὲ αὐτῷ χρώμενοι λογισμῷ καὶ περὶ αὐξήσεώς τε καὶ 82
περὶ μειώσεως ἐπέχομεν· ἡ γὰρ ἐνάργεια s) δοκεῖ τὴν ὑπόστασιν αὐτῶν εἰσάγειν, ἣν οἱ λόγοι διατρέπειν δοκοῦσιν. ἢ θέασαι γοῦν· τὸ αὐξόμενον, ὂν καὶ ὑφεστώς, εἰς μέγεθος ἐπιδιδόναι προσήκει. ὡς εἴ γε ἑτέρῳ προσθέσεως γινομένης ἕτερον ηὐξηκέναι τις λέγοι, ψεύσεται. ἐπεὶ τοίνυν ἡ οὐσία οὐδέποτε ἕστηκεν, ἀλλ' ἀεὶ ῥεῖ τε t) καὶ ἑτέρα ἀνθ' ἑτέρας ἐπεισκρίνεται, τὸ ηὐξηκέναι λεγόμενον οὐκ ἔχει τὴν προτέραν οὐσίαν καὶ μετὰ ταύτης ἄλλην τὴν προστεθεῖσαν, ἀλλ' ὅλην ἑτέραν. ὥσπερ οὖν εἰ λόγου χάριν 83
ξύλον τριπήχεος ὄντος δεκάπηχυ ἕτερον ἀγαγών τις ηὐξηκέναι τὸ τρίπηχυ λέγοι, ψεύσεται (διὰ τὸ ὅλον ἕτερον εἶναι τοῦτο ἐκείνου), οὕτω καὶ ἐπὶ παντὸς τοῦ αὔξεσθαι λεγομένου τῆς προτέρας ὕλης ἀπορρεούσης καὶ ἑτέρας ἐπεισιούσης, εἰ προστίθεται

neque secundum confertum divisibilem locum neque per prius movetur quicquam prius, nihil est profecto quod moveatur. haec ergo et plura his dicunt qui transitorium motum tollunt. nos autem quoniam neque has rationes neque apparentem evidentiam (quam qui sequuntur dicunt motum esse) possumus evertere, ideo quatenus apparentia et rationes inter se pugnant, de hoc motusne sit an non assensum retinemus.

## CAP. IX.

### De augmento et imminutione.

82. Eadem ratione usi etiam de augmento et imminutione assensum retinemus: nam rei evidentia videtur ipsorum subsistentiam inducere, quam evertere rationes videntur. nam tu vel hoc saltem considera. quod augetur, ens et subsistens, ad magnitudinem promovere oportet: si quis enim facta in uno augmentatione, alterum auctum esse dicat, mentietur. quum igitur substantia nusquam stet, sed semper fluat, et alia pro alia ad efficiendam concretionem veniat, quod auctum esse dicitur, non habet priorem substantiam et cum hac aliam additam, sed totam aliam. 83. quemadmodum igitur si verbi gratia ligno tricubitali existente, decemcubitale aliud afferat quispiam ac dicat auxisse tricubitale, mentietur, eo quod totum sit aliud hoc ab illo; ita et in omni quod augeri dicitur, priore materia effluente et alia

---

q) κατὰ τὸ πρότερον πρότερον] in editis alterum πρότερον iterum exciderat ut supra sect. 76.

r) ᾧ κατακολουθοῦντες] supra sect. 66.

s) ἡ γὰρ ἐνάργεια] male in editis ἐνέργεια, ut supra 66. P 150

t) ἀεὶ ῥεῖ τε] vide si placet dicta supra sect. 54.

τὸ προστίθεσθαι λεγόμενον, οὐκ ἂν αὔξησίν τις εἴποι τὸ τοιοῦτον εἶναι, ἀλλ' ἐξ ὅλου ἑτεροίωσιν.
84 ὁ δὲ αὐτὸς καὶ περὶ τῆς μειώσεως λόγος. τὸ γὰρ μὴ ὑφεστὼς ὅλως πῶς ἂν μεμειῶσθαι λέγοιτο; πρὸς δὲ τούτοις εἰ ἡ μὲν μείωσις γίνεται κατὰ ἀφαίρεσιν, ἡ δὲ αὔξησις κατὰ πρόσθεσιν, οὐδὲν δέ ἐστιν οὔτε ἀφαίρεσις οὔτε πρόσθεσις· οὐκοῦν οὐδὲ ἡ μείωσις οὐδὲ ἡ αὔξησις ἐστί τι.

## ΚΕΦ. ι'.

### Περὶ ἀφαιρέσεως καὶ προσθέσεως.

85 Ὅτι δὲ οὐδέν ἐστιν ἀφαίρεσις[u]) ἐντεῦθεν ἐπιλογίζονται· εἰ ἀφαιρεῖταί τι ἀπό τινος, ἤτοι τὸ ἴσον ἀπὸ τοῦ ἴσου ἀφαιρεῖται ἢ τὸ μεῖζον ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος ἢ τὸ ἔλασσον ἀπὸ τοῦ μείζονος. κατὰ οὐδένα δὲ τῶν τρόπων τούτων ἀφαίρεσις γίνεται, ὡς παραστήσομεν. ἀδύνατος ἄρα ἐστὶν ἡ ἀφαίρεσις. ὅτι δὲ καθ' οὐδένα τῶν προειρημένων τρόπων ἡ ἀφαίρεσις γίνεται δῆλον ἐντεῦθεν· τὸ ἀφαιρούμενον ἀπό τινος ἐμπεριέχεσθαι χρὴ πρὸ τῆς
86 ἀφαιρέσεως τῷ ἀφ' οὗ[x]) ἀφαιρεῖται. οὔτε δὲ τὸ ἴσον ἐν τῷ ἴσῳ περιέχεται, οἷον τὰ ἓξ ἐν τοῖς ἕξ· μεῖζον γὰρ εἶναι δεῖ τὸ περιέχον τοῦ περιεχομένου, καὶ τὸ ἀφ' οὗ ἀφαιρεῖταί τι τοῦ ἀφαιρουμένου, ἵνα μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν ὑπολίπηταί τι· τοῦτο γὰρ διαφέρειν δοκεῖ τῆς παντελοῦς ἄρσεως ἡ ἀφαίρεσις· οὔτε
P 151 τὸ μεῖζον ἐν τῷ μικροτέρῳ, οἷον τὰ ἓξ τοῖς πέντε· ἀπεμφαίνει
87 γάρ. διὰ δὲ τοῦτο οὐδὲ τὸ ἔλασσον ἐν τῷ μείζονι· εἰ γάρ, ἐν τοῖς ἓξ περιέχεται τὰ πέντε, ὡς ἐν πλείοσιν ἐλάσσονα, καὶ ἐν

ingrediente, si additur id quod addi dicitur, nemo augmentationem dixerit id esse, sed ex toto immutationem. 84. idem et de imminutione dici potest. nam quod nullo modo subsistit, quomodo imminutum esse diceretur? praeterea si imminutio quidem fit per ablationem, augmentatio autem per additionem, nihil autem est neque ablatio neque additio, ergo ne imminutio quidem aut augmentatio est aliquid.

## CAP. X.

### De ablatione et additione.

85. Nihil autem esse ablationem ex hac ratiocinatione colligunt. si quid ab aliquo aufertur, aut aequale ab aequali aufertur aut maius a minori aut minus a maiori. at per nullum ex his modis ablatio fit, ut declarabimus. fieri ergo non potest ablatio. per nullum autem ex his ablationem fieri hinc perspicuum est: quod aufertur ab aliquo, oportet ante ablationem contineri in eo a quo aufertur. 86. at vero nec aequale in aequali continetur, ut sex in sex. oportet enim maius esse id quod continet, eo quod continetur; et id a quo aufertur aliquid, eo quod aufertur, ut post ablationem aliquid relinquatur. haec enim videtur esse differentia inter auferre et inter prorsus tollere totum. nec vero maius in minore continetur, ut sex in quinque; hoc enim absurdum est. 87. propterea vero nec minus in maiori. nam si in sex continentur quinque, ut in pluribus pauciora, etiam in quinque con-

---

u) ὅτι δὲ οὐδέν ἐστιν ἀφαίρεσις] conferendus liber 1 adversus Physicos sect. 280. 297 seq. et adversus Grammaticos sect. 162 et contra Geometras sect. ult.

x) τῷ ἀφ' οὗ] ita recte mss pro τοῦ ἀφ' οὗ, quod in editis reperies.

τοῖς πέντε περισχεθήσεται τὰ τέσσαρα καὶ ἐν τοῖς τέτρασι τὰ
τρία, καὶ ἐν τοῖς τρισὶ τὰ δύο, καὶ ἐν τούτοις τὸ ἕν. ἕξει οὖν
τὰ ἓξ πέντε τέσσαρα τρία δύο ἕν, ὧν συντεθέντων γίνεται ὁ
πεντεκαίδεκα ἀριθμός y), ὃς ἐν τῷ ἓξ περιέχεσθαι συνάγεται, δι-
δομένου τοῦ τὸ ἔλασσον ἐν τῷ μείζονι περιέχεσθαι· ὁμοίως δὲ
καὶ ἐν τῷ πεντεκαίδεκα τῷ ἐν τῷ ἓξ ἐμπεριεχομένῳ ὁ τριάκοντα
καὶ πέντε z) ἀριθμὸς περιέχεται, καὶ κατὰ ὑπόβασιν a) ἄπειροι.
ἄτοπον δὲ τὸ λέγειν ἀπείρους ἀριθμοὺς ἐμπεριέχεσθαι τῷ ἓξ
ἀριθμῷ· ἄτοπον ἄρα καὶ τὸ λέγειν, ὅτι ἐν τῷ μείζονι περιέχεται
τὸ ἔλασσον. εἰ οὖν χρὴ τὸ ἀφαιρούμενον ἀπό τινος περιέχεσθαι 88
ἐν ἐκείνῳ ἀφ᾽ οὗ ἀφαιρεῖσθαι μέλλει, οὔτε δὲ τὸ ἴσον ἐν τῷ
ἴσῳ περιέχεται οὔτε τὸ μεῖζον ἐν τῷ μικροτέρῳ οὔτε τὸ μικρότε-
ρον ἐν τῷ μείζονι, οὐδὲ ἀφαιρεῖταί τι ἀπό τινος. καὶ μὴν εἰ
ἀφαιρεῖταί τι ἀπό τινος, ἢ ὅλον ἀπὸ ὅλου ἀφαιρεῖται ἢ μέρος
ἀπὸ μέρους b) ἢ ὅλον ἀπὸ μέρους ἢ μέρος ἀπὸ ὅλου. ὅλον μὲν 89
οὖν ἀφαιρεῖσθαι λέγειν ἤτοι ἀπὸ ὅλου c) ἢ ἀπὸ μέρους, ἀπεμ-
φαίνει προδήλως. λείπεται δὲ λέγειν τὸ μέρος ἀφαιρεῖσθαι ἤτοι
ἀπὸ ὅλου ἢ ἀπὸ μέρους, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον. οἷον γοῦν, ἵνα ἐπὶ
ἀριθμῶν στήσωμεν τὸν λόγον τοῦ σαφοῦς ἕνεκα, ἔστω δεκάς,
καὶ ἀπὸ ταύτης ἀφαιρεῖσθαι λεγέσθω μονάς. αὕτη οὖν ἡ μονὰς
οὔτε ἀπὸ ὅλης τῆς δεκάδος ἀφαιρεῖσθαι δύναται οὔτε ἀπὸ τοῦ
λειπομένου μέρους τῆς δεκάδος, τουτέστι τῆς ἐννεάδος, ὡς παρα-
στήσω. οὐκοῦν οὐδὲ ἀφαιρεῖται. εἰ γὰρ ἡ μονὰς ἀπὸ ὅλης 90

tinebuntur quattuor et in quattuor tria et in tribus duo et in his unum. atque ita fiet ut sex habeant quinque quattuor tria duo unum. quibus compositis quindecim fiunt, qui numerus in sex contineri concluditur, si minus in maiori contineri concedatur. similiter et in quindecim, qui in sex continetur, triginta quinque continentur et paulatim progrediendo infiniti numeri. atqui dicere infinitos numeros in numero sex contineri absurdum est. itidem ergo et in maiori minus contineri dicere absurditatem habet. 88. si igitur oportet quod aufertur ab aliquo contineri in illo a quo auferri debet, at nec aequale in aequali continetur nec maius in minori nec minus in maiori, nihil certe ab ullo aufertur. insuper vero, si aufertur aliquid ab aliquo, aut totum a toto aufertur aut pars a parte aut totum a parte aut pars a toto. 89. totum ergo dicere auferri aut a toto aut a parte manifeste rationi repugnat. quod si ita est, superest ut dicatur partem auferri a toto aut a parte, quod est absurdum. exempli gratia, ut a numeris orationem non abducamus ob maiorem perspicuitatem, sit denarius numerus, et ab hoc dicatur auferri unitas: haec unitas nec a tota decade auferri potest nec a reliqua parte decadis, nempe ab novenario numero, ut patefaciam. ergo ne aufertur quidem. 90. nam si unitas a tota decade aufertur, quoniam decas

---

y) ὁ πεντεκαίδεκα ἀριθμός] similis cavillatio supra lib. 2 sect. 216. P 151

z) ὁ τριάκοντα καὶ πέντε] hoc ut intelligas, confer lib. 1 adversus Physicos sect. 305.

a) καὶ κατὰ ὑπόβασιν] si nempe pergas computare et progrediaris in ducendo calculo quanti numeri contineantur v. g. in 121, atque deinde iterum in collecta ex his numeris simul additis summa, et in summa numerorum hac etiam summa comprehensorum iterum, atque ita in infinitum.

b) ἢ μέρος ἀπὸ μέρους] ita mss pro ἢ μέν.

c) ἀπὸ ὅλου] esset enim ἄρσις illa non ἀφαίρεσις, ut iam dixit sect. 86.

*ἀφαιρεῖται τῆς δεκάδος, ἐπεὶ ἡ δεκὰς οὔτε ἕτερόν τί ἐστι παρὰ τὰς δέκα μονάδας οὔτε τις τῶν μονάδων, ἀλλὰ ἡ συνέλευσις πασῶν τῶν μονάδων, ἀπὸ ἑκάστης μονάδος ἀφαιρεῖσθαι ὀφείλει* [d]) *ἡ μονάς, ἵνα ἀπὸ ὅλης ἀφαιρῆται τῆς δεκάδος. μάλιστα μὲν οὖν ἀπὸ μονάδος οὐδὲν δύναται ἀφαιρεῖσθαι — ἀδιαίρετοι γάρ εἰσιν αἱ μονάδες — καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἡ*
91 *μονὰς ἀπὸ τῆς δεκάδος οὕτως. εἰ δὲ καὶ δῴη τις ἀπὸ ἑκάστης τῶν μονάδων ἀφαιρεῖσθαι τὴν μονάδα, δέκα ἕξει μέρη ἡ μονάς* [e]),
P 152 *δέκα δὲ ἔχουσα μέρη μονὰς* [f]) *ἔσται. ἀλλὰ καὶ ἐπεὶ δέκα ἕτερα μέρη ἀπολέλειπται* [g]), *ἀφ' ὧν ἀφῄρηται τὰ τῆς μονάδος λεγομένης δέκα μέρη, ἔσται τὰ δέκα εἴκοσι. ἄτοπον δὲ λέγειν τὸ ἓν δέκα εἶναι καὶ τὰ δέκα εἴκοσι καὶ τὸ ἀδιαίρετον κατὰ αὐτοὺς διαιρεῖσθαι. ἄτοπον ἄρα τὸ λέγειν ἀπὸ ὅλης τῆς δεκάδος ἀφαι-*
92 *ρεῖσθαι τὴν μονάδα. ἀλλ' οὐδὲ ἀπὸ τῆς ὑπολειπομένης ἐννεάδος ἀφαιρεῖται ἡ μονάς· τὸ μὲν γὰρ ἀφ' οὗ τι ἀφαιρεῖται, οὐ μένει ὁλόκληρον, ἡ δὲ ἐννεὰς μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν ἐκείνης τῆς μονάδος ὁλόκληρος μένει* [h]). *καὶ ἄλλως ἐπεὶ ἡ ἐννεὰς οὐδέν ἐστι παρὰ τὰς ἐννέα μονάδας, εἰ μὲν ἀπὸ ὅλης αὐτῆς λέγοιτο ἀφαιρεῖσθαι ἡ μονάς, ἐννεάδος ἀφαίρεσις* [i]) *ἔσται. εἰ δὲ ἀπὸ μέρους τῶν ἐν-*

nec aliud quicquam est quam decem unitates, nec una ex illis unitatibus, sed omnium illarum unitatum concursus, ab unaquaque unitate auferri debet unitas, ut a tota auferatur decade. inprimis ergo ab unitate quidem nihil potest auferri — indivisibiles enim sunt unitates — et propterea non auferetur unitas a decade hoc modo. 91. veruntamen licet concedat aliquis ab unaquaque unitate auferri unitatem, decem habebit partes unitas, decemque constans partibus unitas erit. iam vero quum decem aliae partes relictae sint a quibus ablatae sint decem partes eius quae unitas vocatur, decem haec erunt viginti. atqui absurdum est dicere unum decem esse et decem viginti, et quod indivisibile est secundum ipsos dividi. absurdum est igitur dicere a tota decade unitatem auferri. 92. sed ne ab ea quidem quae superest enneade sive novenario numero, aufertur unitas. nam id a quo aliquid aufertur, non manet integrum. at enneas post ablationem illius unitatis integra manet. at haec vero, quum enneas nihil sit praeter novem unitates, si quidem ab ipsa tota dicatur unitas auferri, enneas ipsa aufere-

---

d) *ὀφείλει*] mss *ὀφείλῃ*. geminis cavillationibus ludit noster supra lib. 2 sect. 216 seq. et libro adversus Arithmeticos.

e) *δέκα ἕξει μέρη ἡ μονάς*] quoniam ex singulis illis decem unitatibus aliquid detraheretur ad unitatem hanc quae subtrahi debet constituendam.

f) *δέκα δὲ ἔχουσα μέρη μονὰς ἔσται*] itaque et necesse erit dicere unitatem constare decem partibus. in laudato adversus Arithmeticos libro: *εἰ δὲ ἡ αὐτὴ ταῖς μονάσιν ἐστὶν ἡ δεκάς, τουτέστιν εἰ αἱ κατὰ μέρος μονάδες εἰσὶ δεκάδες, δῆλον ὡς εἴπερ ἀπὸ τῆς δεκάδος ἡ τῆς μονάδος ἀφαίρεσις γίνεται, ἀφ' ἑκάστης μονάδος ἀφαιρεθήσεται· αἱ γὰρ κατὰ μέρος μονάδες ἦσαν ἡ δεκάς.*

P 152 g) *δέκα ἕτερα μέρη ἀπολέλειπται*] nulla enim ex decem illis unitatibus tota subtracta supponitur, sed ex singulis unitatibus pars tantum detrahitur ad unitatem constituendam, inde necesse est ex singulis decem unitatibus aliquid adhuc superesse, quae decem partes superstites cum decem particulis detractis constituunt partes viginti. potuit etiam dicere centum, cum singulas unitates iam decem partibus constare evicerit. sed gerrae hae germanae sunt et nugae merae.

h) *ὁλόκληρος μένει*] sublata a numero denario unitate, integer manet novenarius.

i) *ἐννεάδος ἀφαίρεσις*] h. e. novem partium ex novem unitatibus de-

νεα, εἰ μὲν ἀπὸ τῶν ὀκτώ, τὰ αὐτὰ ἄτοπα ἀκολουθήσει· εἰ δὲ ἀπὸ τῆς ἐσχάτης μονάδος, διαιρετὴν εἶναι φήσουσι τὴν μονάδα, ὅπερ ἄτοπον. οὐκοῦν οὐδὲ ἀπὸ τῆς ἐννεάδος ἀφαιρεῖται ἡ μονάς. 93
εἰ δὲ μήτε ἀπὸ ὅλης τῆς δεκάδος ἀφαιρεῖται μήτε ἀπὸ μέρους αὐτῆς, οὐδὲ μέρος ἀπὸ ὅλου ἢ μέρους ἀφαιρεῖσθαι δύναται. εἰ οὖν μήτε ὅλον ἀπὸ ὅλου τι ἀφαιρεῖται μήτε μέρος ἀπὸ ὅλου μήτε ὅλον ἀπὸ μέρους μήτε μέρος ἀπὸ μέρους, οὐδὲ ἀφαιρεῖταί τι ἀπό τινος. ἀλλὰ καὶ ἡ πρόσθεσις[k]) τῶν ἀδυνάτων εἶναι παρ' 94
αὐτοῖς ὑπείληπται· τὸ γὰρ προστιθέμενον, φασί, ἤτοι ἑαυτῷ προστίθεται ἢ τῷ προϋποκειμένῳ ἢ τῷ ἐξ ἀμφοῖν συνεστῶτι· τούτων δὲ οὐδέν ἐστιν ὑγιές, οὐκοῦν οὐδὲ προστίθεταί τί τινι. οἷον γοῦν ἔστω τι τετρακοτυλιαῖον πλῆθος[l]) καὶ προστιθέσθω κοτύλη· ζητῶ τίνι προστίθεται. ἑαυτῇ μὲν γὰρ οὐ δύναται, ἐπεὶ τὸ μὲν προστιθέμενον ἕτερόν ἐστι τοῦ ᾧ προστίθεται, οὐδὲν δὲ 95
ἑαυτοῦ ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' οὐδὲ τῷ ἐξ ἀμφοῖν τοῦ τετρακοτυλιαίου καὶ τῆς κοτύλης. πῶς γὰρ ἂν προστεθείη τι τῷ μηδέπω ὄντι. καὶ ἄλλως· εἰ τῷ τετρακοτυλιαίῳ καὶ τῇ κοτύλῃ μίγνυται ἡ κοτύλη ἡ προστιθεμένη, ἑξακοτυλιαῖον ἔσται πλῆθος ἀπὸ τοῦ τετρακοτυλιαίου καὶ τῆς κοτύλης καὶ τῆς προστιθεμένης κοτύλης. εἰ δὲ μόνῳ τῷ τετρακοτυλιαίῳ προστίθεται ἡ κοτύλη, ἐπεὶ τὸ 96
παρεκτεινόμενόν τινι[m]) ἴσον ἔσται ἐκείνῳ ᾧ παρεκτείνεται, τῷ τετρακοτυλιαίῳ πλήθει, ἡ κοτύλη παρεκτεινομένη διπλασιάσει τὸ τετρακοτυλιαῖον, ὡς γίνεσθαι τὸ πᾶν πλῆθος ὀκτὼ κοτυλῶν,

tur: sin a parte ipsorum novem, siquidem ab octo, eaedem absurditates sequentur: sin ab unitate quae ultima est, divisibilem esse dicent unitatem, quod est absurdum. 93. ergo nec ab enneade quidem aufertur unitas. quodsi neque a tota decade aufertur nec a parte eius, ne pars quidem a toto aut a parte auferri potest. si igitur neque totum a toto quicquam aufertur neque pars a toto neque totum a parte nec pars a parte, nullo modo aliquid ab aliquo auferri consequitur. 94. quin etiam additio inter ea, quae fieri non possunt, a Scepticis numeratur. nam quod additur inquiunt aut sibi ipsi additur aut praeexistenti subiecto aut ei quod ex utroque constat. at nihil horum est verum; ergo nihil ulli additur. exempli gratia, sit multitudo quattuor cotylarum et addatur cotyla: quaero cui addatur. sibi ipsi quidem non potest, nam id quod additur, aliud est ab eo cui additur, nihil autem est aliud a se ipso. 95. sed neque additur ad id quod ex utroque constat, ex quattuor cotylarum mensura et ex cotyla. nam quomodo addatur aliquid ad id quod nondum est? ad haec si quattuor cotylis et cotylae admisceatur cotyla quae additur, multitudo erit sex cotylarum ex quattuor cotylis et cotyla et alia cotyla addita. 96. quodsi ad solas quattuor cotylas additur cotyla, quia id quod alicui coëxtenditur, aequale erit ei cui coextenditur, si cotyla quattuor cotylarum multitudini coextendatur, duplicabit illam quattuor cotylarum multitudinem, adeo ut tota multitudo sit octo co-

---

tractio ad unam unitatem constituendam, eodem modo ut de denario paullo ante cavillatus fuerat.

k) ἀλλὰ καὶ ἡ πρόσθεσις] confer librum adversus Grammaticos sect. 165 seq.

l) τετρακοτυλιαῖον πλῆθος] cotyla quantum volabus iunctis utriusque manus capere possumus, ut dixi supra sect. 59.

m) παρεκτεινόμενόν τινι] ita mss pro τι, recte. supra sect. 60: τὰ δὲ παρεκτεινόμενα ἀλλήλοις καθ' ἅπαν μέρος τὸν ἴσον ἐπέχει τόπον, διὸ καὶ ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

ὅπερ οὐ θεωρεῖται. εἰ οὖν μήτε ἑαυτῷ προστίθεται τὸ προστί-
P 153 θεσθαι λεγόμενον, μήτε τῷ προϋποκειμένῳ μήτε τῷ ἐξ ἀμφοῖν τούτων, παρὰ δὲ ταῦτα οὐδέν ἐστιν, οὐδὲ προστίθεται οὐδὲν οὐδενί.

## ΚΕΦ. ια΄.

### Περὶ μεταθέσεως.

97 Τῇ δὲ τῆς προσθέσεως καὶ τῆς ἀφαιρέσεως καὶ τῆς τοπικῆς κινήσεως ὑποστάσει [n]) συμπεριγράφεται καὶ ἡ μετάθεσις [o])· αὕτη γὰρ ἀπό τινος μέν ἐστιν ἀφαίρεσις, τινὶ δὲ πρόσθεσις μεταβατικῶς [p]).

## ΚΕΦ. ιβ΄.

### Περὶ ὅλου καὶ μέρους.

98 Καὶ τὸ ὅλον δὲ καὶ τὸ μέρος [q]). κατὰ μὲν γὰρ συνέλευσιν καὶ πρόσθεσιν τῶν μερῶν τὸ ὅλον γίγνεσθαι δοκεῖ, κατὰ ἀφαίρεσιν δέ τινος ἢ τινῶν παύεσθαι τοῦ ὅλον εἶναι. καὶ ἄλλως δὲ εἰ ἔστι τι ὅλον, ἤτοι ἕτερόν ἐστι παρὰ τὰ μέρη αὐτοῦ ἢ αὐτὰ
99 τὰ μέρη αὐτοῦ ὅλον ἐστίν. ἕτερον μὲν οὖν τῶν μερῶν οὐδὲν φαίνεται τὸ ὅλον εἶναι· ἀμέλει γοῦν αἱρουμένων τῶν μερῶν οὐδὲν ὑπολείπεται, ἵνα ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα λογισώμεθα τὸ ὅλον· εἰ δὲ αὐτὰ τὰ μέρη τὸ ὅλον ἐστίν, ὄνομα ἔσται μόνον τὸ ὅλον

tylarum; quod verum esse non cernitur. si ergo neque sibi ipsi additur id quod addi dicitur, neque praeexistenti subiecto neque illi quod ex utroque horum constat, praeter haec autem nihil est, certe nec quicquam cuiquam additur.

## CAP. XI.

### De transpositione.

97. Iam vero una cum additionis ablationisque et localis motus subsistentia transpositio etiam circumscribitur. haec enim est quae transeundo ab uno aufert aliquid, alteri addit.

## CAP. XII.

### De toto et parte.

98. Itidem vero et totum et partes; nam per concursum et additionem partium totum fieri videtur, per ablationem autem alicuius aut aliquorum desinere esse totum. praeterea si aliquid est totum, aut aliud est quam partes eius aut ipsae partes eius totum sunt. 99. atqui aliud a partibus nihil videtur totum esse; nam sublatis quidem certe partibus nihil remanet, ut aliud quicquam quam has cogitemus esse totum; quodsi ipsae partes totum sunt, nomen erit duntaxat ipsum totum et appellatio inanis, subsi-

---

P 153 n) ὑποστάσει] dum probatur non subsistere additio, ablatioque et motus localis, simul etiam evertitur transpositio.

o) συμπεριγράφεται καὶ ἡ μετάθεσις] confer lib. 1 adversus Physicos sect. 324. et de voce συμπεριγράφεται lib. 1 Pyrrhon. sect. 13. simile est συμπεριτρέπεται infra sect. 109.

p) μεταβατικῶς] infra sect. 129 εἰ δὲ ὑποχωρεῖ κενούμενον μεταβατικῶς.

q) τὸ ὅλον δὲ καὶ τὸ μέρος] confer quae supra lib. 2 sect. 215 seq. et lib 1 adversus Physicos sect. 330 seq.

καὶ προσηγορία κενή, ὑπόστασιν δὲ ἰδίαν οὐχ ἕξει. καθάπερ οὐδὲ διάστασίς [r]) ἐστί τι παρὰ τὰ διεστῶτα, οὐδὲ δόκωσις [s]) παρὰ τὰ δεδοκωμένα· οὐκ ἄρα ἔστι τι ὅλον. ἀλλ᾽ οὐδὲ μέρη· 100
εἰ γάρ ἐστι μέρη, ἤτοι τοῦ ὅλου ταῦτά ἐστι μέρη ἢ ἀλλήλων ἢ ἑαυτοῦ ἕκαστον· οὔτε δὲ τοῦ ὅλου, ἐπεὶ μηδέ ἐστί τι περὶ τὰ μέρη, καὶ ἄλλως τὰ μέρη οὕτως ἔσται μέρη ἑαυτῶν, ἐπεὶ ἕκαστον τῶν μερῶν συμπληρωτικὸν εἶναι λέγεται τοῦ ὅλου, οὔτε ἀλλήλων, ἐπεὶ τὸ μέρος ἐμπεριέχεσθαι δοκεῖ [t]) ἐν ἐκείνῳ οὗ ἐστι μέρος· καὶ ἄτοπόν ἐστι λέγειν τὴν χεῖρα, εἰ τύχοι, ἐν τῷ ποδὶ περιέχεσθαι· ἀλλ᾽ οὐδὲ ἕκαστον ἑαυτοῦ μέρος ἔσται· διὰ γὰρ 101
τὴν περιοχὴν ἔσται τι ἑαυτοῦ μεῖζον καὶ ἔλαττον. εἰ οὖν μήτε τοῦ ὅλου μήτε ἑαυτῶν μήτε ἀλλήλων μέρη ἐστὶ τὰ λεγόμενα εἶναι μέρη, οὐδενός ἐστι μέρη· εἰ δὲ μηδενός ἐστι μέρη, οὐδὲ ἔστι μέρη. τὰ γὰρ πρός τι [u]) ἀλλήλοις συναναιρεῖται. ταῦτα P 154
μὲν οὖν ἄλλως εἰρήσθω κατὰ παρέκβασιν, ἐπειδὴ ἅπαξ ὅλου καὶ μέρους ἐπεμνήσθημεν.

## ΚΕΦ. ιγ΄.

### Περὶ φυσικῆς μεταβολῆς.

Ἀνυπόστατον δὲ εἶναι λέγουσί τινες καὶ τὴν καλουμένην φυ- 102

stentiam vero propriam non habebit. quemadmodum nec intervallum est aliud quam ea quae sunt intervallo dissita, nec contignatio aliud est praeter ea quae sunt contignata. ergo totum non erit quicquam. 100. sed ne partes quidem quicquam erunt; si enim sunt partes, aut ipsae sunt totius partes aut aliae aliarum partes aut unaquaeque sui ipsius pars. at neque totius, quia nihil est aliud praeter partes et alioqui partes hoc modo essent sui ipsarum partes, quoniam unaquaeque pars completiva esse dicitur totius; nec aliae aliarum, quia pars contineri videtur in illo cuius est pars. est autem absurdum dicere manum verbi gratia in pede comprehendi. 101. nec vero unaquaeque pars sui ipsius pars erit; nam ita se ipsam complectetur, adeoque erit aliquid se ipso maius et minus. ergo si neque totius neque sui ipsarum nec aliae aliarum partes sunt eae quae partes esse dicuntur, nullius sunt partes. quodsi nullius sint partes, ne partes quidem sunt; nam quae sunt ad aliquid sive relativa mutuo simul se evertunt. et haec quidem per digressionem dicta sint, quoniam semel totius et partis mentionem fecimus.

## CAP. XIII.

### De naturali mutatione.

102. Sunt etiam qui eam quae naturalis appellatur mutatio subsistere

---

r) οὐδὲ διάστασις] lib. 1 contra Physicos sect. 344 ὡς γὰρ οὐδέν ἐστιν διάστημα παρὰ τὰ διεστηκότα, οὐδὲ δόκωσις παρὰ τάς πως διακειμένας δοκούς, οὐδὲ πυγμὴ παρὰ τὴν πως ἐσχηματισμένην χεῖρα. adde lib. 2 contra Phys. sect. 27.

s) δόκωσις] Hesychius: δόκωσις, στέγη.

t) ἐμπεριέχεσθαι δοκεῖ] debebat itaque minor esse se ipsa, quia continens maius esse debet eo quod continetur. in quam sententiam statim ait: διὰ γὰρ τὴν περιοχὴν ἔσται τι ἑαυτοῦ μεῖζον καὶ ἔλαττον. confer supra sect. 86.

u) τὰ γὰρ πρός τι] Boëthius in praedicamenta Aristotelis p. 164, ubi P 154
de relativis: *simul ea sunt, quae se invicem vel interimunt vel inferunt.*

φυσικὴν μεταβολὴν x), λόγοις ἐπιχειροῦντες τοιούτοις· εἰ μεταβάλ-
λοι τι, ἤτοι σῶμά ἐστι τὸ μεταβάλλον ἢ ἀσώματον. ἑκάτερον
δὲ τούτων y) ἠπόρηται. ἄπορος ἄρα ἔσται καὶ ὁ περὶ τῆς μετα-
103 βολῆς λόγος. εἰ μεταβάλλει τι, κατά τινας ἐνεργείας αἰτίου καὶ
πάσχον μεταβάλλει· διατρέπεται γὰρ ἡ τοῦ αἰτίου ὑπόστασις z),
ᾧ τὸ πάσχον συμπεριτρέπεται μὴ ἔχον ὑπὸ ὅτου πάθῃ· οὐδὲ
104 μεταβάλλει τι ἄρα. ὃ εἰ μεταβάλλει τι, ἤτοι τὸ ὂν μεταβάλλει
ἢ τὸ μὴ ὄν. τὸ μὲν οὖν μὴ ὂν ἀνυπόστατόν ἐστι καὶ οὔτε πά-
σχειν τι οὔτε δρᾶν δύναται, ὥστε οὐδὲ μεταβολὴν ἐπιδέχεται.
εἰ δὲ τὸ ὂν μεταβάλλει, ἤτοι καθ᾽ ὃ ὄν ἐστι μεταβάλλει ἢ καθ᾽
105 ὃ μὴ ὄν ἐστι. καθ᾽ ὃ μὲν οὖν μὴ ὄν ἐστιν, οὐ μεταβάλλει,
οὐδὲ γὰρ οὐκ ὂν ἔστιν a)· εἰ δὲ καθ᾽ ὃ ὂν ἔστι μεταβάλλει,
ἕτερόν ἐστι τοῦ ὂν εἶναι b), τουτέστιν, οὐκ ὂν ἔσται. ἄτοπον δὲ
τὸ λέγειν τὸ ὂν οὐκ ὂν γίνεσθαι· οὐκ ἄρα οὐδὲ τὸ ὂν μεταβάλ-
λει. εἰ δὲ μήτε τὸ ὂν μεταβάλλει μήτε τὸ μὴ ὄν, παρὰ ταῦτα
106 δὲ οὐδέν ἐστι, λείπεται λέγειν ὅτι οὐδὲν μεταβάλλει. ἔτι καὶ
ταῦτά φασί τινες, τὸ μεταβάλλον ἔν τινι χρόνῳ μεταβάλλειν
ὀφείλει· οὔτε δὲ ἐν τῷ παρῳχηκότι χρόνῳ μεταβάλλει τι οὔτε
ἐν τῷ μέλλοντι, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐν τῷ ἐνεστῶτι, ὡς δείξομεν· οὐκ
ἄρα μεταβάλλει τι. ἐν μὲν οὖν τῷ παρεληλυθότι ἢ μέλλοντι
χρόνῳ οὐδὲν μεταβάλλει (τούτων γὰρ οὐδέτερος ἐνέστηκεν),
ἀδύνατον δέ ἐστι δρᾶν τι ἢ πάσχειν ἐν τῷ μὴ ὄντι καὶ ἐνεστη-
107 κότι χρόνῳ· ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐν τῷ ἐνεστῶτι. ὁ γὰρ ἐνεστὼς χρόνος

negent, rationibus huiusmodi hoc astruentes: si mutetur aliquid, aut corpus est quod mutatur aut incorporeum. at de utroque horum dubitatio est: ergo et quae de mutatione dicuntur ea quoque in dubium revocabuntur. 103. deinde si mutatur aliquid, mutatur per effectus quosdam causae et tamquam patiens. at enim evertitur argumentis causae subsistentia, cum qua patiens etiam evertitur, non habens a quo patiatur. ergo nihil mutatur. 104. praeterea si quid mutatur, aut quod existit mutatur aut quod non est. at quod non est, subsistentiam non habet et neque agere neque pati quicquam potest: ergo ne mutationem quidem recipit. si vero quod existit mutatur, aut quatenus ens est mutatur aut quatenus ens non est. 105. verum quatenus non ens est, non mutatur; neque enim est, si sit non ens. si vero quatenus ens est mutatur, aliud fiet quam quod ens est, id est, non ens fiet. atqui absurdum est dicere ens fieri ut ens non sit: ergo ne ens quidem mutatur. quodsi neque ens mutatur neque non ens, praeter haec autem nihil est, superest ut nihil mutari dicamus. 106. nonnulli vero haec quoque dicunt: quod mutatur in aliquo tempore mutari debet. at vero nec in praeterito tempore mutatur quicquam neque in futuro nec in praesenti, ut ostendemus: non ergo mutatur quicquam. in praeterito quidem aut futuro tempore nihil mutatur, horum enim neutrum praesens est. at impossibile est agere quicquam aut pati in tempore non existente et non praesenti. 107. sed ne in praesenti quidem potest; nam praesens tempus fortasse et ipsum nul-

x) φυσικὴν μεταβολὴν] confer lib. 1 adversus Logicos.

y) ἑκάτερον δὲ τούτων] de corporibus dubitationes attulit supra sect. 38 seq. huius libri, de incorporeis sect. 49.

z) διατρέπεται γὰρ ἡ τοῦ αἰτίου ὑπόστασις] ita legendum pro ἀπόστασις quod in editis erat. respicit vero ad ea quibus causam dari nullam disputavit supra sect. 13 seq.

a) οὐδὲ γὰρ οὐκ ὂν ἐστίν] ita mss pro οὐκ ὄντα, quod habebant editi.

b) ἕτερόν ἐστι τοῦ ὂν εἶναι] quia ens nimirum iam erat. similis cavillatio infra sect. 112.

ἴσως μὲν καὶ ἀνύπαρκτός c) ἐστιν. ἵνα δὲ τοῦτο νῦν ὑπερθώμεθα, ἀμερής ἐστιν· ἀδύνατον δέ ἐστιν ἀμερεῖ χρόνῳ νομίζειν τὸν σίδηρον, εἰ τύχοι, ἀπὸ τῆς σκληρότητος εἰς μαλθακότητα μεταβάλλειν ἢ τῶν ἄλλων μεταβολῶν ἑκάστην γίνεσθαι· παρατάσεως γὰρ αὗται φαίνονται χρῄζειν. εἰ οὖν μήτε ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ μεταβάλλει τι μήτε ἐν τῷ μέλλοντι μήτε ἐν τῷ P 155
ἐνεστῶτι, οὐ μεταβάλλειν τι ῥητέον d). πρὸς τούτοις εἰ ἔστι τις 108
μεταβολή, ἤτοι αἰσθήσεις ἁπλοπαθεῖς e) εἰσιν, ἡ δέ μεταβολὴ συμμνημόνευσιν ἔχειν δοκεῖ f) τοῦ τε ἐξ οὗ μεταβάλλει καὶ εἰς ὃ μεταβάλλειν λέγεται· εἰ δὲ νοητή ἐστιν, ἐπεὶ περὶ τῆς ὑπάρξεως τῶν νοητῶν g) ἀνεπίκριτος γέγονε παρὰ τοῖς παλαιοῖς διαφωνία, καθάπερ ἤδη πολλάκις ὑπεμνήσαμεν, οὐδὲν ἕξομεν λέγειν οὐδὲ περὶ τῆς ὑπάρξεως τῆς μεταβολῆς.

## ΚΕΦ. ιδ'.

## Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς.

Συμπεριτρέπεται μὲν οὖν καὶ ἡ γένεσις καὶ ἡ φθορὰ τῇ 109
προσθέσει καὶ τῇ ἀφαιρέσει καὶ τῇ φυσικῇ μεταβολῇ· χωρὶς γὰρ τούτων οὔτε γένοιτο ἄν τι οὔτε φθαρείη. οἷον γοῦν ἀπὸ τῆς δεκάδος φθειρομένης, ὥς φασίν, ἐννεάδα γίνεσθαι συμβαίνει κατὰ ἀφαίρεσιν μονάδος· καὶ τὴν δεκάδα ἀπὸ τῆς ἐννεάδος φθειρομένης h) κατὰ πρόσθεσιν τῆς μονάδος, καὶ τὸν ἰὸν ἀπὸ

lum existit. ut tamen hoc nunc praetereamus, indivisibile est. atqui impossibile est indivisibili tempore existimare ferrum verbi gratia a duritie in mollitiem mutari, aut aliarum mutationum quamlibet fieri. producto spatio enim hae videntur egere. si ergo neque in praeterito tempore mutatur quicquam neque in futuro neque in praesenti, ne mutari quidem quicquam dicendum est. 108. praeterea si qua est mutatio, aut simplicibus haec constat sensuum passionibus, mutatio autem videtur una significationem habere et eius ex quo mutatur et eius in quod mutari dicitur. sin vero est intellectu perceptibilis, quia de existentia eorum quae sunt intellectu perceptibilia, indiiudicabilis exstitit apud antiquos controversia, quemadmodum saepe iam docuimus, nihil ne de existentia quidem mutationis dicere poterimus.

## CAP. XIV.

## De generatione et corruptione.

109. Evertitur profecto etiam generatio et corruptio una cum additione et ablatione et naturali mutatione; absque his enim nihil nec generari nec corrumpi possit. verbi gratia ex decade corrupta, ut aiunt, enneadem generari contingit per ablationem unitatis, et decadem ex enneade corrupta

---

c) ὁ ἐνεστὼς χρόνος ἴσως μὲν ἀνύπαρκτος] vide si placet infra caput 17.

d) μήτε ἐν τῷ ἐνεστῶτι, οὐ μεταβάλλειν τι ῥητέον. πρὸς τούτοις] male P 155
pro his legebatur: μεταβάλλει τι, ῥητέον πρὸς τούτοις.

e) αἰσθήσεις ἁπλοπαθεῖς] videtur legendum esse αἴσθησις ἁπλοπαθής ἐστιν. de eo autem quod sensus vocat ἁπλοπαθεῖς, vide si placet supra sect. 47.

f) συμμνημόνευσιν ἔχειν δοκεῖ] non igitur simplici sensus passione constat, sed debet esse νοητή.

g) περὶ τῆς ὑπάρξεως τῶν νοητῶν] supra lib. 2 sect. 57 seq.

h) φθειρομένης] ita recte mss et interpres pro φθειρομένην, uti perperam antea fuit editum.

τοῦ χαλκοῦ φθειρομένου κατὰ μεταβολήν. ὥστε ἀναιρουμένων
τῶν προειρημένων κινήσεων ἀναιρεῖσθαι καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν
110 φθορὰν ἴσως ἀνάγκη. οὐδὲν δὲ ἧττόν τινες κἀκεῖνά φασιν. εἰ
ἐγεννήθη ὁ Σωκράτης, ὅτε οὐκ ἦν Σωκράτης ἐγένετο Σωκράτης
ἢ ὅτε ἦν ἤδη Σωκράτης. ἀλλ' εἰ μὲν ὅτε ἦν ἤδη γεγενῆσθαι
λέγοιτο, δὶς ἂν εἴη γεγενημένος· εἰ δὲ ὅτε οὐκ ἦν, ἅμα καὶ ἦν
Σωκράτης καὶ οὐκ ἦν. ἦν μὲν τῷ γεγονέναι, οὐκ ἦν δὲ κατὰ
111 τὴν ὑπόθεσιν. καὶ εἰ ἀπέθανε Σωκράτης, ἤτοι ὅτε ἔζη ἀπέθα-
νεν ἢ ὅτε ἀπέθανεν· καὶ ὅτε μὲν ἔζη οὐκ ἀπέθανεν, ἐπεὶ ὁ
αὐτὸς ἂν καὶ ἔζη καὶ ἐτεθνήκει· ἀλλ' οὐδὲ ὅτε ἀπέθανεν, ἐπεὶ
δὶς ἂν εἴη τεθνηκώς· οὐκ ἄρα ἀπέθανε Σωκράτης. τοῦτον δὲ
τὸν λόγον οἷόν τέ ἐστιν ἐφ' ἑκάστου τῶν γίνεσθαι ἢ φθείρεσθαι
112 λεγομένων ἱστάντα ἀναιρεῖν τὴν γένεσιν καὶ τὴν φθοράν. ἔνιοι
δὲ καὶ οὕτω συνερωτῶσιν· εἰ γίνεταί τι, ἤτοι τὸ ὂν γίνεται ἢ
τὸ μὴ ὄν· οὔτε δὲ τὸ μὴ ὂν γίνεται, τῷ γὰρ μὴ ὄντι οὐδὲν
συμβεβηκέναι δύναται, ὥστε οὐδὲ τὸ γίνεσθαι, ἀλλ' οὐδὲ τὸ
ὄν· εἰ γὰρ γίνεται τὸ ὄν, ἤτοι καθ' ὃ ὄν ἐστιν γίνεται[i]), ἢ καθ'
P 156 ὃ οὐκ ὄν ἐστι. καθ' ὃ μὲν οὖν οὐκ ὄν ἐστιν οὐ γίνεται. εἰ δὲ
καθ' ὃ ὄν ἐστι γίνεται, ἐπεὶ τὸ γινόμενον ἕτερον ἐξ ἑτέρου φασὶ
γίνεσθαι, ἕτερον ἔσται τοῦ ὄντος τὸ γινόμενον, ὅπερ ἐστὶν οὐκ
113 ὄν. τὸ ἄρα γινόμενον οὐκ ὂν ἔσται, ὅπερ ἀπεμφαίνει. εἰ οὖν
μήτε τὸ μὴ ὂν γίνεται μήτε τὸ ὄν, οὐδὲ γίνεταί τι. κατὰ τὰ
αὐτὰ δὲ οὐδὲ φθείρεται· εἰ γὰρ φθείρεταί τι, ἤτοι τὸ ὂν φθεί-
ρεται ἢ τὸ μὴ ὄν. τὸ μὲν οὖν[k]) οὐκ ὂν οὐ φθείρεται· πάσχειν
γάρ τι δεῖ τὸ φθειρόμενον· ἀλλ' οὐδὲ τὸ ὄν. ἤτοι γὰρ μένον

per additionem unitatis, et aeruginem ex aere corrupto per mutationem. itaque eversis supra dictis motibus, una etiam generationem et corruptionem everti fortasse necesse est. 110. nihilominus tamen sunt qui haec etiam dicant: si generatus est Socrates, quando non erat Socrates generatus est, aut quum iam erat. verum si generatus esse dicatur quum iam esset, bis fuit generatus. quodsi quum non esset, simul et erat Socrates et non erat. erat quidem quatenus generatus erat, non erat autem ut supponitur. 111. ac si mortuus est Socrates, aut quum viveret mortuus est, aut quum mortuus esset. atqui tum quidem quum viveret non erat mortuus; nam idem et viveret et mortuus esset; sed neque quum mortuus esset, alioqui bis mortuus foret: non igitur mortuus est Socrates. hac autem ratiocinatione possit aliquis in unoquoque eorum quae generari aut corrumpi dicuntur insistens generationem et corruptionem evertere. 112. sunt vero et qui hac obiectione utantur: si quid generatur, aut ens generatur aut non ens. at neque non ens generatur: nam ei quod non est, nihil accidere potest, ideoque nec generatio neque ens generatur. nam si ens generatur, aut quatenus ens est generatur aut quatenus non ens est. at quatenus non ens est, non generatur. quodsi quatenus ens est generatur, quia quod generatur, aliud ex alio dicunt generari, aliud erit ab ente id quod generatur, quod est non ens. ergo quod generatur, non ens erit, quod a ratione abhorret. 113. si igitur neque quod non est generatur neque quod est, ne generatur quidem quicquam. eodem modo autem neque corrumpitur. nam si quid corrumpitur, aut ens corrumpitur aut non ens. sed non ens non corrumpitur; nam

---

i) ἤτοι καθ' ὃ ὄν ἐστιν γίνεται] similem cavillationem attulit paullo ante sect. 105. vide et infra sect. 257 et lib. 2 contra Phys. sect. 326 seq.

P 156 k) τὸ μὲν οὖν] ita legendum e mss pro τὸ μὲν ὄν.

ἐν τῷ ὂν εἶναι φθείρεται ἢ μὴ μένον. καὶ εἰ μὲν μένον ἐν τῷ ὂν εἶναι, ἔσται τὸ αὐτὸ ἅμα καὶ ὂν καὶ οὐκ ὄν. ἐπεὶ γὰρ οὐ φθείρεται καθ᾽ ὃ μὴ ὄν ἐστιν, ἀλλὰ καθ᾽ ὃ ὄν ἐστι· καθ᾽ ὃ 114
μὲν ἐφθάρθαι λέγεται, ἕτερον ἔσται τοῦ ὄντος, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ὄν· καθ᾽ ὃ δὲ μένον ἐν τῷ εἶναι φθείρεσθαι λέγεται, ὂν ἔσται. ἄτοπον δὲ τὸ λέγειν τὸ αὐτὸ εἶναι καὶ ὂν καὶ οὐκ ὄν· οὐκ ἄρα μένον ἐν τῷ εἶναι φθείρεται τὸ ὄν. εἰ δὲ οὐ μένον ἐν τῷ εἶναι τὸ ὂν φθείρεται, ἀλλὰ εἰς τὸ μὴ εἶναι περιΐσταται πρῶτον, εἶθ᾽ οὕτως φθείρεται, οὐκέτι τὸ ὂν ἀλλὰ τὸ μὴ ὂν φθείρεται· ὅπερ ἀδύνατον εἶναι ὑπεμνήσαμεν. εἰ οὖν μήτε τὸ ὂν φθείρεται μήτε τὸ μὴ ὄν, παρὰ δὲ ταῦτα οὐδέν ἐστιν, οὐδὲ φθείρεταί τι. ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἐν ὑποτυπώσει καὶ περὶ τῶν κινήσεων ἀρκέσει λελέχθαι. οἷς ἕπεται τὸ ἀνύπαρκτον εἶναι καὶ ἀνεπινόητον τὴν κατὰ τοὺς Δογματικοὺς φυσιολογίαν.

## ΚΕΦ. ιε'.

## Περὶ μονῆς [l]).

Ἑπομένως δὲ καὶ περὶ τῆς ὡς πρὸς τὴν φύσιν μονῆς ἠπό- 115
ρησάν τινες, λέγοντες ὅτι τὸ κινούμενον οὐ μένει. πᾶν δὲ σῶμα διαρκῶς κινεῖται κατὰ τὰς τῶν Δογματικῶν ὑπολήψεις, ῥευστὴν [m]) εἶναι λεγόντων τὴν οὐσίαν καὶ ἀεὶ διαφορήσεις [n]) τε καὶ

oportet ut id quod corrumpitur aliquid patiatur. sed neque ens. aut enim manens in hoc ut sit ens corrumpitur aut non manens. et si quidem manens in suo ens esse, erit idem simul et ens et non ens. 114. quoniam enim corrumpitur, non quatenus non est ens, sed quatenus est ens: quatenus quidem corruptum esse dicitur, aliud erit ab ente et propterea non ens: quatenus autem corrumpi dicitur manens in suo esse, ens erit. sed enim absurdum est dicere idem esse et ens et non ens. non ergo manens in suo esse corrumpitur ens. quodsi ens non manens in suo esse corrumpitur, sed ad non esse redigitur primum, deinde corrumpitur, non iam ens sed non ens corrumpitur: quod impossibile esse docuimus. si ergo neque ens corrumpitur neque non ens, praeter haec autem nihil est, ne corrumpitur quidem aliquid. haec ergo ut in brevi institutione etiam de motibus dixisse sufficiet. ex quibus sequitur non subsistere neque intelligentia comprehendi posse Dogmaticorum physiologiam.

## CAP. XV.

## De mansione ac quiete corporum.

115. Consequenter autem his et de quiete naturali corporum dubitationes proposuerunt aliqui dicentes: quod movetur, non quiescit; omne autem corpus perpetuo movetur secundum opiniones Dogmaticorum, qui fluidam esse dicunt substantiam et semper ab ea exspirari aliaque vicissim addi,

---

l) *περὶ μονῆς*] per vocabulum *μονῆς* non modo quies hoc loco intelligitur motui locario opposita, ut *κινήσει* opponitur infra sect. 136, sed praecipue constans et manens status, quemadmodum et verbo *μένειν* plus simplici usus est hoc sensu Plato, ut fluxui et mutationi corporum illud opponat.

m) *Δογματικῶν ὑπολήψεις, ῥευστὴν*] vide si placet quae dixi supra sect. 54.

n) *διαφορήσεις*] ita ms Vratislav. adscriptum in ora libri: *ἀφαιρέσεις*, sed hoc utut vulgatius et magis in promptu, alteri neutiquam praeferendum

*προσθέσεις ποιουμένην· ὡς τὸν μὲν Πλάτωνα μηδὲ ὄντα λέγειν τὰ*
*σώματα* [o]), *ἀλλὰ γινόμενα μᾶλλον καλεῖν· τὸν δὲ Ἡράκλειτον ὀξείᾳ*
P 157 *ποταμοῦ ῥύσει* [p]) *τὴν εὐκινησίαν τῆς ἡμετέρας ὕλης ἀπεικάζειν, οὐ-*
116 *δὲν ἄρα σῶμα μένει. τό γε μὴν λεγόμενον μένειν συνέχεσθαι δοκεῖ*
*ὑπὸ τῶν περὶ αὐτό, τὸ δὲ συνεχόμενον πάσχει· οὐδὲν δὲ ἔστι πάσχον,*
*ἐπεὶ μηδὲ αἴτιον* [q]), *ὡς ὑπεμνήσαμεν· οὐδὲ μένει τι ἄρα. ἐρωτῶσι δέ*
*τινες καὶ τοῦτον τὸν λόγον· τὸ μένον πάσχει* [r]), *τὸ δὲ πάσχον κινεῖ-*
117 *ται· τὸ ἄρα μένειν λεγόμενον κινεῖται· εἰ δὲ κινεῖται, οὐ μένει. ἐκ*
*δὲ τούτων φανερόν ἐστιν ὅτι οὐδὲ τὸ ἀσώματον ἐνδέχεται μένειν·*
*εἰ γὰρ τὸ μένον πάσχει, τὸ δὲ πάσχειν σωμάτων ἐστὶν ἴδιον,*
*(εἴπερ ἄρα, καὶ οὐχὶ ἀσωμάτων) οὐδὲν δὲ ἀσώματον οὔτε πάσχειν*
118 *δύναται οὔτε μένειν· οὐδὲν ἄρα μένει* [s]). *τοσαῦτα μὲν καὶ περὶ*
*μονῆς εἰρήσθω. ἐπεὶ δὲ ἕκαστον τῶν προειρημένων οὐκ ἄνευ*
*τόπου ἢ χρόνου ἐπινοεῖται, μετιτέον ἐπὶ τὴν περὶ τούτων σκέ-*
*ψιν. ἐὰν γὰρ ταῦτα δείξῃ τις ἀνυπόστατα, ἀνυπόστατον ἔσται*
*καὶ διὰ ταῦτα ἐκείνων ἕκαστον. ἀρξώμεθα δὲ ἀπὸ τοῦ τόπου.*

adeo ut Plato nec esse quidem dixerit corpora, sed potius gigni: et Heraclitus veloci fluminis cursui mobilitatem nostrae materiae comparet. 116. nullum igitur corpus quiescit sive constanti statu manet; nam quod dicitur manere, videtur ab iis quae circa ipsum sunt contineri; at quod continetur, patitur. nihil autem est patiens, quia ne causa quidem, ut docuimus: ergo ne manet quidem aliquid. sunt vero et qui hoc argumentum proponant: quod manet patitur; quod autem patitur movetur. ergo quod manere dicitur, movetur. quod si movetur, non manet. 117. ex his porro perspicuum est neque incorporeum manere sive quiescere posse; nam si manens patitur, pati autem corporum est proprium (itaque non est etiam incorporeorum), nihil autem incorporeum neque pati potest neque manere: nihil ergo quiescit sive manet. 118. hactenus etiam de quiete sive mansione dictum sit. quoniam autem unumquodque supra dictorum non absque loco aut tempore intellectu percipitur, transeundum est ad horum disquisitionem. nam si haec aliquis ostenderit consistere non posse, ne illorum quidem unumquodque consistere poterit etiam propter haec. incipiamus autem a loco.

---

lerim, quod pulchre corpusculorum ex materia exspirationem ac defluxum denotat quemadmodum corporis nostri exhalationes eodem vocabulo designantur.

o) *τὸν μὲν Πλάτωνα μηδὲ ὄντα λέγειν τὰ σώματα*] in Olympiodori commentario inedito ad Phaedonem ex Platonis mente *διττά* distinguuntur *τὰ εἴδη* sive duo rerum genera, alterum *ὄντων*, *θεῖον ἀθάνατον νοητὸν μονοειδὲς ἀδιάλυτον κατὰ τὰ αὐτὰ ὡσαύτως ἔχον*, alterum *γιγνομένων*, *σωματικὸν οὐκ ἀθάνατον ἀνόητον πολυειδὲς διαλυτὸν ἄλλοτε ἄλλως ἔχον*. passim hoc Plato in scriptis suis innuit, ut in Timaeo Theaeteto atque alibi.

P 157 p) *τὸν Ἡράκλειτον ὀξείᾳ ποταμοῦ ῥύσει*] tritum Graecis *ὀξύ* dicere pro *ὠκύ*, ut apud Anacreontem *διὰ ὀξέων ἀναύρων*, *per rapidos torrentes*, quem locum illustrandis Sexti nostri verbis iam attulit elegantissimus Menagius ad Laertii 9 80, idem ad 9 8 videndus de Heracliti dogmate, quo ut testatur etiam Plutarchus lib. 1 de placitis c. 23 et Stobaeus Eclog. Phys. p. 40 *ἠρεμίαν μὲν καὶ στάσιν ἐκ τῶν ὅλων ἀνῄρει, κίνησιν δὲ τοῖς πᾶσιν ἀπεδίδου*. *ὀξεῖαν ῥύσιν* de temporis fluxu habes infra sect. 145.

q) *ἐπεὶ μηδὲ αἴτιον*] supra sect. 13 seq. et 103.

r) *τὸ μένον πάσχει*] idem argumentum exstat lib. 2 contra Physicos.

s) *οὐδὲν ἄρα μένει*] ita mss, non *μένειν*, ut editi.

## ΚΕΦ. ιϛ'.

### Περὶ τόπου.

Τόπος τοίνυν λέγεται διχῶς[t]), κυρίως καὶ καταχρηστικῶς. 119
καταχρηστικῶς μὲν *) ὁ ἐν πλάτει, ὡς ἐμοῦ ἡ πόλις[u]), κυρίως δὲ ὁ πρὸς ἀκρίβειαν κατέχων, ὑφ' οὗ περιεχόμεθα πρὸς ἀκρίβειαν. ζητοῦμεν οὖν περὶ τοῦ τόπου πρὸς ἀκρίβειαν. τοῦτον δὲ οἱ μὲν ἔθεσαν οἱ δὲ ἀνεῖλον οἱ δὲ ἐπέσχον περὶ αὐτοῦ. ὧν οἱ 120
μὲν ὑπάρχειν αὐτὸν φάσκοντες ἐπὶ τὴν ἐνάργειαν[x]) καταφεύγουσι. τίς γὰρ ἄν, φασί, λέξειε μὴ εἶναι τόπον ὁρῶν τὰ μέρη τοῦ τόπου, οἷον τὰ δεξιὰ τὰ ἀριστερὰ τὰ ἄνω τὰ κάτω ἔμπροσθεν ὀπίσω; καὶ ἄλλοτε ἀλλαχοῦ γιγνόμενος βλέπων τε ὅτι ἔνθα ὁ ὑφηγητὴς ὁ ἐμὸς[y]) διελέγετο, ἐνταῦθα ἐγὼ νῦν διαλέγομαι, τόπον τε διάφορον[z]) καταλαμβάνων τῶν κούφων φύσει καὶ τῶν φύσει βαρέων· ἔτι καὶ τῶν ἀρχαίων[a]) ἀκούων λεγόντων, ἤτοι 121
μὲν γὰρ πρῶτα χάος ἐγένετο. εἶναι γάρ φασι χάος τὸν τόπον[b]), ἀπὸ τοῦ χωρητικὸν αὐτὸν εἶναι τῶν ἐν αὐτῷ γινομένων. εἴ γε P 158
μὴν ἔστι τι σῶμα, φασίν, ἔστι καὶ ὁ τόπος· ἄνευ γὰρ τούτου οὐκ ἂν εἴη τὸ σῶμα. καὶ εἰ ἔστι τὸ ὑφ' οὗ καὶ τὸ ἐξ οὗ, ἔστι

## CAP. XVI.

### De loco.

119. Locus ergo bifariam dicitur, proprie et abusive: abusive quidem, latiore significatione, veluti mea civitas: proprie autem, qui rem exacte continet, a quo exacte continemur. quaestionem igitur movemus de loco qui exacte continet, quem alii posuerunt alii sustulerunt alii de ipso assensum retinuerunt. 120. ex quibus illi quidem qui esse ipsum dicunt, ad evidentiam confugerunt. quis enim aiunt dicat non esse locum videns partes loci, veluti dextra, sinistra, quae sursum, quae deorsum, quae ante et quae retro? et quum alias alibi sit videatque, ubi praeceptor meus disputabat, ibi me nunc disputare; et locum diversum comprehendat rerum levium natura naturaque gravium: 121. praeterea veteres audiat dicentes: primo omnium chaos fuit. dicunt enim chaos esse locum, eo quod comprehendat illa quae in ipso sunt. at certe si est aliquid corpus, inquiunt, est etiam locus; absque hoc enim numquam possit esse corpus. atque si est a

---

t) *τόπος λέγεται διχῶς*] supra sect. 75.

[*) legebatur *ὡς ὁ ἐν πλ.*]

u) *ὡς ἐμοῦ ἡ πόλις*] ita mss; nam in editis vocabulum *ἐμοῦ* exciderat.

x) *ἐπὶ τὴν ἐνάργειαν*] male iterum erat in editis *ἐνέργειαν*. perperam etiam mox editum *μὴ λέξει μὴ εἶναι τόπον;* prius itaque *μὴ* sensu postulante nec minus mss suffragantibus expunxi. [legebatur *λέξει*.]

y) *ἔνθα ὁ ὑφηγητὴς ὁ ἐμὸς*] successit itaque Sextus praeceptori suo Herodoto Tarsensi, eodemque loco docuit.

z) *τόπον τε διάφορον*] levia enim superiorem, gravia inferiorem locum petere tralatitium est.

a) *τῶν ἀρχαίων*] antiquissimi poëtae Hesiodi hoc est tot laudatum scriptoribus versu Theogoniae 115. confer librum 2 adversus Physicos.

b) *εἶναι γάρ φασι χάος τὸν τόπον*] auctor scholiorum Graecorum ad P 158
Hesiodum p. 240 *Πλάτων (χάος) πανδεχῆ φύσιν λέγει, δεῖ γὰρ τόπον ὑποστήσασθαι, ὃς δέχεται τοὺς εἰς αὐτὸν γεννωμένους. οἱ δὲ εἰρῆσθαί φασι παρὰ τὸ χεῖσθαι, ὅ ἐστι χέεσθαι· οἱ δὲ χαδεῖν, ὅ ἐστι χωρεῖν.* vide Hugonem Grotium ad Lucae 16 26.

καὶ τὸ ἐν ᾧ[c]), ὅπερ ἐστὶν ὁ τόπος· τὸ δὲ πρῶτον ἐν ἑκατέρῳ[d]),
122 τὸ ἄρα δεύτερον ἐν ἀμφοτέροις. οἱ δὲ ἀναιροῦντες τὸν τόπον
οὔτε*) τὰ μέρη τοῦ τόπου διδόασιν εἶναι, μηδὲν γὰρ εἶναι τὸν
τόπον παρὰ τούτου μέρη· καὶ τὸν συνάγειν πειρώμενον ὅτι ἔστιν
ὁ τόπος ἐκ τοῦ τὰ μέρη αὐτοῦ ὡς ὄντα λαμβάνειν, τὸ ζητού-
μενον δι' ἑαυτοῦ κατασκευάζειν βούλεσθαι. ὁμοίως δὲ ληρεῖν καὶ
τοὺς ἔν τινι τόπῳ γίνεσθαί τι ἢ γεγονέναι φάσκοντας, ὅλως μὴ
διδομένου τοῦ τόπου[e]). συναρπάζειν δὲ αὐτοὺς καὶ τὴν τοῦ
σώματος ὕπαρξιν μὴ διδομένην[f]) αὐτόθεν· καὶ τὸ ἐξ οὗ καὶ
123 τὸ ὑφ' οὗ[g]) δείκνυσθαι ἀνύπαρκτα παραπλησίως τόπῳ. τὸν
δὲ Ἡσίοδον μὴ ἀξιόχρεων[h]) εἶναι κριτὴν τῶν κατὰ φιλοσοφίαν.
καὶ οὕτω διακρουόμενοι τὰ εἰς κατασκευὴν φερόμενα τοῦ εἶναι
τόπον ἤδη καὶ ποικιλότερον κατασκευάζουσιν ὅτι ἀνύπαρκτός
ἐστι, ταῖς ἐμβριθεστέραις εἶναι δοκούσαις τῶν Δογματικῶν στά-
σεσι περὶ τοῦ τόπου προσχρώμενοι, τῇ τε τῶν Στωϊκῶν καὶ τῇ
124 τῶν Περιπατητικῶν τὸν τρόπον τοῦτον· οἱ Στωϊκοί[i]) φασι

quo, si est ex quo, est etiam in quo, quod est locus. prius autem est in utroque hoc argumento, est igitur etiam posterius in utroque. 122. qui vero tollunt locum, neque partes loci concedunt esse; nihil enim esse locum praeter eius partes: et eum qui colligere conatur esse locum ex eo quod partes eius ut existentes accipiat, id de quo quaeritur per illud ipsum astruere velle. itidem vero nugari et eos qui in aliquo loco esse aliquid aut fuisse dicant, quum nullo modo locus esse concedatur: abripere etiam ipsos corporis existentiam, quae ex se ipsa non concedatur, et ipsum ex quo et ipsum a quo ostendi inexistentia, sicut et locum. 123. sed ne Hesiodum quidem fide dignum esse testem eorum quae ad philosophiam pertinent. atque ita repellentes quae ad astruendam loci existentiam afferuntur, magis adhuc versute astruunt inexistentem esse: inque usum suum convertunt eas Dogmaticorum de loco opiniones, quae maioris esse ponderis videntur, nimirum tum Stoicorum tum Peripateticorum opinionem hoc modo:

---

c) *εἰ ἔστι τὸ ὑφ' οὗ καὶ τὸ ἐξ οὗ, ἔστι καὶ τὸ ἐν ᾧ*] ita interpungendus hic locus, non ut in editis erat: *καὶ τὸ ἐξ οὗ ἔστι, καὶ τὸ ἐν ᾧ.*

d) *τὸ δὲ πρῶτον ἐν ἑκατέρῳ*] duplicem syllogismum hypotheticum compendio proposuit. antecedens prioris est: *si est, a quo corpus est*, caussa nempe efficiens. antecedens in posteriore argumento: *si est, ex quo corpus est* nimirum materia. consequens utriusque inde colligitur, *est etiam, in quo est corpus*, nempe locus.

[*) immo: οὐδὲ]

e) *μὴ διδομένου τοῦ τόπου*] articulum e mss revocavi.

f) *τὴν τοῦ σώματος ὕπαρξιν μὴ διδομένην*] corpus non dari disputavit noster supra sect. 38 seq.

g) *καὶ τὸ ἐξ οὗ καὶ τὸ ὑφ' οὗ*] causam efficientem non dari sect. 2 et 13 seq., materialem sect. 30.

h) *Ἡσίοδον μὴ ἀξιόχρεων*] non mirum a Sexto Hesiodi sententiam haberi pro tali a qua fas sit provocare in philosophia, cum nullis quamvis celeberrimis philosophis hoc tribuat, ut suffragio suo aliis possint praeiudicare. Hesiodus autem poëta fuit et pro rudiore illa aetate fabularum amoene contexendarum studiosior quam accuratioris subtiliorisque philosophiae. hinc et apud Platonem *ἀστρονομοῦντες καθ' Ἡσίοδον* appellantur qui rudi Minerva et ad vulgi captum, non exacte et exquisite siderum scientiam tractant.

i) *οἱ Στωϊκοί*] eadem loci definitio et distinctio ab inani sive *κενῷ* et a spatio sive *χώρᾳ* ex Stoicorum sententia exstat lib. 2 adversus Physicos sect. 3 seq. et apud Stobaeum Eclog. Physic. cap. 22, Plutarchum

κενὸν μὲν εἶναι τὸ οἷόν τε ὑπὸ ὄντος κατέχεσθαι, μὴ κατεχό-
μενον δὲ ἢ διάστημα ἔρημον σώματος ἢ διάστημα ἀκαθεκτού-
μενον ὑπὸ σώματος, τόπον δὲ διάστημα ὑπὸ ὄντος κατεχόμενον
καὶ ἐξισαζόμενον τῷ κατέχοντι αὐτόν, νῦν ὂν καλοῦντες τὸ
σῶμα, χώραν δὲ διάστημα κατὰ μέν τι κατεχόμενον ὑπὸ σώ-
ματος, κατὰ δέ τι ἀκαθεκτούμενον, ἐνίων χώραν εἰπόντων εἶναι
τὸν τόπον τοῦ μεγάλου σώματος[k]), ὡς ἐν μεγέθει τὴν διαφο-
ρὰν εἶναι τοῦ τε τόπου καὶ τῆς χώρας. λέγεται οὖν ὅτι ἐπειδὴ 125
διάστημα ὑπὸ σώματος κατεχόμενόν φασιν εἶναι τὸν τόπον, πῶς
καὶ λέγουσιν αὐτὸν εἶναι διάστημα· πότερον τὸ μῆκος τοῦ σώ- P 159
ματος ἢ τὸ πλάτος ἢ τὸ βάθος μόνον ἢ τὰς τρεῖς διαστάσεις;
εἰ μὲν γὰρ μίαν διάστασιν, οὐκ ἐξισάζεται ὁ τόπος τῷ οὗ τόπος
ἐστί, πρὸς τῷ καὶ μέρος τοῦ περιεχομένου τὸ περιέχον εἶναι, ὃ
παντάπασιν ἀπεμφαίνει. εἰ δὲ αἱ τρεῖς διαστάσεις, ἐπεὶ οὔτε 126
κενὸν ὑπόκειται ἐν τῷ λεγομένῳ τόπῳ οὔτε ἄλλο σῶμα διάστα-
σιν ἔχον, μόνον δὲ τὸ ἐν τόπῳ λεγόμενον εἶναι σῶμα, οὐ συνέστη-
κεν ἐκ τῶν διαστάσεων, (ἔστι γὰρ τοῦτο μῆκος καὶ πλάτος καὶ
βάθος καὶ ἀντιτυπία ἢ ἤδη[l]) συμβεβηκέναι λέγεται ταῖς διαστά-
σεσι ταῖς προειρημέναις) αὐτὸ τὸ σῶμα ἔσται ἑαυτοῦ τόπος καὶ
τὸ αὐτὸ περιέχον καὶ περιεχόμενον, ὅπερ ἄτοπον. οὐκ ἄρα ἔστι

**124.** Stoici dicunt vacuum quidem esse quod potest ab ente occupari, sed non occupatur: aut intervallum corporis inane aut intervallum quod a corpore non obtinetur: locum autem intervallum quod ab ente occupatur et occupantis ipsum est aequale, nunc quidem ens vocantes corpus, spatium autem intervallum quod partim occupatur a corpore partim non occupatur, quum aliqui spatium esse dixerint locum magni corporis, adeo ut in magnitudine differentia sit inter locum spatiumque. **125.** obiicitur ergo, quum dicant locum esse intervallum quod a corpore occupatur, quomodo illum etiam intervallum esse dicant: an longitudinem corporis, an latitudinem, an profunditatem solum, an tres illas dimensiones? si enim unicam dimensionem dicant, non aequatur locus illi cuius est locus; praeterquam quod etiam id quod continet pars est eius quod continetur, quod omnino evidentiae repugnat. **126.** quodsi tres illae dimensiones esse dicantur, quum neque vacuum in eo qui locus dicitur, nec aliud corpus habens dimensionem subiectum sit, manens autem corpus quod in loco esse dicitur, non constet ex dimensionibus, (est enim hoc longitudo et latitudo et profunditas et resistendi vis, quae iam dictis dimensionibus accidere dicitur) ipsum corpus erit sui ipsius locus, idemque quod continet et quod continetur,

---

lib. 1 de placitis c. 20, qui eandem tribuit etiam Epicuro, de cuius sententia noster lib. 2 contra Phys. sect. 2.

k) χώραν τὸν τόπον μεγάλου σώματος] *spatium* duplici sensu a *loco* Stoici distinxere: uno, ut notaret quod ex parte inane esset, cum locus totus sit corpore quod ille ambit plenus ac refertus: altero ut designaret vasti alicuius corporis locum sed vastum, atque adeo a loco ut communiter illud vocabulum sumebant, hoc est minoris receptaculo corporis sola magnitudine distinctum, qua ratione spatium est locus magnus, locus spatium breve. infra sect. 130. malui autem χώραν *spatium* reddere quam *regionem*, quoniam illud mihi minus videtur habere ambiguitatis, et quae ampla ac magna sunt, spatiosa solemus appellare. non male tamen *regionem loci* cum Lucretio expresseris.

l) καὶ ἀντιτυπία ἢ ἤδη] supra sect. 39. omitto monere quod articulus P 159
hic in editis exciderat.

τις m) διάστασις τόπου ὑποκειμένου· διὰ δὲ τοῦτο οὐδὲ ἔστι τι
127 ὁ τόπος. ἐρωτᾶται δὲ καὶ οὗτος ὁ λόγος· ἐπεὶ διπλαῖ αἱ δια-
στάσεις οὐ θεωροῦνται καθ' ἕκαστον τῶν ἐν τόπῳ εἶναι λεγο-
μένων, ἀλλὰ ἓν μῆκος καὶ ἓν πλάτος καὶ ἓν βάθος, πότερον
μόνου τοῦ σώματός εἰσιν αἱ διαστάσεις αὗται ἢ μόνου τοῦ τό-
που ἢ ἀμφοτέρων; ἀλλ' εἰ μὲν μόνου τοῦ τόπου, οὐχ ἕξει τὸ
σῶμα ἴδιον μῆκος οὐδὲ πλάτος n) οὐδὲ βάθος οὐθέν· ὥστε οὐδὲ
128 σῶμα ἔσται τὸ σῶμα, ὅπερ ἄτοπον. εἰ δὲ ἀμφοτέρων, ἐπεὶ τὸ
κενὸν οὐδεμίαν ὑπόστασιν ἔχει παρὰ τὰς διαστάσεις, αἱ δὲ τοῦ
κενοῦ ὑπόκεινται ἐν τῷ σώματι συστατικαὶ οὖσαι αὐτοῦ τοῦ
σώματος, τὰ τοῦ κενοῦ συστατικὰ καὶ τοῦ σώματος ἔσται συ-
στατικά. περὶ μὲν γὰρ τῆς ὑπάρξεως τῆς ἀντιτυπίας οὐκ ἔστι
διαβεβαιώσασθαι, καθάπερ ἔμπροσθεν ὑπεμνήσαμεν o). μόνων
δὲ τῶν διαστάσεων φαινομένων κατὰ τὸ λεγόμενον σῶμα, αἵπερ
εἰσὶ τοῦ κενοῦ καὶ αἱ αὐταὶ τῷ κενῷ, κενὸν ἔσται τὸ σῶμα,
ὅπερ ἄτοπον. εἰ δὲ μόνου τοῦ σώματός εἰσιν αἱ διαστάσεις, οὐ-
δεμία ἔσται διάστασις τόπου· διόπερ οὐδὲ ὁ τόπος. εἰ τοίνυν
κατ' οὐδένα τῶν προειρημένων τρόπον εὑρίσκεται τόπου διάστα-
129 σις, οὐδὲ ἔστιν ὁ τόπος. πρὸς τούτοις λέγεται ὅτι ὅτε ἔπεισι τῷ
κενῷ τὸ σῶμα καὶ γίνεται τόπος, ἤτοι ὑπομένει τὸ κενὸν ἢ ὑπο-
χωρεῖ ἢ φθείρεται· ἀλλ' εἰ μὲν ὑπομένει, αὐτὸ ἔσται καὶ πλῆ-
ρες καὶ κενόν· εἰ δὲ ὑποχωρεῖ κινούμενον μεταβατικῶς ἢ φθεί-
ρεται μεταβάλλον, σῶμα ἔσται τὸ κενόν· σώματος γὰρ ἴδιά
ἐστι ταῦτα τὰ πάθη. ἄτοπον δὲ τὸ αὐτὸ λέγειν κενὸν καὶ πλῆ-
ρες, ἢ ὅτι σῶμά ἐστι τὸ κενόν· ἄτοπον ἄρα τὸ λέγειν, οἷόν τε
εἶναι τὸ κενὸν ὑπὸ σώματος κατασχεθῆναι καὶ γενέσθαι τόπον.

quod absurdum est. non est ergo aliqua dimensio loci subiecti, propterea-que nec est quicquam locus. 127. proponitur et huiusmodi ratiocinatio: quoniam duplices dimensiones non cernuntur in unoquoque eorum quae in loco esse dicuntur, sed una longitudo et una latitudo et una profunditas, utrum solius corporis sint dimensiones hae an solius loci an utriusque? sed si quidem solius loci, non habebit corpus propriam longitudinem neque latitudinem nec profunditatem ullam. itaque nec corpus erit corpus, quod absurdum est. 128. sin utriusque, quia vacuum nullam subsistentiam habet praeter dimensiones, vacui autem dimensiones subiectae sunt corpori, ex quibus constat vacuum, ex iisdem corpus constabit: nam de existentia facultatis resistendi non licet liquido affirmare, ut antea docuimus. quum autem solae dimensiones appareant in corpore quod vocant, eaedem quae sunt vacui et eaedem cum vacuo, vacuum erit corpus, quod est absurdum. quodsi solius corporis sunt ipsae dimensiones, nulla erit loci dimensio: propterea ne locus quidem. si ergo per nullum ex supradictis modis invenitur loci dimensio, ne locus quidem est. 129. hoc praeterea additur: quando corpus ingreditur vacuum et ex vacuo fit locus, aut manet vacuum aut recedit aut corrumpitur. sed si quidem manet, idem erit et plenum et vacuum. si autem recedit vacuatum transitque, aut mutationem accipiens corrumpitur, corpus erit ipsum vacuum. si quidem hae propriae sunt corporis passiones. absurdum est autem dicere idem esse vacuum et plenum, aut corpus esse ipsum vacuum. ergo absurdum est etiam dicere fieri posse, ut

m) οὐκ ἄρα ἔστι τις] ita mss pro ἔσται.

n) οὐδὲ πλάτος] haec verba, quae in editis exciderant, e mss restitui.

o) ἔμπροσθεν ὑπεμνήσαμεν] supra sect. 45 seq.

*διὰ δὲ ταῦτα καὶ τὸ κενὸν ἀνυπόστατον εὑρίσκεται, εἴ γε μὴ* P 160
*δυνατόν ἐστιν αὐτὸ κατασχεθῆναι ὑπὸ σώματος καὶ γενέσθαι* 130
*τόπον· ἐλέγετο γὰρ κενὸν εἶναι* p) *ὃ οἷόν τε ὑπὸ σώματος κατα-*
*σχεθῆναι. συμπεριτρέπεται δὲ τούτοις καὶ ἡ χώρα· εἴτε γὰρ ὁ*
*μέγας τόπος ἐστὶ χώρα* q), *συμπεριγράφεται τῷ τόπῳ, εἴτε ἡ*
*κατὰ μέν τι ὑπὸ σώματος κατεχομένη, κατὰ δέ τι κενὴ διάστα-*
*σις, ἀμφοτέροις συναναιρεῖται. ταῦτα μὲν οὖν καὶ ἔτι πλείω*
*πρὸς τὴν στάσιν τῶν Στωϊκῶν περὶ τοῦ τόπου λέγεται. οἱ δὲ* 131
*Περιπατητικοί* r) *φασιν εἶναι τόπον τὸ πέρας τοῦ περιέχοντος,*
*καθ' ὃ περιέχει, ὡς ἐμοῦ τόπον εἶναι τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ἀέρος*
*τὴν περιτετυπωμένην τῷ ἐμῷ σώματι. ἀλλ' εἴπερ τοῦτό ἐστιν*
*ὁ τόπος, τὸ αὐτὸ καὶ ἔσται καὶ οὐκ ἔσται· ὅτε γὰρ μέλλει ἔν*
*τινι τόπῳ γίνεσθαι τὸ σῶμα, καθ' ὃ μὲν* s) *οὐδὲν δύναται γε-*
*νέσθαι ἐν τῷ μὴ ὑπάρχοντι, δεῖ προϋπάρχειν τὸν τόπον, ἵνα*
*οὕτως ἐν αὐτῷ γένηται τὸ σῶμα· καὶ διὰ τοῦτο ἔσται ὁ τόπος*
*πρὶν ἐν αὐτῷ γενέσθαι τὸ ἐν τόπῳ σῶμα. καθ' ὃ δὲ περιτυ-*
*πουμένης τῆς τοῦ περιέχοντος ἐπιφανείας τῷ περιεχομένῳ*
*ἀποτελεῖται, οὐ δύναται ὑποστῆναι ὁ τόπος πρὸ τοῦ ἐν αὐτῷ*
*γενέσθαι τὸ σῶμα· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔσται τότε. ἄτοπον δὲ*
*τὸ αὐτὸ λέγειν καὶ εἶναί τι καὶ μὴ εἶναι. οὐκ ἄρα ἔστι τόπος*
*τὸ πέρας τοῦ περιέχοντος, καθ' ὃ περιέχει. πρὸς τούτοις εἰ ἔστι* 132
*τι ὁ τόπος, ἤτοι γεννητός ἐστιν ἢ ἀγέννητος. ἀγέννητος μὲν*
*οὖν οὐκ ἔστιν· περιτυπούμενος γάρ, φασίν, τῷ ἐν αὐτῷ σώματι*

vacuum a corpore contineatur, et fiat locus. 130. has autem ob causas vacuum quoque inexistens esse comperitur, siquidem illud a corpore occupari non potest, ut fiat locus. dicebatur enim vacuum esse quod a corpore occupari possit. una autem cum his evertitur etiam spatii existentia. sive enim magnus locus est spatium, una cum loco evertitur: sive illud dicant quod partim a corpore occupatur partim est vacua dimensio, cum utrisque simul tollitur. haec ergo et plura etiam his adversus Stoicorum opinionem ab aliis dissidentem de loco dicuntur. 131. at Peripatetici locum esse aiunt extremitatem continentis, quatenus continet, adeo ut locus meus sit superficies aëris, formata circa meum corpus. verum si quidem id est locus, idem et erit et non erit; quum enim in aliquo futurum est loco corpus, quatenus quidem nihil esse potest in eo quod non existit, prius existat locus necesse est, ut tum demum in ipso sit corpus; ideoque locus erit priusquam in ipso sit corpus quod in loco esse dicitur. quatenus autem locus efficitur superficie continentis circumformata circa id quod continetur, existere non potest locus, priusquam in ipso sit corpus. ideoque tum non erit. absurdum est autem idem dicere et esse aliquid et non esse. locus ergo non est extremitas continentis, quatenus continet. 132. praeterea si locus est aliquid, aut factus sive genitus est aut non factus. at non factus dici nequit, nam ut aiunt efficitur, dum circumformatur corpori, quod in

---

p) *κενὸν εἶναι*] supra sect. 124. P 160

q) *ὁ μέγας τόπος ἐστὶ χώρα*] vide dicta, si placet, eodem loco.

r) *οἱ δὲ Περιπατητικοί*] Aristoteles 4 Physicor. capite 7. Ammonius in Categorias, ubi de qualitate etc. vide et Plutarchum lib. 1 de placitis c. 19, Stobaeum Eclog. Physic. cap. 22 et nostrum 2 contra Phys. sect. 30 seq.

s) *καθ' ὃ μὲν*] ita mss; nam in editis *μέν* exsulat.

ἀποτελεῖται. ἀλλ' οὐδὲ γεννητός· εἰ γὰρ γεννητός[t]), ἤτοι ὅτε ἐν τόπῳ ἐστὶ τὸ σῶμα, τότε γίνεται ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἤδη λέγεται
133 εἶναι τὸ ἐν τόπῳ, ἢ ὅτε οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. οὔτε δὲ ὅτε ἐν αὐτῷ ἐστιν — ἔστι γὰρ ἤδη τοῦ ἐν αὐτῷ σώματος ὁ τόπος — οὔτε ὅτε οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ, εἴγε περιτυποῦται μέν, ὥς φασιν, τῷ περιεχομένῳ τὸ περιέχον, καὶ οὕτω γίνεται τόπος. τῷ δὲ μὴ ἐν αὐτῷ ὄντι οὐδὲν δύναται περιτυπωθῆναι. εἰ δὲ μήτε ὅτε ἐν τόπῳ ἐστὶ τὸ σῶμα μήτε ὅτε οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ γίνεται ὁ τόπος, παρὰ δὲ ταῦτα οὐδέν ἐστιν ἐπινοεῖν, οὐδὲ γεννητός ἐστιν ὁ τό-
134 πος. εἰ δὲ μήτε γεννητός ἐστι μήτε ἀγέννητος, οὐδὲ ἔστι. κοινότερον δὲ καὶ ταῦτα δύναται λέγεσθαι, εἰ ἔστι τι ὁ τόπος, ἤτοι σῶμά ἐστιν ἢ ἀσώματον· ἑκάτερον δὲ τούτων ἀπορεῖται, ὡς ὑπεμνήσαμεν[u])· καὶ ὁ τόπος ἄρα ἐστὶν ἄπορος. ὁ τόπος πρὸς τῷ σώματι νοεῖται, οὗ ἔστι τόπος· ἄπορος δέ ἐστιν ὁ περὶ τῆς
P 161 ὑπάρξεως τοῦ σώματος λόγος, καὶ ὁ περὶ τοῦ τόπου ἄρα. ὁ τόπος ἑκάστου ἀΐδιος μὲν οὐκ ἔστι· γίνεσθαι δὲ λεγόμενος ἀνυπόστατος εὑρίσκεται, γενέσεως μὴ ὑπαρχούσης[x]). ἔνεστι δὲ καὶ
135 ἄλλα πλείω λέγειν. ἀλλ' ἵνα μὴ τὸν λόγον μηκύνωμεν, ἐκεῖνο ἐπακτέον ὅτι τοὺς Σκεπτικοὺς ἐντρέπουσι μὲν οἱ λόγοι, δυσωπεῖ δὲ καὶ ἡ ἐνάργεια[y]). διόπερ οὐδετέρῳ προστιθέμεθα ὅσον ἐπὶ τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τῶν Δογματικῶν, ἀλλὰ ἐπέχομεν περὶ τοῦ τόπου.

ipso est. sed neque factus: nam si factus est, aut quum in loco est corpus, tunc fit locus, in quo iam dicitur esse id quod est in loco, aut quum non est in ipso. 133. atqui nec quum est in ipso — est enim iam locus corporis quod in eo est — neque quum non est ipso: si quidem formatur ut aiunt quod continet, circa id quod continetur, et ita fit locus, nihil autem potest formari circa id quod in ipso non est. quodsi nec quum est corpus in loco, nec quum in illo non est, fit locus, praeter haec autem nihil intellectu percipere possumus, ne factus sive genitus quidem est locus. at si neque factus est neque non factus, ne est quidem. 134. generalius autem haec quoque dici possunt: si quid est locus, aut corpus est aut incorporeum, at horum utrumque in dubium revocatur, ut docuimus: ergo et de loco dubitatur. locus cum corpore intelligitur cuius est locus: at dubia sunt quae de corporis existentia disputantur: ergo et quae de loco. locus cuiusque aeternus quidem non est; si autem dicitur generari ac fieri, insubsistens comperitur, cum generatio non existat. 135. possunt autem et alia plura dici: sed ne longiores simus, illud addendum, Scepticis hinc ob rationes, illinc ob rei evidentiam, silentium prae pudore imponi. ideo neutri parti assentimur quantum ad ea quae a Dogmaticis dicuntur, sed assensum retinemus de loco.

---

t) *εἰ γὰρ γεννητός*] haec verba quae in editis exciderant, e mss revocavi. similis cavillatio de tempore, infra sect. 149.

u) *ὡς ὑπεμνήσαμεν*] corpus non dari disputat noster supra sect. 38 seq. nec *ἀσωμάτων* sive incorporale, sect. 49. speciatim vero locum nec corpus esse neque inane, lib. 2 contra Phys. sect. 20 seq.

P 161 x) *γενέσεως μὴ ὑπαρχούσης*] generationem nullam dari contendit noster supra sect. 110 seq.

y) *ἐνάργεια*] ita mss recte pro *ἐνέργεια*.

## ΚΕΦ. ιζ.

### Περὶ χρόνου.

Τὸ δὲ αὐτὸ πάσχομεν καὶ ἐν τῇ περὶ τοῦ χρόνου ζητήσει. 136
ὅσον μὲν γὰρ ἐπὶ τοῖς φαινομένοις δοκεῖ τι εἶναι ὁ χρόνος, ὅσον
δὲ ἐπὶ τοῖς περὶ αὐτοῦ λεγομένοις ἀνυπόστατος φαίνεται· χρόνον
γὰρ εἶναί φασιν [z]) οἱ μὲν διάστημα τῆς τοῦ χρόνου κινήσεως,
χρόνον δὲ λέγω τὸν κόσμον, οἱ δὲ αὐτὴν τὴν κίνησιν τοῦ κό-
σμου· Ἀριστοτέλης δὲ [a]) ἢ ὥς τινες Πλάτων [b]) ἀριθμὸν τοῦ ἐν
κινήσει προτέρου καὶ ὑστέρου, Στράτων δὲ [c]) ἢ ὥς τινες Ἀρι- 137
στοτέλης μέτρον κινήσεως καὶ μονῆς, Ἐπίκουρος δέ, καθὼς
Δημήτριος ὁ Λάκων [d]) φησί, σύμπτωμα συμπτωμάτων παρεπό-

## CAP. XVII.

### De tempore.

**136.** Idem autem nobis in quaestione de tempore usu venit. nam quantum ad ea quae apparent, videtur aliquid esse tempus, quantum vero ad ea quae de ipso dicuntur, subsistentiam habere non videtur; nam tempus alii dicunt esse intervallum motus temporis. tempus autem dico mundum, alii ipsum modum mundi. Aristoteles autem, aut ut aliqui, Plato, numerum eius quod in motu est prius et posterius. **137.** Straton vero aut, secundum alios, Aristoteles mensuram motus et quietis. at Epicurus, sicut Demetrius Lacedaemonius ait, accidens accidentium, consequens dies et

---

z) *χρόνον γὰρ εἶναί φασιν*] Aristoteles lib. 4 Physicor. cap. 10 *οἱ μὲν τὸν χρόνον τὴν τοῦ ὅλου κίνησιν εἶναί φασιν, οἱ δὲ τὴν σφαῖραν αὐτήν.* priorem sententiam Platoni, alteram Pythagorae tribuit Plutarchus lib. 1 de placitis Philosophor. cap. 11 et 12. Simplicius in 4 Physic. p. 165 *οἱ μὲν τὴν τοῦ ὅλου κίνησιν καὶ περιφορὰν τὸν χρόνον εἶναί φασιν, ὡς τὸν Πλάτωνα νομίζουσιν, ὅ τε Εὔδημος καὶ ὁ Θεόφραστος καὶ ὁ Ἀλέξανδρος· οἱ δὲ τὴν σφαῖραν αὐτὴν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς τοὺς Πυθαγορικοὺς ἱστοροῦσι λέγειν, οἱ παρακούσαντες ἴσως τοῦ Ἀρχύτου [Ἀρχύτα] λέγοντος καθόλου τὸν χρόνον διάστημα τῆς τοῦ παντὸς φύσεως.* confer Sextum nostrum lib. 2 adversus Physicos sect. 170 et Gassendum ad librum decimum Laertii p. 318.

a) *Ἀριστοτέλης δὲ*] libro 4 Phys. c. 11.

b) *ἢ ὥς τινες Πλάτων*] verius est tempus a Platone definitum *τὴν τοῦ οὐρανοῦ φοράν*, ut a Laertio 3 73 est annotatum. sane in Timaeo p. 37 D ait *χρόνον ἅμα οὐρανοῦ γεγονέναι*, ad quem locum praeter Chalcidium p. 198 conferendus Plutarchus quaest. Platonic. p. 1006. cum Platone facit Zacharias Mytilenaeus p. 188, Io. Philoponus de mundi creatione p. 7, et ante hos Philo Iudaeus libro *περὶ ἀφθαρσίας κόσμου* p. 727 et 730 qui tempus *διάστημα κοσμικῆς κινήσεως* appellat.

c) *Στράτων δέ*] conferendus Simplicius in 4 Physicor. p. 168 edit. Graecae Aldinae. noster libro 2 adversus Physicos: *Στράτων ὁ φυσικὸς ἔλεγεν χρόνον ὑπάρχειν μέτρον πάσης κινήσεως καὶ μονῆς.* Stobaeus Eclog. Phys. p. 19 *Στράτων τὸν χρόνον ἔλεγε τῶν ἐν κινήσει καὶ ἠρεμίᾳ ποσόν.*

d) *Ἐπίκουρος δέ, καθὼς Δημήτριος ὁ Λάκων*] idem Stobaeus loco laudato: *Ἐπίκουρος σύμπτωμα, τοῦτο δ' ἐστὶ παρακολούθημα κινήσεων*, ad hanc Epicuri sententiam intelligendam conferendus omnino Sextus noster lib. 2 adversus Physicos, ubi itidem Demetrium Lacedaemonium auctorem laudat, Epicureum celeberrimum et Strabone 14 p. 658 teste Protarchi Bargyleitae discipulum qui Basilidi successit, ut Basilides Dionysio (qui quod a Stoicis defecisset *μεταθέμενος* dictus est) Dionysius Polystrato, Hermacho Polystratus, Hermachus Epicuro. meminit huius

μενον ἡμέραις τε καὶ νυξὶ καὶ ὥραις καὶ πάθεσι καὶ ἀπαθείαις
138 καὶ κινήσεσι καὶ μοναῖς. κατ' οὐσίαν δὲ*) οἱ μὲν σῶμα αὐτὸν
ἔφασαν εἶναι, ὡς οἱ περὶ τὸν Αἰνεσίδημον e)· μηδὲν γὰρ αὐτὸν
διαφέρειν τοῦ ὄντος καὶ τοῦ πρώτου σώματος· οἱ δὲ ἀσώμα-
τον f). ἤτοι οὖν πᾶσαι αἱ στάσεις αὗταί εἰσιν ἀληθεῖς ἢ πᾶσαι
ψευδεῖς, ἢ τινὲς μὲν ἀληθεῖς τινὲς δὲ ψευδεῖς· οὔτε δὲ πᾶσαι
P 162 ἀληθεῖς ὑπάρχειν δύνανται, μάχονται γὰρ αἱ πλεῖσται, οὔτε
139 πᾶσαι ψευδεῖς εἶναι δοθήσονται ὑπὸ τῶν Δογματικῶν. καὶ ἄλ-
λως εἰ δοθείη ψεῦδος μὲν εἶναι τὸ σῶμα εἶναι τὸν χρόνον, ψεῦ-
δος δὲ καὶ τὸ "ὅτι ἀσώματός ἐστιν αὐτόθεν", δοθήσεται ἡ τοῦ
χρόνου ἀνυπαρξία· παρὰ γὰρ ταῦτα οὐδὲν εἶναι δύναται ἕτε-
ρον. οὔτε τίνες μὲν εἰσιν ἀληθεῖς τίνες δὲ ψευδεῖς δυνατὸν κατα-
λαβεῖν διά τε τὴν ἰσοσθενῆ διαφωνίαν καὶ τὴν ἀπορίαν τὴν
κατὰ κριτήριόν τε καὶ τὴν ἀπόδειξιν g), ὥστε διὰ ταῦτα οὐδὲν
140 ἕξομεν περὶ χρόνου διαβεβαιώσασθαι. εἶτα ἐπεὶ οὐκ ἄνευ κινή-
σεως ἢ καὶ μονῆς ὁ χρόνος ὑφεστάναι δοκεῖ, τῆς κινήσεως ἀναι-
ρουμένης h) ὁμοίως δὲ καὶ τῆς μονῆς ἀναιρεῖται ὁ χρόνος. οὐ-

noctes et horas et passiones et impassibilitates et motus et mansiones. 138. secundum substantiam autem alii corpus esse ipsum dixerunt, ut Aenesidemus; nihil enim ipsum differre ab ente et primo corpore. alii incorporeum. aut igitur omnes hae discrepantes opiniones verae sunt, aut omnes falsae, aut aliquae verae, aliquae falsae. at neque omnes verae esse possunt (plurimae enim earum inter se pugnant) neque omnes falsae esse concedentur a Dogmaticis. 139. quin etiam si falsum esse concedatur quod tempus sit corpus, et falsum etiam quod sit incorporeum, eadem opera temporis inexistentia concedetur; praeter haec enim nihil aliud esse potest. nec vero quae sint opiniones verae, quae falsae, possibile est comprehendere, tum propter aequalis ponderis in utramque partem disputationes, tum propter eam quae de criterio est et de demonstratione dubitationem. 140. itaque propter haec nihil de tempore affirmare poterimus. deinde quia non sine motu aut etiam quiete tempus subsistere dicitur, everso motu pariter

---

Demetrii Laconis Laërtius 10 26 et Erotianus in *κλαγγώδη*, ut Menagio iam observatum. idem laudatur nostro 2 contra Logicos ubi *ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ἐπικούρειον αἵρεσιν ἐπιφανῶν* fuisse testatur. quod *σύμπτωμα συμπτωμάτων* hoc loco Sextus appellat, Luciano in vitarum auctione [c. 21] t. 1 p. 382 dicitur *παρασύμβαμα*.

[*) legebatur τε.]

e) *οἱ περὶ τὸν Αἰνεσίδημον*] Aenesidemus hac in parte secutus est sententiam Heracliti, qui tempus nihil differre existimavit a corporibus ipsis quorum duratio esse intelligitur. Sextus lib. 2 adversus Physicos: *σῶμα μὲν οὖν ἔλεξεν εἶναι τὸν χρόνον Αἰνεσίδημος κατὰ τὸν Ἡράκλειτον· μὴ διαφέρειν γὰρ αὐτὸν τοῦ ὄντος καὶ τοῦ πρώτου σώματος.* videtur autem *τὸ ὄν* et *πρῶτον σῶμα* vocasse Heraclitus ignem ex quo omnia perpetuo motu generari et in quem abire vicissim omnia statuebat.

f) *οἱ δὲ ἀσώματον*] Stoicorum haec sententia. vide libr. 2 adversus Physicos, Laërtium 7 141 et Lipsium lib. 2 Physiologiae Stoicorum diss. 24.

P 162 g) *κατὰ κριτήριόν τε καὶ τὴν ἀπόδειξιν*] ita legendum ex mss pro *καταριτήριον καί.* confer quae adversus existentiam criterii veritatis disputata sunt supra lib. 2 capite 4 et seq. et adversus demonstrationem cap. 13.

h) *τῆς κινήσεως ἀναιρουμένης*] motum non dari disputavit supra hoc libro capite 7 seq. et *μονήν* capite 15.

δὲν δὲ ἧττον καὶ τάδε φασί τινες κατὰ τοῦ χρόνου, εἰ ἔστι χρόνος, ἤτοι πεπέρασται ἢ ἄπειρός ἐστιν· ἀλλ' εἰ μὲν πεπέρασται, 141
ἀπό τινος χρόνου ἤρξατο καὶ εἴς τινα χρόνον λήξει[i])· διὰ δὲ τοῦτο ἦν ποτε χρόνος ὅτε οὐκ ἦν χρόνος, πρὸ τοῦ ἄρξασθαι αὐτόν· καὶ ἔσται ποτὲ χρόνος ὅτε οὐκ ἔσται χρόνος, μετὰ τὸ λῆξαι αὐτόν, ὅπερ ἄτοπον. οὐ τοίνυν πεπέρασται ὁ χρόνος[k]). εἰ δὲ ἄπειρός ἐστιν, ἐπεὶ τὸ μέν τι αὐτοῦ λέγεται παρῳχηκὸς 142
τὸ δὲ ἐνεστὸς τὸ δὲ μέλλον, ὁ μέλλων καὶ ὁ παρῳχηκὼς ἤτοι εἰσὶν ἢ οὐκ εἰσίν· ἀλλ' εἰ οὐκ εἰσίν, μόνου τοῦ ἐνεστῶτος ὑπολειπομένου, ὅς ἐστιν ἀκαριαῖος, πεπερασμένος ἔσται ὁ χρόνος, καὶ ἀκολουθήσουσιν αἱ ἀρχῆθεν ἀπορίαι· εἰ δὲ ὁ παρῳχηκὼς ἔστι, καὶ ὁ μέλλων ἐστίν· ἐνεστὼς δὲ ἔσται ἑκάτερος αὐτῶν. ἄτοπον δὲ τὸ λέγειν ἐνεστῶτα τὸν παρῳχηκότα καὶ τὸν μέλλοντα χρόνον. οὐκοῦν οὐδὲ ἄπειρός ἐστιν ὁ χρόνος. εἰ δὲ μήτε ἄπειρος μήτε πεπερασμένος, οὐδὲ ἔστιν ὅλως χρόνος. πρὸς τούτοις 143
εἰ ἔστιν ὁ χρόνος, ἤτοι μεριστός ἐστιν ἢ ἀμέριστος[l]). ἀμέριστος μὲν οὖν οὐκ ἔστι· διαιρεῖται γὰρ εἴς τε τὸν ἐνεστῶτα καὶ εἰς τὸν παρῳχηκότα καὶ εἰς τὸν μέλλοντα, ὡς αὐτοί φασιν. ἀλλ' οὐδὲ μεριστός· ἕκαστον γὰρ τῶν μεριστῶν καταμετρεῖται ὑπό τινος ἑαυτοῦ μέρους, καθ' ἕκαστον μέρος τοῦ μετρουμένου γινομένου τοῦ μετροῦντος, ὡς ὅταν δακτύλῳ πῆχυν μετρῶμεν. ὁ δὲ χρόνος οὐ δύναται καταμετρεῖσθαι ὑπό τινος ἑαυτοῦ μέρους· εἰ γὰρ ὁ ἐνεστὼς λόγου χάριν καταμετρεῖ τὸν παρῳχημένον, ἔσται κατὰ τὸν παρῳχηκότα καὶ διὰ τοῦτο παρῳχηκώς· καὶ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος ὁμοίως μέλλων. καὶ ὁ μέλλων εἰ καταμετροίη τοὺς ἄλλους, ἐνεστὼς ἔσται καὶ παρῳχηκώς, καὶ ὁ

et quiete sublata tollitur et tempus. nihilominus tamen haec quoque nonnulli adversus tempus afferunt: 141. si est tempus, aut finitum est aut infinitum; sed siquidem finitum est, ab aliquo tempore coepit et in aliquod tempus desinet, ideoque aliquando erat tempus quum non esset tempus, antequam ipsum esse incepisset; et erit aliquando tempus, quum non erit tempus, nempe ubi ipsum desierit esse; quod absurdum est. non ergo finitum est tempus. 142. quodsi infinitum est, quia aliud dicitur praeteritum aliud praesens aliud futurum, futurum et praeteritum aut sunt aut non sunt. verum si non sunt, quum solum praesens relinquatur, quo brevius nihil esse potest, finitum erit tempus et ita consequentur eaedem dubitationes quae principio. at si praeteritum est, etiam futurum est: praesens autem erit utrumque ipsorum. at vero absurdum dicere praesens quod est praeteritum et quod futurum. ergo infinitum non est tempus. quodsi neque infinitum neque finitum est tempus, ne ullo quidem modo est. 143. ad haec, si est tempus, aut divisibile est aut indivisibile. indivisibile certe non est: dividitur enim in praesens et praeteritum et futurum, ut ipsi aiunt; sed neque divisibile. nam unumquodque divisibilium mensuratur ab aliqua sui parte, quum unamquamque partem mensurati obeat mensurans, ut quum digito cubitum metimur. at tempus mensurari non potest ab aliqua sui parte; nam verbi gratia si praesens mensurat praeteritum, erit in praeterito et propterea praeteritum, et in futuro similiter futurum: et futurum si alia mensu-

---

i) λήξει] ms Vratislav. λήξῃ.

k) οὐ τοίνυν πεπέρασται ὁ χρόνος] idem argumentum lib. 2 adversus Physicos et adversus Musicos.

l) ἤτοι μεριστός ἐστιν ἢ ἀμέριστος] etiam hoc et quod inde sequitur argumentum habes utroque eodem loco.

*παρῳχηκὼς παραπλησίως μέλλων ἔσται καὶ ἐνεστώς, ὅπερ ἀπεμ-*
P 163 *φαίνει. οὐκοῦν οὐδὲ μεριστός ἐστιν. εἰ δὲ μήτε ἀμέριστος μήτε*
144 *μεριστός, οὐδὲ ἔστιν. ὅ τε χρόνος λέγεται τριμερὴς εἶναι, καὶ*
*τὸ μὲν παρῳχηκὼς τὸ δὲ ἐνεστὼς τὸ δὲ μέλλων, ὧν ὁ μὲν*
*παρῳχηκὼς καὶ ὁ μέλλων οὐκ εἴσιν· εἰ γάρ εἰσι νῦν ὅ τε παρ-*
*ῳχηκὼς καὶ ὁ μέλλων χρόνος, ἔσται ἐνεστὼς ἑκάτερος αὐτῶν·*
*ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἐνεστώς· εἰ γὰρ ἔστιν ὁ ἐνεστὼς χρόνος, ἤτοι ἀμέ-*
*ριστός ἐστιν ἢ μεριστός. ἀμέριστος μὲν οὖν οὐκ ἔστιν· ἐν γὰρ*
*τῷ ἐνεστῶτι χρόνῳ λέγεται τὰ μεταβάλλοντα μεταβάλλειν* m)·
*οὐδὲν δὲ ἐν ἀμερεῖ χρόνῳ μεταβάλλει, οἷον ὁ σίδηρος εἰς μα-*
*λακότητα ἢ τῶν ἄλλων ἕκαστον. ὥστε οὐκ ἔστιν ἀμέριστος ὁ*
145 *ἐνεστὼς χρόνος· ἀλλ' οὐδὲ μεριστός· εἰς ἐνεστῶτα μὲν γὰρ οὐκ*
*ἂν μερισθείη, ἐπεὶ διὰ τὴν ὀξεῖαν ῥύσιν* n) *τῶν ἐν κόσμῳ ἀπε-*
*ρινοήτως ὁ ἐνεστὼς εἰς παρῳχηκότα μεταβάλλειν λέγεται· ἀλλ'*
*οὐδ' εἰς παρῳχηκότα καὶ μέλλοντα· ἔσται γὰρ οὕτως ἀνύπαρ-*
*κτος. τὸ μέν τι μηκέτι ὂν ἔχων μέρος ἑαυτοῦ, τὸ δὲ μηδέπω*
146 *ὄν. ὅθεν οὐδὲ τέλος τοῦ παρῳχημένου καὶ ἀρχὴ τοῦ μέλλοντος*
*εἶναι δύναται ὁ ἐνεστώς, ἐπεὶ καὶ ἔσται καὶ οὐκ ἔσται. ἔσται*
*μὲν οὖν ὡς ἐνεστώς, οὐκ ἔσται δέ, ἐπεὶ μή ἐστιν αὐτοῦ τὰ*
*μέρη. οὐκοῦν οὐδὲ μεριστός ἐστιν. εἰ δὲ μήτε ἀμέριστός ἐστιν*
*ὁ ἐνεστὼς μήτε μεριστός, οὐδὲ ἔστιν. μὴ ὄντος δὲ τοῦ ἐνεστῶ-*
*τος μήτε τοῦ παρῳχημένου μηδὲ τοῦ μέλλοντος, οὐδὲ ἔστι τι*
147 *χρόνος· τὸ γὰρ ἐξ ἀνυπάρκτου συνεστὼς ἀνύπαρκτόν ἐστι. λέ-*
*γεται κατὰ τοῦ χρόνου κἀκεῖνος ὁ λόγος· εἰ ἔστι χρόνος, ἤτοι*
*γεννητός ἐστι* o) *καὶ φθαρτὸς ἢ ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτος. ἀγέννη-*

**ret, praesens erit et praeteritum, et praeteritum itidem futurum erit et praesens, quod rationi repugnat. ergo ne divisibile quidem est. quodsi neque indivisibile est neque divisibile, ne est quidem omnino. 144. praeterea tempus dicitur tripartitum esse et aliud esse praeteritum aliud praesens aliud futurum, e quibus praeteritum quidem et futurum non sunt: nam si nunc sunt praeteritum et futurum tempus, praesens erit utrumque ipsorum. imo ne praesens quidem: nam si est praesens tempus, aut indivisibile est aut divisibile. indivisibile certe non est: nam in praesenti tempore dicuntur mutari ea quae mutantur: nihil autem in indivisibili tempore mutatur, ut ferrum in mollitiem, aut aliorum unumquodque. ergo indivisibile non est praesens tempus. 145. sed ne divisibile quidem: nam in praesentia numquam dividi contigerit, quoniam propter velocem fluxum eorum quae sunt in mundo, praesens ita in praeteritum mutari dicitur, ut intellectu percipi non possit. sed ne in praeteritum quidem et futurum: nam ita nullum existet, utpote habens unam quidem partem sui non amplius existentem, alteram nondum existentem. 146. unde nec finis praeteriti principiumque futuri potest esse praesens. nam sic et erit et non erit: erit quidem ut praesens, non erit autem, quia non sunt eius partes. ergo ne divisibile quidem est. quodsi neque indivisibile est praesens neque divisibile, ne est quidem praesens. si autem non sit praesens neque praeteritum neque futurum, ne tempus quidem est; nam quod ex non existente constat, non existit. 147. affertur adversus tempus et illa ratiocinatio. si est tempus, aut genitum est et corruptibile, aut non genitum et incorruptibile. non ge-**

---

P 163 m) *τὰ μεταβάλλοντα μεταβάλλειν*] supra sect. 107.

n) *διὰ τὴν ὀξεῖαν ῥύσιν*] confer quae ex Chrysippo Stobaeus p. 20 seq. Eclog. Physic. et Plutarchus de communibus notitiis adversus Stoicos p. 1081.

o) *ἤτοι γεννητός ἐστι*] idem argumentum una cum eo quod proxime sequitur, exstat etiam lib. 2 adversus Physicos.

τος μὲν οὖν καὶ ἄφθαρτος οὐκ ἔστιν, εἴ γε αὐτοῦ τὸ μὲν παρῳχηκέναι λέγεται καὶ μηκέτι εἶναι, τὸ δὲ μέλλειν καὶ μηδέπω εἶναι· ἀλλ᾽ οὐδὲ γεννητὸς καὶ φθαρτός. τὰ γὰρ γινόμενα ἔκ τινος 148
ὄντος γίγνεσθαι δεῖ καὶ τὰ φθειρόμενα εἴς τι ὂν φθείρεσθαι κατὰ τὰς τῶν Δογματικῶν [p]) αὐτῶν ὑποθέσεις. εἰ οὖν εἰς τὸν παρῳχημένον φθείρεται, εἰς οὐκ ὂν φθείρεται, καὶ εἰ ἐκ τοῦ μέλλοντος γίνεται, ἐξ οὐκ ὄντος γίνεται· οὐθέτερος γὰρ [q]) αὐτῶν ἐστιν. ἄτοπον δὲ τὸ λέγειν τι ἐξ οὐκ ὄντος γίνεσθαι ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι. οὐκ ἄρα γεννητὸς καὶ φθαρτός ἐστιν ὁ χρόνος. εἰ δὲ μήτε ἀγέννητος καὶ ἄφθαρτός ἐστι, μήτε γεννητὸς καὶ φθαρτός, οὐδὲ ὅλως ἐστί. πρὸς τούτοις ἐπεὶ πᾶν τὸ γινό- 149
μενον [r]) ἐν χρόνῳ γίγνεσθαι δοκεῖ, εἰ γίνεται ὁ χρόνος, ἐν χρόνῳ P 164
γίνεται. ἤτοι οὖν αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ γίνεται ἢ ἕτερος ἐν ἑτέρῳ. ἀλλ᾽ εἰ μὲν αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ, τὸ αὐτὸ καὶ ἔσται καὶ οὐκ ἔσται· ἐπεὶ γὰρ τὸ ἐν ᾧ τι γίγνεται τοῦ ἐν ᾧ γιγνομένου ὀφείλει προϋπάρχειν, ὁ γιγνόμενος ἐν ἑαυτῷ χρόνος, εἰ μὲν γίνεται, οὐδέπω ἐστίν· εἰ δὲ ἐν ἑαυτῷ γίνεται [s]), ἤδη ἐστίν. ὥστε οὔτε γίνεται ἐν ἑαυτῷ· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐν ἑτέρῳ ἕτερος. εἰ γὰρ ὁ ἐνεστὼς ἐν τῷ 150
μέλλοντι γίγνεται, μέλλων ἔσται ὁ ἐνεστώς, καὶ εἰ ἐν τῷ παρῳχηκότι, ὁ *) παρῳχηκώς. τὰ δὲ αὐτὰ λεκτέον καὶ περὶ τῶν ἄλλων χρόνων. ὥστε οὐδὲ ἕτερος χρόνος ἐν ἑτέρῳ γίνεται χρόνῳ. εἰ δὲ μήτε αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ γίνεται μήτε ἕτερος ἐν ἑτέρῳ, οὐδὲ γεννητός ἐστιν ὁ χρόνος. ἐδείκνυτο δὲ ὅτι οὐδὲ ἀγέννητός ἐστι·

nitum quidem et incorruptibile non est, si quidem partim praeteriisse dicitur et non amplius esse, partim esse futurum et nondum esse. 148. sed ne genitum quidem et corruptibile; nam quae fiunt, ex aliquo ente fieri oportet: et quae corrumpuntur, in aliquod ens corrumpi secundum ipsorum Dogmaticorum suppositiones. si ergo in praeteritum corrumpitur, in non ens corrumpitur. et si ex futuro fit, ex non ente fit; neutrum enim ipsorum existit. absurdum est autem dicere aliquid ex non ente fieri aut in non ens corrumpi. itaque non est genitum et corruptibile tempus. quodsi neque non genitum et incorruptibile est, neque genitum et corruptibile, ne est quidem prorsus. 149. ad haec vero, quia omne quod fit in tempore fieri videtur, si fit tempus, in tempore fit. aut ergo ipsum in se ipso fit, aut alterum in altero. sed si quidem ipsum in se ipso, idem et erit et non erit. quia enim id in quo aliquid fit, debet prius existere quam id quod in ipso fit, tempus quod in se ipso fit, si quidem fit, nondum est: at si in se ipso fit, iam est. quocirca ne in se ipso quidem fit. 150. sed neque alterum in altero; nam si praesens in futuro fit, futurum erit praesens: et si in praeterito, praeteritum. eadem vero et de aliis temporibus dicenda. ergo ne fit quidem tempus alterum in altero. quodsi neque ipsum in se ipso fit nec alterum in altero, ne genitum quidem est tempus. ostensum autem iam fuit, nec esse quidem non genitum. quum itaque neque genitum sit neque non genitum,

---

p) κατὰ τὰς τῶν Δογματικῶν] omnium fere sectarum apud Graecos philosophi in hoc consentiunt, *ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti*, quod dogma multis probare conatur Lucretius lib. 1 vers. 151 seq. et κοινὴν δόξαν hanc Physicorum appellat Aristoteles lib. 1 Physicorum cap. 5.

q) οὐθέτερος γάρ] ita mss pro οὐθέτερον.

r) πᾶν τὸ γινόμενον] ita mss pro γιγνόμενον.

s) εἰ δὲ ἐν ἑαυτῷ γίνεται] similis de loco cavillatio supra sect. 133. P 164

[*) ὁ delendum.]

*μήτε οὖν γενητὸς ὢν μήτε ἀγέννητος, οὐδὲ ὅλως ἐστίν· ἕκαστον γὰρ τῶν ὄντων ἤτοι γεννητὸν ἢ ἀγέννητον εἶναι προσήκει.*

## ΚΕΦ ιη'.

## Περὶ ἀριθμοῦ.

151 *Ἐπεὶ δὲ ὁ χρόνος δοκεῖ μὴ ἄνευ ἀριθμοῦ θεωρεῖσθαι, οὐκ
ἂν εἴη ἄτοπον καὶ περὶ ἀριθμοῦ*[t]) *βραχέα διεξελθεῖν. ὅσον μὲν
γὰρ ἐπὶ τῇ συνηθείᾳ καὶ ἀδοξάστως ἀριθμεῖν τί φαμεν, καὶ
ἀριθμὸν εἶναί τι ἀκούομεν. ἡ δὲ τῶν Δογματικῶν περιεργία καὶ*
152 *τὸν κατὰ τούτου κεκίνηκε λόγον. αὐτίκα γοῦν οἱ ἀπὸ τῶν Πυ-
θαγόρου*[u]) *καὶ στοιχεῖα τοῦ κόσμου τοὺς ἀριθμοὺς εἶναι λέγουσι·
φασὶ γοῦν ὅτι τὰ φαινόμενα ἔκ τινος συνέστηκεν, ἁπλᾶ δὲ εἶναι
δεῖ τὰ στοιχεῖα· ἄδηλα ἄρα ἐστὶ τὰ στοιχεῖα. τῶν δὲ ἀδήλων
τὰ μέν ἐστι σώματα, ὡς οἱ ἀτμοὶ καὶ οἱ ὄγκοι, τὰ δὲ ἀσώματα,
ὡς σχήματα καὶ ἰδέαι καὶ ἀριθμοί. ὧν τὰ μὲν σώματά ἐστι συν-
θετά, συνεστῶτα ἔκ τε μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους καὶ ἀν-
τιτυπίας*[x]) *ἢ καὶ βάρους. οὐ μόνον ἄρα*[y]) *ἄδηλα, ἀλλὰ καὶ*
153 *ἀσώματά ἐστι τὰ στοιχεῖα. ἀλλὰ καὶ τῶν ἀσωμάτων ἕκαστον
ἐπιθεωρούμενον ἔχει τὸν ἀριθμόν. ἢ γὰρ ἕν ἐστιν ἢ δύο ἢ
πλείω. δι' ὧν συνάγεται ὅτι τὰ στοιχεῖα τῶν ὄντων εἰσὶν οἱ
ἄδηλοι καὶ ἀσώματοι καὶ πᾶσιν ἐπιθεωρούμενοι ἀριθμοί· καὶ*

**ne est quidem ullo modo; nam unumquodque eorum quae sunt, aut genita esse aut non genita necesse est.**

## CAP. XVIII.

## De numero.

**151.** Quoniam autem tempus non videtur absque numero considerari, etiam de numero paucis disserere non ab re fuerit. nam consuetudinem quidem sequentes et citra ullum dogma, numerare nos aliquid dicimus, et numerum aliquid esse audimus: sed Dogmaticorum curiositas nos ad hanc quoque adversus illum provocat disputationem. 152 primum enim Pythagorici elementa etiam mundi numeros esse dicunt; apparentia enim sensibus composita esse aiunt, simplicia autem esse oportere elementa; obscura igitur sensibus esse. ex obscuris porro alia esse corpora, ut vapores et moleculas, alia incorporea, ut formas et ideas numerosque. at corpora quidem esse composita, constantia ex longitudine et latitudine et profunditate et resistendi vi aut etiam pondere. non solum igitur obscura sensibus, sed etiam incorporea esse elementa. 153. quin etiam numerum in unoquoque incorporeo animadverti posse; nam aut unum est aut duo aut plura. unde ab illis colligitur elementa rerum omnium esse obscuros sensibus et incorporeos et

t) *καὶ περὶ ἀριθμοῦ*] conferendus liber 2 adversus Physicos.

u) *οἱ ἀπὸ τῶν Πυθαγόρου*] supra sect. 32. Proclus in Timaeum Platonis p. 6 de Pythagoricis: *τοῖς ἀριθμοῖς πᾶσαν τὴν φυσικὴν ποίησιν ἔλεγον συνέχεσθαι, καὶ κατὰ ἀριθμοὺς συνεστάναι πάντα τὰ δημιουργήματα τῆς φύσεως. εἶναι δὲ τοὺς ἀριθμοὺς τούτους μετεχομένους, ὥσπερ καὶ πάντα τὰ ἐγκόσμια εἴδη μεθεκτά ἐστιν.* hinc Pythagoricis *ἀριθμὸς μακάρων καὶ ἀνδρῶν*, et *τετρακτὺς παρὰ ἀενάου φύσεως.* quomodo autem elementa ex numeris consistere docuerit Pythagoras, leges apud Hermiam in irrisione philosophorum c. 15.

x) *ἔκ τε μήκους καὶ πλάτους καὶ βάθους καὶ ἀντιτυπίας*] corporis haec definitio supra sect. 39.

y) *οὐ μόνον ἄρα*] ita mss pro *οὐ μόνον γάρ.*

οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ ἥ τε μονὰς καὶ ἡ κατὰ ἐπισύνθεσιν τῆς μονάδος[z]) γινομένη ἀόριστος δυάς[a]), ἧς κατὰ μετουσίαν αἱ κατὰ P 165 μέρος γίγνονται δυάδες δυάδες· ἐκ τούτων γὰρ καὶ τοὺς ἄλλους 154 γίγνεσθαι ἀριθμοὺς[b]) τοὺς ἐπιθεωρουμένους τοῖς ἀριθμητοῖς, καὶ τὸν κόσμον κατασκευάζεσθαι λέγουσι. τὸ μὲν γὰρ σημεῖον τὸν τῆς μονάδος[c]) ἐπέχειν λόγον, τὴν δὲ γραμμὴν τὸν τῆς δυάδος· δύο γὰρ σημείων μεταξὺ θεωρεῖσθαι ταύτην· τὴν δὲ ἐπιφάνειαν τὸν τῆς τριάδος· ῥύσιν γὰρ εἶναί φασι τῆς γραμμῆς εἰς πλάτος ἐπ' ἄλλο σημεῖον ἐκ πλαγίου κείμενον. τὸ δὲ σῶμα τὸν τῆς τετράδος· ἐπανάστασιν γὰρ γίγνεσθαι τῆς ἐπιφανείας ἐπί τι σημεῖον ὑπερκείμενον. καὶ οὕτω τὰ σώματα καὶ ὅλον τὸν κόσμον 155 ἀνειδωλοποιοῦσιν, ὅντινα καὶ διοικεῖσθαί φασι κατὰ ἁρμονικοὺς λόγους[d]), τόν τε διὰ τεσσάρων, ὅς ἐστιν ἐπίτριτος, ὡς ἔχει

quos in omnibus observare rebus licet numeros. neque numeros simpliciter, sed unitatem et, qui per additionem unitatis fit binarium indefinitum, ex cuius participatione singuli binarii fiunt binarii. 154. ex his et alios fieri numeros, quos in rebus numeratis observare fas est quosque mundum constituere dicunt. nam punctum vicem unitatis obtinere, lineam binarii (hanc enim intelligi inter duo puncta), superficiem ternarii (siquidem aiunt illam esse fluxum lineae in latitudinem ad aliud signum ex transverso positum), corpus autem quaternarii (id enim fieri ex superficie ad aliquod punctum superpositum assurgente). 155. atque ita corporis et totius mundi simulacra haec nobis fingunt, quem etiam secundum harmonicas proportiones gubernari affirmant, ut secundum harmoniam dia tessaron sive proportionem sesqui-

---

z) ἥ τε μονὰς καὶ ἡ κατὰ ἐπισύνθεσιν τῆς μονάδος] ita mss pro ὅτε μονὰς καὶ ἡ κατὰ σύνθεσιν.

a) ἀόριστος δυάς] sic haud dubie legendum pro ἄριστος, ex quo nullum sensum exsculpere potuit eruditus interpres. vide infra sect. 166 et lib. 2 contra Physicos bis. Laërtium 8 25 et Stobaeum Eclog. Physic. p. 2 et 27, Proclum ad Euclidem p. 27, Iohannemque Meursium in Denario Pythagorico cap. 2 et 4. dicebatur autem a Pythagoricis binarius ἀόριστος sive *infinitus*, quia per illum designabant materiam infinitarum capacem formarum. Iamblichus sive quisquis auctor Theologumenon Arithmeticae p. 9 ἔτι τὴν ὕλην τῇ δυάδι προσαρμόττουσιν οἱ Πυθαγορικοί, ἑτερότητος μὲν γὰρ ἐκείνη ἐν φύσει, δυὰς δὲ ἐν ἀριθμῷ κατάρχει. καὶ ὡς ἐκείνη ἀόριστος καθ' αὑτὴν καὶ ἀσχημάτιστος, οὕτω μονωτάτη ἁπασῶν ἀριθμῶν δυὰς σχήματος οὐκ ἔστιν ἐπιδεκτική. μήτι γὰρ καὶ διὰ τοῦτο δύναται ἀόριστος ἡ δυὰς κεκλῆσθαι· ὑπὸ γὰρ ἐλαχίστων καὶ πρώτων τριῶν γωνιῶν ἢ καὶ εὐθειῶν σχῆμα κατ' ἐνέργειαν περιέχεται, κατὰ δύναμιν δὲ ἡ μονάς. οὐκ ἀπιθάνως δὲ καὶ Πρωτέα προσηγόρευον αὐτὴν τὸν ἐν Αἰγύπτῳ πάμμορφον ἥρωα, τὰ πάντων ἰδιώματα περιέχουσαν, ὡς ἐκεῖνος τὸ ἑκάστου ἀριθμοῦ ἐνέργημα. Theo Smyrnaeus p. 30 ἀρτίου δὲ πρώτη ἰδέα ἡ ἀόριστος δυάς, καθὰ καὶ ἐν κόσμῳ τῷ ἀορίστῳ καὶ ἀγνώστῳ καὶ ἀτάκτῳ τὸ ἄρτιον προσαρμόττουσιν (οἱ Πυθαγόρειοι)· διὸ καὶ ἀόριστος καλεῖται ἡ δυάς, ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν ὥσπερ ἡ μονὰς ὡρισμένη. Boëthio etiam *binarius* ex Pythagoricorum mente est *principium totius alteritatis*, lib. 2 Arithmet. c. 28. P 165

b) γίγνεσθαι ἀριθμούς] ita mss pro γίνεσθαι.

c) τὸ μὲν γὰρ σημεῖον τὸν τῆς μονάδος] vide, si placet, dicta ad librum adversus Arithmeticos sub. init. et 2 adversus Physicos.

d) κατὰ ἁρμονικοὺς λόγους] haec Pythagoricorum philosophemata de proportionibus harmonicis ad rationes mundi et orbium coelestium distantias applicatis exposuit Timaeus Locrus libro de natura universi, atque ex illo Plato, et ad Platonis Timaeum Proclus atque Chalcidius, quem si placet consule p. 122 seq. editionis Meursii. consule etiam Cen-

*πρὸς τὰ ἓξ τὰ ὀκτώ, καὶ τὸν διὰ πέντε, ὅς ἐστιν ἡμιόλιος, ὡς
ἔχει πρὸς τὰ ἓξ τὰ ἐννέα, καὶ τὸν διὰ πασῶν, ὅς ἐστι διπλά-*
156 *σιος, ὡς ἔχει πρὸς τὰ ἓξ τὰ δώδεκα. ταῦτά τε οὖν ὀνειροπο-
λοῦσι καὶ ὅτι ἕτερόν τί ἐστιν ὁ ἀριθμὸς παρὰ τὰ ἀριθμητὰ
κατασκευάζουσι λέγοντες, ὅτι εἰ τὸ ζῷον κατὰ τὸν ἑαυτοῦ λό-
γον*[e]) *ἐστίν, εἰ τύχοι, ἓν τὸ φυτόν, ἐπεὶ μή ἐστι ζῷον, οὐκ
ἔσται ἕν· ἔστι δὲ καὶ φυτὸν ἕν· οὐκ ἄρα τὸ ζῷον ἕν ἐστιν*[f]),
*ἀλλὰ κατά τι ἕτερον ἐπιθεωρούμενον ἔξωθεν αὐτῷ οὗ μετέχει
ἕκαστον, καὶ γίνεται δι᾽ αὐτὸ ἕν. καὶ εἰ τὰ ἀριθμητά ἐστιν ὁ
ἀριθμός, ἐπειδὴ ἄνθρωποί εἰσιν οἱ ἀριθμητοὶ καὶ βόες, εἰ τύ-
χοι, καὶ ἵπποι, ἄνθρωποι καὶ βόες καὶ ἵπποι ἔσται ὁ ἀριθμός.
καὶ λευκὸς ἀριθμὸς καὶ μέλας καὶ γενειήτης, εἰ τύχοιεν τοιοῦτοι*
157 *τυγχάνοντες οἱ μετρούμενοι. ταῦτα δέ ἐστιν ἄτοπα. οὐκ ἄρα τὰ
ἀριθμητά ἐστιν ὁ ἀριθμός, ἀλλ᾽ ἰδίαν ὑπόστασιν ἔχει παρὰ*
P 166 *ταῦτα καθ᾽ ἣν καὶ ἐπιθεωρεῖται τοῖς ἀριθμητοῖς, καὶ ἔστι στοι-
χεῖον. οὕτως οὖν ἐκείνων συναγαγόντων ὅτι ἀριθμὸς οὐκ ἔστι
τὰ ἀριθμητά, παρεισῆλθεν*[g]) *ἡ κατὰ τοῦ ἀριθμοῦ ἀπορία. λέ-
γεται γὰρ ὅτι εἰ ἔστιν ἀριθμός*[h]), *ἤτοι αὐτὰ τὰ ἀριθμητά ἐστιν
ὁ ἀριθμὸς ἢ ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα ἔξωθεν. οὔτε δὲ αὐτὰ τὰ
ἀριθμητά ἐστιν ὁ ἀριθμός, ὡς ἀπέδειξαν οἱ Πυθαγορικοί, οὔτε*

**tertiam (ut se habent octo ad sex), et harmoniam diapente sive proportionem sesquialteram (ut se habent novem ad sex) et harmoniam diapason, quae est proportio dupla, ut duodecim se habent ad sex. 156. haec igitur somniant et numerum esse aliud quam ea quae numerantur astruunt dicentes: si animal sit secundum sui ipsius respectum unum, planta, quia non est animal, non erit unum. atqui etiam planta est unum: ergo animal non est unum, sed secundum quiddam aliud, quod extrinsecus consideratur in illo cuius unumquodque particeps est, et unum fit propter ipsum. ac si ea quae numerantur sunt numerus, quum homines sint qui numerantur et boves verbi gratia et equi, homines et boves et equi erunt numerus; atque adeo albus numerus et niger et barbatus, si forte tales contigerit esse eos qui numero mensurantur. 157. haec vero sunt absurda. ergo numerus non est ea quae numerantur, sed propriam habet subsistentiam praeter haec, secundum quam etiam consideratur in iis quae numerantur, et est elementum. cum igitur illi ita colligant numerum non esse idem cum rebus quae numerantur, occurrit haec adversus numerum dubia quaestio. dicitur enim, si est numerus, aut ea quae numerantur sunt numerus, aut aliquid aliud praeter haec extrinsecus. nec vero ea quae numerantur sunt numerus, ut**

---

sorinum capite 13 eruditis Henr. Lindenbrogii notis illustratum, ac Theonem Smyrnaeum p. 88 seq. et virum summum Ioannem Keplerum in libro de Harmonia Mundi.

*e*) *κατὰ τὸν ἑαυτοῦ λόγον*] propriae naturae ac constitutionis ratione, ut simplex et ab omni compositione immunis essentia denotetur. si illius naturae suae ratione animal diceretur vel esset unum, nihil posset dici unum praeter animal.

*f*) *οὐκ ἄρα τὸ ζῷον ἕν ἐστιν*] animal *κατὰ τὸν ἑαυτοῦ λόγον* et respectu naturae suae non est unum, est enim compositum e pluribus. itaque quando unum dicitur, externa modo numeratione et accidentali id fit, plurium animalium respectu, non ad naturam essentiae eius declarandam.

P 166 *g*) *παρεισῆλθεν*] nota vocem usurpatam S. Apostolo Rom. 5 20 et Galat. 2 4, ad quem locum etiam Polybio frequenter tritam illam annotavit rev. ac doctissimus vir Georgius Raphelius.

*h*) *εἰ ἔστιν ἀριθμός*] ita mss, nam in editis *εἰ* male exciderat.

ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα, ὡς ὑπομνήσομεν[i]· οὐδὲν ἄρα ἐστὶν ὁ
ἀριθμός. ὅτε δὲ οὐδὲν ἔξωθέν ἐστι παρὰ τὰ ἀριθμητὰ ὁ ἀριθμός, 158
παραστήσομεν, ἐπὶ τῆς μονάδος τὸν λόγον στήσαντες εὐσήμου
διδασκαλίας ἕνεκεν. εἰ γάρ ἐστί τι καθ᾽ ἑαυτὴν ἡ μονάς, ἧς
μετέχον ἕκαστον τῶν μετεχόντων αὐτῆς γίνεται ἕν, ἤτοι μία
ἔσται αὐτὴ ἡ μονὰς ἢ τοσαῦται, ὅσα τὰ μετέχοντα αὐτῆς ἐστιν.
ἀλλ᾽ εἰ μὲν μία ἐστίν[k]), πότερον ὅλης αὐτῆς μετέχει ἕκαστον
τῶν μετέχειν αὐτῆς λεγομένων ἢ μέρους αὐτῆς; εἰ μὲν γὰρ πᾶ-
σαν ἔχει τὴν μονάδα, εἰ τύχοι, ὁ εἷς ἄνθρωπος, οὐκέτι ἔσται
μονάς, ἧς μεθέξει ὁ εἷς ἵππος ἢ ὁ εἷς κύων ἢ τῶν ἄλλων ἕκα-
στον ὃ λέγομεν εἶναι ἕν. ὥσπερ καὶ πολλῶν ὑποτεθέντων γυμνῶν 159
ἀνθρώπων, ἑνὸς δὲ ὄντος ἱματίου καὶ τοῦτο ἑνὸς ἀμφιασαμέ-
νου, γυμνοὶ μένουσιν οἱ λοιποὶ καὶ χωρὶς ἱματίου. εἰ δὲ μέρους
αὐτῆς μετέχει ἕκαστον, πρῶτον μὲν ἕξει τι μέρος ἡ μονὰς καὶ
ἄπειρά γε ἕξει μέρη, εἰς ἃ διαιρεῖται, ὅπερ ἄτοπον. εἶτα ὡς τὸ
μέρος τῆς δεκάδος οἷον ἡ δυὰς οὐκ ἔστι δεκάς, οὕτως οὐδὲ τὸ
μέρος τῆς δεκάδος ἔσται μονάς. διὰ δὲ τοῦτο οὐδὲ μεθέξει τι
τῆς μονάδος· ὥστε οὐκ ἔστι μία ἡ μονάς, ἧς μετέχειν λέγεται
τὰ κατὰ μέρος. εἰ δὲ ἰσάριθμοι τοῖς ἀριθμητοῖς, ἐφ᾽ ὧν λέγεται 160
τὸ ἕν, αἱ μονάδες εἰσίν, ὧν κατὰ μετοχὴν ἕκαστον τῶν κατὰ
μέρος λέγεται ἕν, ἄπειροι ἔσονται αἱ μετεχόμεναι μονάδες, καὶ
αὗται ἤτοι μετέχουσιν ἐπαναβεβηκυίας μονάδος[l]) ἢ μονάδων
ἰσαρίθμων αὐταῖς, καὶ διὰ τοῦτό εἰσι μονάδες· ἢ οὐ μετέχου-

Pythagorici ostenderunt, nec aliud quicquam praeter haec, ut declarabimus: nihil ergo est numerus. 158. nihil autem esse numerum extrinsecus praeter ea quae numerantur manifestum reddemus de unitate tantum verba facientes, ut apertius sit quod docebimus. si enim unitas est aliquid per se ipsam, cuius particeps unumquodque illam participantium fit unum, aut una erit haec unitas, aut tot quot sunt quae eam participant. sed si una quidem sit, utrum ipsam totam participat unumquodque eorum quae illam participare dicuntur, an eius partem duntaxat? nam si omnem habet unitatem unus homo verbi gratia, non amplius erit unitas quam participet unus equus aut unus canis aut aliorum unumquodque quod dicimus esse unum. 159. supponamus enim esse multos homines nudos, si unicum fuerit vestimentum et unus eo se induerit, reliqui nudi manent et absque vestimento. quodsi partis eius unumquodque particeps est, primum quidem habebit aliquam partem unitas: atque adeo infinitas habebit partes, in quas dividatur, quod est absurdum. deinde ut pars decadis veluti binarius non est decas, ita neque pars unitatis erit unitas: atque ideo ne participabit quidem quicquam de unitate. itaque unitas non est una quam participare singularia dicuntur. 160 sin vero unitates sunt numero aequales numeratis, de quibus dicitur unum, ex quarum participatione unumquodque singularium dicitur unum, infinitae erunt unitates quae participabuntur; et ipsae aut participant de unitate summa vel de unitatibus aequinumeris, et propterea sunt unitates, aut non participant, sed absque ulla participatione

---

i) ὡς ὑπομνήσομεν] ita recte mss pro ὑπεμνήσαμεν: nondum enim hoc fecit sed mox facturus est Sextus.

k) ἀλλ᾽ εἰ μὲν μία ἐστίν] conferendus liber 2 adversus Physicos.

l) ἐπαναβεβηκυίας μονάδος] unitate transcendente sive generali illa summaque prima ac simplici idea unitatis, omnibus communi unitatibus. sic infra sect. 166 et 167 compositi numeri ἐκ τῶν ἐπαναβεβηκότων, ex primis et simplicioribus, et lib. 1 sect. 38 ἐπαναβεβηκότες τρόποι, modi generaliores.

161 σιν, ἀλλὰ χωρίς τινος μετοχῆς μονάδες εἰσίν. εἰ μὲν γὰρ χωρὶς μετοχῆς μονάδες εἶναι δύνανται αὗται, δυνήσεται καὶ τῶν αἰσθητῶν ἕκαστον χωρὶς μονάδος μετοχῆς ἓν εἶναι· καὶ αὐτόθεν περιτρέπεται ἡ καθ' ἑαυτὴν θεωρεῖσθαι λεγομένη μονάς. εἰ δὲ ἀπὸ μετοχῆς κἀκεῖναι μονάδες εἰσίν, ἤτοι μιᾶς μετέχουσι πᾶσαι
P 167 ἢ μία ἑκάστη ἰδίας· καὶ εἰ μὲν πᾶσαι μιᾶς, ἤτοι κατὰ μέρος ἑκάστη ἢ ὅλης λεχθήσεται μετέχειν, καὶ μένουσιν αἱ ἀρχῆθεν
162 ἀτοπίαι [m]). εἰ δὲ ἑκάστη ἰδίας, καὶ ἐκείνων τῶν μονάδων ἑκάστην μονάδα ἐπιθεωρεῖσθαι δεῖ καὶ ταῖς ἐπιθεωρουμέναις ἐκείναις ἄλλας καὶ μέχρις ἀπείρου. εἰ οὖν, ἵνα καταλάβωμεν ὅτι εἰσί τινες καθ' ἑαυτὰς μονάδες, ὧν κατὰ μετοχὴν ἕκαστον τῶν ὄντων ἐστὶν ἕν, δεῖ κατειληφέναι ἀπειράκις ἀπείρους νοητὰς μονάδας, ἀδύνατον δὲ καταλαβεῖν ἀπειράκις ἀπείρους μονάδας νοητάς, ἀδύνατον ἄρα ἐστὶν ἀποφήνασθαι ὅτι εἰσί τινες νοηταὶ μονάδες καὶ ἕκαστον τῶν ὄντων ἐστὶν ἕν, κατὰ μετοχὴν ἰδίας
163 μονάδος γινόμενον ἕν· ἄτοπον ἄρα τὸ λέγειν ὅτι τοσαῦταί εἰσιν αἱ μονάδες ὅσα τὰ μετέχοντα αὐτῶν. εἰ δὲ μήτε μία ἐστὶν ἡ καθ' ἑαυτὴν λεγομένη μονὰς μήτε τοσαῦται ὅσα τὰ μετέχοντα αὐτῆς ἐστιν, οὐδὲ ἔστιν ὅλως μονὰς καθ' ἑαυτήν. ὁμοίως δὲ οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀριθμῶν ἕκαστος καθ' ἑαυτὸν ἔσται· χρῆσθαι γὰρ ἔνεστιν ἐπὶ πάντων τῶν ἀριθμῶν τῷ λόγῳ παραδειγματικῶς νῦν ἐπὶ τῆς μονάδος ἠρωτημένῳ· ἀλλ' εἰ μήτε καθ' ἑαυτόν ἐστιν ὁ ἀριθμός, ὡς ὑπεμνήσαμεν, μήτε αὐτὰ τὰ ἀριθμητὰ ὁ ἀριθμός ἐστιν, ὡς οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου παρέστησαν [n]), παρὰ δὲ
164 ταῦτα οὐδέν ἐστι, λεκτέον μηδὲ εἶναι ἀριθμόν. πῶς δὲ καὶ γί-

unitates sunt. **161.** si vero absque participatione unitates esse possunt hae, poterit etiam sensibilium unumquodque absque unitatis participatione unum esse. et ex hoc ipso evertitur unitas, quae per se ipsam consideranda proponitur. sin a participatione sunt illae etiam unitates, aut unam participant omnes aut unaquaeque peculiarem. et si quidem omnes unam, aut parte tenus duntaxat unaquaeque aut ipsam totam participare dicentur; et ita relinquuntur eaedem quae primo absurditates. **162.** sin unaquaeque peculiarem, etiam illarum unitatum unamquamque unitatem oportet insuper spectari, et his insuper consideratis iterum alias atque ita usque in infinitum. si igitur, ut comprehendamus esse aliquas unitates per se ipsas, ex quarum participatione unumquodque eorum quae sunt, est unum, oportet comprehendisse infinities infinitas unitates intellectu perceptibiles, impossibile est autem infinities infinitas unitates sub intellectum cadentes comprehéndere, impossibile est certe pronuntiare esse aliquas intellectu perceptibiles unitates, et unumquodque eorum quae sunt esse unum, ita ut per participationem peculiaris unitatis unum fiat. **163** absurdum ergo etiam est dicere tot esse unitates quot sunt res quae illas participant. quodsi neque una est quae per se ipsam dicitur unitas neque tot sunt unitates, quot res quae eam participant, ne ullo quidem modo est unitas per se ipsam. itidem vero nec aliorum numerorum unusquisque per se ipsum erit; nam in omnibus numeris possumus uti ea ratiocinatione, quam nunc exempli causa in unitate proposuimus. sed si neque per se ipsum aliquid est numerus, ut docuimus, neque numerus est ea quae numerantur, ut ostendunt Pythagorici, praeter haec autem nihil est, ne numerum quidem esse dicendum est. **164.** iam vero quomodo ex unitate fieri

---

P 167 *m*) *αἱ ἀρχῆθεν ἀτοπίαι*] frequenter ita loquitur, ut supra sect. 142 *αἱ ἀρχῆθεν ἀπορίαι.*
*n*) *οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου παρέστησαν*] supra sect. 156.

νεσθαί φασιν ἐκ τῆς μονάδος τὴν δυάδα οἱ ἔξωθέν τι δοκοῦντες εἶναι τὸν ἀριθμὸν παρὰ τὰ ἀριθμητά; ὅτε γὰρ συντίθεμεν μονάδα ἑτέρᾳ μονάδι, ἤτοι προστίθεταί τι ταῖς μονάσιν ἔξωθεν ἢ ἀφαιρεῖταί τι ἀπ᾽ αὐτῶν, ἢ οὔτε προστίθεταί τι οὔτε ἀφαιρεῖται. ἀλλ᾽ εἰ μὲν οὔτε προστίθεται οὔτε ἀφαιρεῖται, οὐκ ἔσται δυάς· οὔτε γὰρ χωρὶς ἀλλήλων οὖσαι αἱ μονάδες [o]) εἶχον τὴν μονάδα ἐπιθεωρουμένην αὐταῖς κατὰ τὸν ἴδιον αὐτῶν λόγον, οὔτε νῦν τι αὐταῖς ἔξωθεν προσγέγονεν· ὥστε οὐδὲ ἀφῄρηται 165
κατὰ τὴν ὑπόθεσιν, ὥστε οὐκ ἔσται δυὰς ἡ σύνθεσις τῆς μονάδος πρὸς τὴν μονάδα μήτε ἀφαιρέσεως μήτε προσθέσεως ἔξωθέν τινος γινομένης. εἰ δὲ ἀφαίρεσις γίνεται, οὐ μόνον οὐκ ἔσται δυάς, ἀλλὰ καὶ μειωθήσονται αἱ μονάδες. εἰ δὲ προστίθεται αὐταῖς ἔξωθεν ἡ δυάς, ἵνα ἐκ τῶν μονάδων γένηται δυάς, τὰ δύο δοκοῦντα εἶναι τέσσαρα ἔσται· ὑπόκειται γὰρ μονὰς καὶ ἑτέρα μονάς, αἷς προστιθεμένης ἔξωθεν δυάδος ὁ τέσσαρα ἀριθμὸς P 169
ἀποτελοῖτο ἄν. ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀριθμῶν 166
τῶν κατὰ σύνθεσιν ἀποτελεῖσθαι λεγομένων. εἰ οὖν μήτε κατὰ ἀφαίρεσιν μήτε κατὰ πρόσθεσιν μήτε ἄνευ ἀφαιρέσεως καὶ προσθέσεως γίγνονται οἱ σύνθετοι λεγόμενοι εἶναι ἀριθμοὶ ἐκ τῶν ἐπαναβεβηκότων [p]), ἀσύστατός ἐστιν ἡ γένεσις τοῦ κατ᾽ ἰδίαν καὶ περὶ τὰ ἀριθμητὰ εἶναι λεγομένου ἀριθμοῦ. ὅτι δὲ οὐδὲ ἀγέννητοι τυγχάνουσιν ὄντες οἱ κατὰ σύνθεσιν ἀριθμοί, δηλοῦσιν αὐτοὶ συντίθεσθαί τε αὐτοὺς καὶ γίγνεσθαι φάσκοντες ἐκ τῶν ἐπαναβεβηκότων, οἷον τῆς τε μονάδος καὶ δυάδος τῆς ἀορίστου [q]). οὐκοῦν οὐχ ὑφέστηκεν [r]) κατ᾽ ἰδίαν ὁ ἀριθμός. εἰ δὲ 167

dicunt binarium, ii qui extrinsecus aliquid esse putant numerum praeter res quae numerantur? nam quando unitatem cum alia unitate componimus, aut aliquid unitatibus extrinsecus additur, aut aufertur ab illis aut neque additur quicquam nec aufertur. verum si neque addatur neque auferatur quicquam, non erit binarius. neque enim unitates, quando aliae seorsum ab aliis sunt, habent unitatem quae peculiariter cuique illarum accedat. 165. neque vero ipsis nunc aliquid extrinsecus additum fuit. ergo neque ablatum secundum hanc suppositionem. non erit ergo binarius compositio unitatis cum unitate, quum neque additio neque ablatio ulla fiat extrinsecus. quodsi ablatio fiat, non solum non erit binarius, sed etiam minuentur unitates; si autem addatur ad ipsas extrinsecus binarius, ut ex unitatibus binarius fiat, quae duo esse videbantur, iam quattuor erunt. subiecta est enim unitas et altera unitas, quibus addito extrinsecus binario numerus quaternarius efficitur. 166. eadem ratio et in reliquis est numeris qui per compositionem effici dicuntur. si ergo neque per ablationem neque per additionem neque sine ablatione et additione fiunt illi numeri, qui compositi esse dicuntur ex simplicioribus numeris, nulla poterit fieri generatio numeri, quem aiunt seorsum esse et in rebus quae numerantur subsistere. at vero generari numeros compositos ipsi declarant, dum componi ipsos et fieri ex simplicioribus numeris docent, verbi gratia ex unitate et binario indefinito. ergo seorsum per se numerus non sub-

---

o) οὔτε γὰρ χωρὶς ἀλλήλων οὖσαι] sensus est, unitatem unam iterumque aliam esse manereque unum et unum, non autem duo fieri. eadem cavillatio lib. 2 adversus Physicos. gemina quoque supra capite 10 ubi de subtractione et additione.

p) ἐκ τῶν ἐπαναβεβηκότων] de hac voce supra sect. 160. P 168

q) δυάδος τῆς ἀορίστου] vide si placet ad sect. 153.

r) οὐκοῦν οὐχ ὑφέστηκεν] ita recte mss. in editis οὐχ exciderat.

*μήτε κατ᾽ ἰδίαν ὁ ἀριθμὸς θεωρεῖται μήτε ἐν τοῖς ἀριθμητοῖς ἔχει τὴν ὑπόστασιν, οὐδέ ἐστι τι ὁ ἀριθμός, ὅσον ἐπὶ ταῖς περιεργίαις ταῖς ὑπὸ τῶν Δογματικῶν εἰσενηνεγμέναις. τοσαῦτα μὲν καὶ περὶ τοῦ φυσικοῦ καλουμένου τῆς φιλοσοφίας μέρους ἀρκοῦντα ὡς ἐν ὑποτυπώσει λελέχθω.*

---

## ΚΕΦ. ιθ'.

### Περὶ τοῦ ἠθικοῦ μέρους φιλοσοφίας.

168 *Λείπεται δὲ τὸ ἠθικόν, ὅπερ δοκεῖ περὶ τὴν διάκρισιν τῶν τε καλῶν καὶ κακῶν καὶ ἀδιαφόρων*[s]) *καταγίγνεσθαι. ἵνα οὖν κεφαλαιωδῶς καὶ περὶ τούτου διαλάβωμεν, περὶ τῆς ὑπάρξεως τῶν τε ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ ἀδιαφόρων ζητήσομεν, τὴν ἔννοιαν ἑκάστου προεκθέμενοι.*

## ΚΕΦ. κ'.

### Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ ἀδιαφόρων.

169 *Φασὶν οὖν οἱ Στωϊκοὶ ἀγαθὸν εἶναι*[t]) *ὠφέλειαν ἢ οὐχ ἕτερον ὠφελείας, ὠφέλειαν μὲν λέγοντες τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν σπουδαίαν πρᾶξιν, οὐχ ἕτερον δὲ ὠφελείας τὸν σπουδαῖον ἄνθρωπον καὶ τὸν φίλον· ἡ μὲν*

**sistit. 167. quodsi neque seorsum numerus spectatur neque subsistentiam habet in iis quae numerantur, ne est quidem quicquam numerus secundum ea quae curiose a Dogmaticis afferuntur. nec vero brevis institutionis ratio exigere videtur, ut de philosophiae parte quam naturalem vocant plura a nobis dicantur.**

---

## CAP. XIX.

### De morali parte philosophiae.

**168. Superest moralis pars, quae circa bonorum et malorum et indifferentium diiudicationem versari videtur. ut igitur de hac quoque breviter et summa tantum capita attingentes disseramus, de bonorum et malorum et indifferentium existentia inquiremus, si prius cuiusque horum notionem exposuerimus.**

## CAP. XX.

### De bonis et malis indifferentibus.

**169. Dicunt igitur Stoici bonum esse utilitatem aut non aliud ab utilitate, utilitatem quidem appellantes virtutem et bonam actionem, non aliud autem ab utilitate virum probum et amicum. nam virtus quum sit principa-**

---

s) *καλῶν καὶ κακῶν καὶ ἀδιαφόρων*] ita prudentiam Zeno definiebat *ἐπιστήμην κακῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ οὐδετέρων* infra sect. 271 et apud Laërtium 7 92 et 93 *τὴν καρτερίαν ἐπιστήμην ἢ ἕξιν ὧν ἐμμενετέον καὶ μὴ καὶ οὐδετέρων.* eadem distinctio 102, ubi quid per singula intelligant Stoici, explicatur.

t) *ἀγαθὸν εἶναι*] noster infra libro adversus Ethicos sect. 22. Laërtius 7 94. Stobaeus Eclog. Ethic. p. 165, Suidas in *ἀγαθόν.* quibus iungendi Lipsius lib. 2 manuduct. diss. 22 et Scioppius in elementis philosophiae Stoicae cap. 121. quod *ὠφέλειαν* noster vocat, apud Ciceronem 3 10 est *ὠφέλημα.*

γὰρ ἀρετή πως ἔχον ἡγεμονικὸν καθεστηκυῖα, καὶ ἡ σπουδαία πρᾶ-
ξις ἐνέργειά τις οὖσα κατ' ἀρετήν, ἀντικρύς ἐστιν ὠφέλεια. ὁ δὲ
σπουδαῖος ἄνθρωπος καὶ ὁ φίλος οὐχ ἕτερος ὠφελείας. μέρος μὲν 170
γὰρ τοῦ σπουδαίου ἐστὶν ὠφέλεια, τὸ ἡγεμονικὸν αὐτοῦ ὑπάρ-
χουσα. τὰ δὲ ὅλα οὔτε τὰ αὐτὰ τοῖς μέρεσιν εἶναι λέγουσιν —
οὐ γάρ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος χείρ — οὔτε ἕτερα παρὰ τὰ μέρη —
οὐκ ἄνευ γὰρ τῶν μερῶν ὑφέστηκεν — διόπερ οὐχ ἕτερα τῶν P 169
μερῶν τὰ ὅλα λέγουσιν. ὅθεν τὸν σπουδαῖον ὅλον ὄντα, ὡς πρὸς
τὸ ἡγεμονικὸν [u]) ἑαυτοῦ, ὅπερ ἔφασαν ὠφέλειαν, οὐχ ἕτερον ὠφε-
λείας εἶναι λέγουσιν.

## ΚΕΦ. κα'.

### Ὅτι τὸ ἀγαθὸν τριχῶς [x]) λέγεται.

Ἐντεῦθεν καὶ τριχῶς τὸ ἀγαθόν φασι λέγεσθαι· καθ' ἕνα 171
μὲν γὰρ τρόπον φασὶν εἶναι ἀγαθὸν τὸ ὑφ' οὗ ἐστιν ὠφελεῖ-
σθαι, ὃ δὴ ἀρχικώτατόν ἐστι καὶ ἀρετή [y])· καθ' ἕτερον δέ,
καθ' ὃ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι, ὡς ἡ ἀρετὴ καὶ αἱ κατ' ἀρε-
τὴν πράξεις· κατὰ τρίτον δὲ τρόπον τὸ οἷόν τε ὠφελεῖν.
τοῦτο δὲ καὶ ἀρετὴν εἶναι καὶ κατὰ ἀρετὴν πρᾶξιν καὶ τὸν
σπουδαῖον καὶ τὸν φίλον θεούς τε καὶ σπουδαίους δαίμονας, ὡς
τὸ μὲν δεύτερον [z]) σημαινόμενον τοῦ ἀγαθοῦ ἐμπεριληπτικὸν
εἶναι τοῦ πρώτου σημαινομένου, τὸ δὲ τρίτον τοῦ δευτέρου καὶ
τοῦ πρώτου. τινὲς δέ φασιν ἀγαθὸν εἶναι τὸ δι' ἑαυτὸ αἱρετόν, 172
ἄλλοι δὲ τὸ συλλαμβάνον πρὸς εὐδαιμονίαν ἢ τὸ συμπληρωτι-

**tus mentis certo quodam modo se habens, et bona actio quum sit operatio quaedam secundum virtutem, plane est utilitas. at probus vir et amicus non alius ab utilitate. 170. nam probi pars est utilitas, quum ipsius sit mentis principatus. at tota neque eadem cum partibus esse dicunt — neque enim homo est manus — nec alia quam partes — non enim sine partibus subsistunt. — unde non alia a partibus tota esse dicunt. unde probum quum sit totum, principatus mentis suae respectu quod dixerunt utilitatem, non alium ab utilitate esse perhibent.**

## CAP. XXI.

### Bonum trifariam dici.

**171. Hinc fit ut et trifariam bonum dici asserant; uno enim modo bonum esse dicunt illud a quo peti utilitas potest, quod est maxime principale et virtus. alio autem, secundum quod contingit ut utilitas percipiatur, veluti virtus et actiones quae secundum virtutem fiunt. tertio modo, quod potest utilitatem afferre. hoc autem et virtutem esse et actionem quae secundum virtutem et probum et amicum deosque et probos daemones; adeo ut a secundo quidem significato boni comprehendatur primum significatum, a tertio vero secundum et primum. 172. nonnulli autem bonum esse dicunt id quod per se appetendum sit; alii quod adiuvat ad felicitatem aut complementum**

---

u) ὡς πρὸς τὸ ἡγεμονικόν] ita mss: nam in editis exciderat ὡς. P 169
x) τριχῶς] confer librum adversus Ethicos sect. 25 seq.
y) ὃ δὴ ἀρχικώτατόν ἐστι καὶ ἀρετή] ita mss. in editis erat ἀρχικώτερόν ἐστι καὶ ἀρεταί.
z) τὸ μὲν δεύτερον] ita recte mss, non τόν.

κόν. εὐδαιμονία δέ ἐστιν, ὥς οἱ Στωϊκοί φασιν, εὔροια βίου [a])·
173 τοιαῦτα μέν τινα εἰς τὴν ἔννοιαν τοῦ ἀγαθοῦ λέγεται. εἴτε δὲ τὸ ὠφελοῦν εἴτε τὸ δι' ἑαυτὸ αἱρετὸν εἴτε τὸ συνεργοῦν πρὸς εὐδαιμονίαν ἀγαθόν τις εἶναι λέγοι, οὐχὶ τί ἐστι τὸ ἀγαθὸν παρίστησιν [b]), ἀλλά τι τῶν συμβεβηκότων αὐτῷ λέγει. ὅπερ ἐστὶ μάταιον. ἤτοι γὰρ μόνῳ τῷ ἀγαθῷ συμβέβηκε τὰ προειρημένα ἢ καὶ ἑτέροις. ἀλλ' εἰ μὲν καὶ ἑτέροις, οὐκ ἔστι χαρακτηριστικὰ τοῦ ἀγαθοῦ κοινοποιούμενα· εἰ δὲ μόνῳ τῷ ἀγαθῷ, οὐκ ἐνδέ-
174 χεται ἡμᾶς ἀπὸ τούτων νοεῖν τὸ ἀγαθόν. ὡς γὰρ ὁ ἀνεννόητος ἵππου [c]) οὔτε τὸ χρεμετίζειν τί ἐστιν οἶδεν οὔτε διὰ τούτου δύναται εἰς ἔννοιαν ἐλθεῖν ἵππου, εἰ μὴ πρότερον ἵππῳ χρεμετίζοντι ἐντύχοι, οὕτως ὁ διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὸ ἀγαθόν, ζητῶν τί ἐστιν ἀγαθόν, οὐ δύναται γινώσκειν τὸ ἰδίως αὐτῷ καὶ μόνῳ ὑπάρχον, ἵνα δι' αὐτοῦ τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ νοῆσαι δυνηθῇ· πρότερον γὰρ δεῖ μαθεῖν τὴν αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν, εἶθ' οὕτω συνεῖναι ὅτι ὠφελεῖ, καὶ ὅτι δι' αὐτὸ αἱρετόν ἐστι καὶ ὅτι εὐ-
175 δαιμονίας ποιητικόν. ὅτι δὲ τὰ προειρημένα συμβεβηκότα οὐκ ἔστιν ἱκανὰ μηνύσαι τὴν ἐπίνοιαν καὶ τὴν φύσιν τοῦ ἀγαθοῦ,
P 170 δηλοῦσιν ἔργῳ οἱ Δογματικοί. ὡς μὲν γὰρ ὠφελεῖ τὸ ἀγαθὸν καὶ ὅτι αἱρετόν ἐστι, παρ' ὃ καὶ ἀγαθὸν εἴρηται τὸ οἱονεὶ ἀγωγὸν [d]) καὶ ὅτι εὐδαιμονίας ἐστὶ ποιητικόν, πάντες ἴσως συγχω-

addit. felicitas autem est, ut Stoici aiunt, quum res ad vitam pertinentes prospere nobis fluunt. talia quaedam ad boni notionem afferuntur. 173. sive autem quod utilitatem praebet sive quod per se appetendum est sive quod ad felicitatem adiuvat dicat aliquis esse bonum, non quid sit bonum ostendit, sed aliquod ex illius accidentibus dicit. quod certe ineptum est. nam aut soli bono accidunt supra dicta, aut aliis etiam. verum si aliis etiam, non accurate designant bonum, quum communia sint; sin bono soli, non possumus ex his notionem boni assequi. 174. ut enim qui equi notionem non assecutus est, ne hinnire quidem quid sit novit, neque per hoc ad notionem equi pervenire potest nisi prius in equum hinnientem inciderit; ita is qui quaerit quid sit bonum, eo quod ignoret quid sit bonum, quod illi proprie et soli inest, cognoscere nequit, ut per ipsum ad boni notionem et imaginationem venire possit; prius enim ipsam boni naturam discere oportet atque ita demum intelligere quid utilitatem afferat, et quid per se expetendum et felicitatis effectivum sit. 175. at supra dicta accidentia non sufficere ad notionem et naturam boni iudicandam re ipsa ostendunt Dogmatici. nam bonum utilitatem afferre et expetendum esse, unde et dictum est *ἀγαθόν* quasi *ἀγωγόν* quod ducat ac pelliciat, et felicitatis esse effectivum, omnes quidem

---

*a)* *εὔροια βίου*] *beata vita secundo defluens cursu*, ut verbis utar Senecae epist. 120. vide Menagium ad Laërtii 7 88, nostrum libro adversus Ethicos, Gatakerum ad Marc. Antonini lib. 5 sect. 34.

*b)* *παρίστησιν*] ita recte mss pro *περίστησιν*.

*c)* *ὁ ἀνεννόητος ἵππου*] ita ex mss legendum. male editi: *ὁ ἀνεννόητος ἵππος*. idem argumentum repetit libro adversus Ethicos *τῷ μὴ γινώσκοντι τὸν ἵππον καὶ τὸ χρεμετίζειν ἀγνοεῖται.*

P 170 *d)* *ἀγαθὸν εἴρηται τὸ οἱονεὶ ἀγωγόν*] *παρὰ τὸ ἄγειν ἡμᾶς*, quod nos ducit allicitque. alii ut Plato et noster adversus Ethicos ab *ἄγασθαι* quod magni id aestimemus illoque delectemur, vel a *γαθεῖν* quod eo gaudeamus, vel ut Etymologus *παρὰ τὸ ἄγαν θέειν ἡμᾶς ἐπ' αὐτό*, quod valde illud sectemur et expetamus.

ροῦσιν, ἐρωτώμενοι δὲ τί ἐστιν ᾧ ταῦτα συμβέβηκεν [e]), εἰς ἄσπειστον [f]) ἐμπίπτουσι πόλεμον, οἱ μὲν ἀρετὴν λέγοντες [g]) οἱ δὲ ἡδονὴν [h]) οἱ δὲ ἀλυπίαν [i]) οἱ δὲ ἄλλο τι [k]). καίτοι εἰ ἐκ τῶν προειρημένων ὅρων ἐδείκνυτο τί ἐστι τὸ ἀγαθὸν αὐτό, οὐκ ἂν ἐστασίαζον, ὡς ἀγνοουμένης τῆς τούτου φύσεως. οὕτω μὲν οὖν διαφέρονται περὶ τῆς ἐννοίας τοῦ ἀγαθοῦ οἱ δοκιμώτατοι δοκοῦντες εἶναι τῶν Δογματικῶν. ὁμοίως δὲ διηνέχθησαν καὶ περὶ τοῦ 176
κακοῦ λέγοντες κακὸν εἶναι βλάβην [l]) ἢ οὐχ ἕτερον βλάβης, οἱ δὲ τὸ δι᾽ ἑαυτὸ φευκτόν, οἱ δὲ τὸ κακοδαιμονίας ποιητικόν. δι᾽ ὧν οὐχὶ τὴν οὐσίαν τοῦ κακοῦ, ἀλλά τινα τῶν συμβεβηκότων ἴσως αὐτῷ φάσκοντες εἰς τὴν προειρημένην ἐμπίπτουσιν ἀπορίαν.

## ΚΕΦ. κβ'.

## Περὶ ἀδιαφόρου [m]).

Τὸ δὲ ἀδιάφορόν [n]) φασι λέγεσθαι μὲν τριχῶς. καθ᾽ ἕνα 177

**fortasse concedunt; verum quum interrogantur quid sit illud cui haec accidunt, pertinaciter inter se digladiantur, dum alii virtutem esse dicunt alii voluptatem alii indolentiam alii aliquid aliud. atqui si ex supra dictis definitionibus quid esset bonum ipsum ostenderetur, inter se, tamquam non comperta huius natura, minime dissiderent. 176. sic ergo de boni notione dissentiunt qui summo inter Dogmaticos habentur in pretio. itidem vero et de malo controversati sunt malum dicentes esse noxam aut non aliud a noxa; alii quod per se sit fugiendum, alii infelicitatis effectivum. per quae non substantiam mali, sed aliquid eorum quae illi accidunt fortasse dicentes in supra dictam incidunt haesitationem.**

## CAP. XXII.

## De indifferente.

**177. Indifferens autem et neutrum trifariam dici aiunt, uno quidem modo,**

---

*e*) τί ἐστιν ᾧ ταῦτα συμβέβηκεν] quid demum bonum ipsum sit, cui illud accidit quod utilitatem hominum beatitatemque vel promovet vel plane absolvit.

*f*) ἄσπειστον] ita lege pro ἄπιστον. ἄσπειστος πόλεμος i. e. ἄσπονδος. pertinacissima enim et acerrima inter philosophos fuit contentio quid esset bonum vel summum boni, de qua consulendus Cicero in libris de finibus. frequens est librariis ει et ι inter se permutare. sic infra cap. 23 Genevensis editio habet πειστευτέον pro πιστευτέον.

*g*) οἱ μὲν ἀρετὴν λέγοντες] ut Stoici.

*h*) οἱ δὲ ἡδονὴν] ut Aristippus et Cyrenaici et omnis Epicuri schola.

*i*) οἱ δὲ ἀλυπίαν] ut Hieronymus Rhodius.

*k*) οἱ δὲ ἄλλο τι] ut Herillus scientiam.

*l*) κακὸν εἶναι βλάβην] definitio Stoica mali, opposita boni definitioni quae erat ἀγαθὸν εἶναι ὠφέλειαν ἢ οὐχ ἕτερον ὠφελείας. quod porro ait quosdam malum, quemadmodum bonum supra per se expetendum, statuisse per se fugiendum, alios vero infelicitatis per se fugiendae effectivum, huc facit quod Stoici haec genera bonorum malorumque distinguebant, quorum alia vocabant τελικά alia ποιητικά, de quo videndus Cicero 3 de finibus cap. 16 et Laërtius 7 95, 96.

*m*) περὶ ἀδιαφόρου] in mss Savil. et Vratislav. nullum hic novum caput incipit. ac si novum hic erat inchoandum, debebat etiam novum constituere sectio proxime praecedens quae est περὶ τοῦ κακοῦ. neque caetera omnia quae superiore capite 21 disputantur, contineri quis dixerit sub titulo qui illi est praefixus, ὅτι τὸ ἀγαθὸν τριχῶς λέγεται. sed

μὲν τρόπον πρὸς ὃ μήτε ὁρμὴ μήτε ἀφορμὴ γίνεται, οἷόν ἐστι τὸ ἀρτίους εἶναι τοὺς ἀστέρας ἢ τὰς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τρίχας [o])· καθ᾽ ἕτερον δὲ πρὸς ὃ ὁρμὴ μὲν ἢ ἀφορμὴ γίνεται, οὐ μᾶλλον δὲ πρὸς τόδε ἢ τόδε, οἷον ἐπὶ δυοῖν τετραδράχμων ἀπαραλλάκτων, ὅταν δέῃ τὸ ἕτερον αὐτῶν αἱρεῖσθαι. ὁρμὴ μὲν γὰρ γίνεται πρὸς τὸ αἱρεῖσθαι τὸ ἕτερον αὐτῶν οὐ μᾶλλον πρὸς τόδε ἢ τόδε. κατὰ τρίτον δὲ τρόπον φασὶν ἀδιάφορον εἶναι τὸ μήτε πρὸς εὐδαιμονίαν [p]) μήτε πρὸς κακοδαιμονίαν συμβαλλόμενον, ὡς ὑγίειαν πλοῦτον· ᾧ γάρ ἐστιν ὁτὲ μὲν εὖ ὁτὲ δὲ κακῶς
P 171 χρήσασθαι, τοῦτο ἀδιάφορον εἶναί φασι, περὶ οὗ μάλιστα ἐν
178 τοῖς ἠθικοῖς διαλαμβάνειν λέγουσιν. τίνα μέντοι καὶ περὶ ταύτης τῆς ἐννοίας δεῖ φρονεῖν, δῆλον καὶ ἐκ τῶν εἰρημένων ἡμῖν περί τε ἀγαθῶν καὶ κακῶν. οὕτω μὲν οὖν σαφές ἐστιν ὅτι οὐκ ἐπέστησαν ἡμᾶς τῇ ἐννοίᾳ τῶν προειρημένων ἑκάστου. οὐδὲν δὲ ἀπεικὸς πεπόνθασιν ἐν ἀνυποστάτοις τάχα πράγμασι σφαλλόμενοι· ὅτι γὰρ οὐδὲν τῇ φύσει ἐστὶν ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἢ ἀδιάφορον, ἐντεῦθέν τινες ἐπιλογίζονται.

## ΚΕΦ. κγʹ.

## Εἰ ἔστι τι φύσει ἀγαθὸν [q]) καὶ κακὸν καὶ ἀδιάφορον.

179 Τὸ πῦρ φύσει ἀλεαῖνον [r]) πᾶσι φαίνεται ἀλεαντικόν, καὶ ἡ

ad quod neque appetitu neque declinatione movetur animus, quale est parem numerum esse stellarum aut capitis pilorum. alio modo, ad quod appetione quidem aut declinatione movetur, sed non magis ad hoc quam illud, ut in duobus tetradrachmis nummis nullo modo diversis, cum eorum alterum eligere oportet. nam appetitio quidem fertur ad alterum eorum eligendum, sed non magis ad hoc quam illud. tertio modo indifferens aiunt esse quod neque ad felicitatem nec infelicitatem adiuvat, ut sanitatem divitias. nam quo possumus aliquando bene aliquando male uti, hoc indifferens esse aiunt, de quo maxime in ethicis disputare se dicunt. 178. quid vero et de hac notione sentiendum sit, ex iis quae de bonis et malis nobis dicta sunt constat. unde etiam patet ad intelligendum quodque supra dictorum nos neutiquam a Dogmaticis esse perductos. nihil tamen illis miri accidit, quod in rebus existentiam forte non habentibus lapsi sint. nam nihil natura esse bonum aut malum aut indifferens ex iis quae sequuntur argumentationibus aliqui colligunt.

## CAP. XXIII.

## An sit aliquid natura bonum et malum et indifferens.

179. Ignis natura calefaciens omnibus videtur calefactivus, et nix natura

ut alibi monui, divisio capitum non est ab ipso auctore Sexto, neque in omnibus codicibus eadem sed valde diversa.

*n*) τὸ ἀδιάφορον] *quod* Stoici, inquit Cicero 3 16 de finibus, *ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit ut indifferens dicerem.* de generibus autem quae hinc exponit noster τῶν ἀδιαφόρων, videndus liber adversus Ethicos et ad illum locum dicta, Laërtius 7 102 seq. Stobaeus Eclog. Ethic. p. 172 seq. Suidas in ἀδιαφορία, Lipsius lib. 2 manuduct. diss. 23 et Scioppius in elementis philosophiae Stoicae p. 39 seq.

*o*) ἢ τὰς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τρίχας] Laërtius 7 104 ἄλλως δὲ λέγεται ἀδιάφορα, τὰ μήτε ὁρμῆς μήτε ἀφορμῆς κινητικά, ὡς ἔχει τὸ ἀρτίας ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τρίχας ἢ περιττάς, ἢ ἐκτεῖναι τὸν δάκτυλον ἢ συστεῖλαι.

*p*) τὸ μήτε πρὸς εὐδαιμονίαν] quae nihil valerent ad beate misereque vivendum. Cicero 3 15 de finibus.

P 171 *q*) εἰ ἔστι τι φύσει ἀγαθόν] hic quoque in mss Savil. et Vratislav. nulla capitis distinctio, nullus titulus. de argumento ipso conferendus

χιὼν φύσει ψύχουσα πᾶσι φαίνεται ψυκτική, καὶ πάντα τὰ φύσει κινοῦντα ὁμοίως πάντας κινεῖ τοὺς κατὰ φύσιν ὥς φασιν ἔχοντας. οὐδὲν δὲ τῶν λεγομένων ἀγαθῶν πάντας κινεῖ ὡς ἀγαθόν, ὡς ὑπομνήσομεν· οὐκ ἄρα ἐστὶ φύσει ἀγαθόν. ὅτι δὲ οὐδὲν τῶν λεγομένων ἀγαθῶν πάντας ὁμοίως κινεῖ δῆλόν φασιν.
ἵνα γὰρ τοὺς ἰδιώτας παρῶμεν, ὧν οἱ μὲν εὐεξίαν σώματος 180
ἀγαθὸν εἶναι νομίζουσιν, οἱ δὲ τὸ λαγνεύειν, οἱ δὲ τὸ ἀδηφαγεῖν, οἱ δὲ οἰνοφλυγίαν, οἱ δὲ τὸ χρῆσθαι κύβοις, οἱ δὲ πλεονεξίαν, οἱ δὲ καὶ χείρω τινὰ τούτων αὐτῶν, τῶν φιλοσόφων τινὲς μὲν τρία γένη φασὶν εἶναι ἀγαθῶν [s]), ὡς οἱ Περιπατητικοί· τούτων γὰρ τὰ μὲν εἶναι περὶ ψυχὴν ὡς τὰς ἀρετάς, τὰ δὲ περὶ σῶμα ὡς ὑγίειαν καὶ τὰ ἐοικότα, τὰ δὲ ἐκτὸς ὡς φίλους πλοῦ-
τον τὰ παραπλήσια. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Στοᾶς [t]) τριγένειαν μὲν καὶ 181
αὐτοί φασιν εἶναι ἀγαθῶν· τούτων γὰρ τὰ μὲν εἶναι περὶ ψυχὴν ὡς τὰς ἀρετάς, τὰ δὲ ἐκτὸς ὡς τὸν σπουδαῖον καὶ φίλον, τὰ δὲ οὔτε περὶ ψυχὴν οὔτε ἐκτός, οἷον τὸν σπουδαῖον ὡς πρὸς ἑαυτόν. τὰ μέντοι περὶ σῶμα ἢ ἐκτός, ἃ φασιν οἱ ἐκ τοῦ Περιπάτου ἀγαθὰ εἶναι, οὔ φασιν ἀγαθά. ἔνιοι δὲ τὴν ἡδονὴν

**frigefaciens omnibus videtur refrigerativa, atque adeo omnia quae natura movent sive afficiunt eodem modo omnes movent qui quidem secundum naturam se habent. at nullum eorum quae bona vocantur omnes pariter movet, tamquam bonum, sicuti declarabimus; natura ergo non est bonum. nullum autem ex iis quae bona dicuntur, omnes movere eodem modo manifestum est. 180. nam ut rudem et imperitam multitudinem omittamus, ex qua alii firmum corporis habitum bonam rem esse censent, alii rebus venereis frui alii cibo alii vino se ingurgitare aliqui vero aleari aliqui plura possidere quam alii, nonnulli denique his etiam deteriora quaepiam, ipsorum philosophorum nonnulli tria genera bonorum esse dicunt, ex quibus sunt Peripatetici; horum enim alia esse circa animum ut virtutes, alia circa corpus ut sanitatem et similia, alia extra ut amicos opes et similia. 181. at Stoici tria quidem et ipsi bonorum genera esse censent; ex his enim alia esse circa animum ut virtutes, alia extra ut probum hominem et amicum, quaedam etiam nec circa nec extra animum veluti probum hominem ut quidem ad se ipsum. at quae sunt circa corpus aut extra, quae Peripatetici in bonis habent, illi bona esse negant. fuerunt etiam qui voluptatem ut bonum ample-**

---

Pseudo-Clemens lib. 10 recognitionum c. 5 *est quidam sermo apud Graecorum philosophos vehemens valde* (φορτικὸς μάλα) *qui dicit in vita hominum re ipsa neque bonum esse aliquid neque malum* etc. *εἴ ἐστι τι φύσει* scripsi ex HStephani codice pro *τῇ φύσει*.

*r*) *τὸ πῦρ φύσει ἀλεαῖνον*] idem repetit libro 1 adversus Grammaticos sect. 147 et lib. 10. adversus Ethicos. adde Laërtium 9 101.

*s*) *τρία γένη ἀγαθῶν*] cum Peripateticis ita senserunt etiam Academici, ut testatur noster libro adversus Ethicos. eadem distinctio bonorum probata Pythagoricis ut constat ex fragmento libri Archytae de bono viro et beato apud Stobaeum: *ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐχ ἁ ψυχὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα. τὸ γὰρ ἐξ ἀμφοτέρων ζῷον, καὶ τὸ ἐκ τοιούτων ἄνθρωπος. καὶ γὰρ εἰ τᾶς ψυχᾶς ὄργανον τὸ σῶμα πέφυκεν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀνθρώπῳ μέρος καὶ τοῦτο καὶ ἁ ψυχά. διὸ καὶ τῶν ἀγαθῶν ἃ μέν ἐντι ἀνθρώπω, ἃ δὲ τῶν μερέων. καὶ ἀνθρώπω μὲν ἀγαθὸν εὐδαιμοσύνα· τῶν δὲ μερέων τῶ ἀνθρώπω, ψυχᾶς μὲν φρόνασις, ἀνδρεία, δικαιοσύνα, σωφροσύνα. σώματος δὲ κάλλος ὑγίεια, εὐεξία, εὐαισθασία. τὰ δὲ ἐκτὸς πλοῦτος καὶ δόξα καὶ τιμὰ καὶ εὐγένεια πέφυκεν ἐπιγέννημα ἡμὶν τῷ ἀνθρώπῳ καὶ ἀκόλουθα φύσει προϋφεστακόσιν ἀγαθοῖς.*

*t*) *οἱ δὲ ἀπὸ Στοᾶς*] confer quae ad librum adversus Ethicos.

P 172 ἠσπάσαντο ὡς ἀγαθόν, τινὲς δὲ κακὸν αὐτὴν ἀντικρὺς [u]) εἶναί
φασιν. ὥστε καί τινα τῶν ἐκ φιλοσοφίας ἀναφθέγξασθαι "μανείην
182 μᾶλλον ἢ ἡσθείην". εἰ τοίνυν τὰ μὲν φύσει κινοῦντα πάντας
ὁμοίως κινεῖ, ἐπὶ δὲ τοῖς λεγομένοις ἀγαθοῖς οὐ πάντες ὁμοίως
κινούμεθα, οὐδέν ἐστι φύσει ἀγαθόν· καὶ γὰρ οὔτε πάσαις ταῖς
προεκκειμέναις στάσεσι [x]) πιστεύειν ἐνδέχεται διὰ τὴν μάχην οὔτε
τινί. ὁ γὰρ λέγων ὅτι τῇδε μὲν πιστευτέον τῇ στάσει τῇ δὲ
οὐδαμῶς, ἐναντιουμένους τοὺς παρὰ τῶν ἀντιδοξούντων [y]) λόγους αὐτῷ ἔχων, μέρος γίνεται διαφωνίας, καὶ τοῦ κρινοῦντος
αὐτὸς δεήσεται· διὰ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἀλλ' οὐχ ἑτέρους
κρινεῖ. μήτε οὖν κριτηρίου [z]) ὄντος ὁμολογουμένου μήτε ἀποδείξεως διὰ τὴν ἀνεπίκριτον καὶ περὶ τούτων διαφωνίαν, εἰς τὴν
ἐποχὴν καταντήσει. καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ἕξει διαβεβαιοῦσθαι τί
183 ἐστι τὸ φύσει ἀγαθόν. ἔτι κἀκεῖνο λέγουσί τινες, ὅτι ἀγαθόν
ἐστιν ἤτοι τὸ αἱρεῖσθαι αὐτὸ [a]) ἢ ἐκεῖνο ὃ αἱρούμεθα. τὸ μὲν οὖν αἱρεῖσθαι οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν κατὰ τὸν ἴδιον λόγον· οὐ γὰρ ἂν ἐσπεύδομεν τυχεῖν ἐκείνου ὃ αἱρούμεθα, ἵνα μὴ ἐκπέσωμεν τοῦ ἔτι αὐτὸ αἱρεῖσθαι· οἷον, εἰ ἀγαθὸν ἦν τὸ ἀντιποιεῖσθαι ποτοῦ, οὐκ ἂν ἐσπεύδομεν ποτοῦ τυχεῖν· ἀπολαύσαντες γὰρ τούτου τῆς ἀντιποιήσεως αὐτοῦ ἀπαλλαττόμεθα. καὶ ἐπὶ τοῦ πεινῆν [b]) ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ ἐρᾶν καὶ τῶν ἄλλων. οὐκ ἄρα τὸ

xarentur, quum alii ipsam in malis plane numerent, adeo ut ex philosophis quidam exclamaverit, "insanire mihi potius contingat quam voluptate frui". 182. si ergo ea quidem quae natura movent, omnes eodem movent et afficiunt modo, at vero ad ea quae bona dicuntur non omnes itidem movemur, nihil est natura bonum. etenim neque omnibus diversarum sectarum opinionibus ante expositis fidem habere possumus propter discordiam, neque alicui. nam qui huic quidem sectae credendum esse, illi autem minime dicit, quum habeat sibi adversantes rationes eorum qui contra sentiunt, pars fit controversiae et diiudicatore ipsemet ideo egebit cum aliis, ac non alios iudicabit. at quum nec criterium sive veri falsique regula sit de qua constet, nec demonstratio ob indiiudicabilem controversiam quae de his etiam est ad assensionis suspensionem deveniet, et propterea quid natura sit bonum affirmare non poterit. 183 illud praeterea dicunt nonnulli: bonum est aut expetitio illius aut illud ipsum quod expetimus. atque expetitio quidem per se bona non est; neque enim studeremus assequi illud quod appetimus, ne, postquam consecuti essemus, facultate ipsum rursus appetendi excideremus. verbi gratia, si bonum esset expetere potum, potum adipisci non studeremus. postquam enim fruitionem eius habuimus, ipsum appetere desinimus: et in esuritione itidem atque in amore et in aliis. ergo ipsum appetere per se appe-

---

P 172 u) *κακὸν αὐτὴν ἄντικρυς*] ut Cynici, e quibus Antisthenes fuit auctor dicti quod mox affert *insania potius quam voluptate afficiar*, memoratum etiam Gellio 9 5, Laërtio 6 3 et nostro adversus Ethicos, Theodorito lib. 12 Therapeut. atque aliis. eiusdem Antisthenis fuit illud: *ἐχθρῶν παῖδες τρυφήσειαν.* praeter Cynicos voluptatem pro malo habuit vetus Academia et Critolaus Peripateticus apud Gellium loco iam laudato.

x) *στάσεσι*] ita sectas vocat philosophorum invicem inter se dissidentes, ut in libris adversus Mathematicos.

y) *τοὺς παρὰ τῶν ἀντιδοξούντων*] ita mss pro *παρ' αὐτῶν.*

z) *μήτε οὖν κριτηρίου*] semper provocat ad illa quae adversus criteria veritatis et demonstrationem disputavit supra lib. 2 sect. 18 et 134 seq.

a) *ἤτοι τὸ αἱρεῖσθαι αὐτό*] idem argumentum libro adversus Ethicos.

b) *καὶ ἐπὶ τοῦ πεινῆν*] ita legendum e mss et interprete, pro *πίνειν* quod habebant editi.

αἱρεῖσθαι δι᾽ αὑτὸ αἱρετόν ἐστι, εἰ μή γε καὶ ὀχληρόν· καὶ γὰρ ὁ πεινῶν σπεύδει μετασχεῖν τροφῆς, ὅπως ἀπαλλαγῇ τῆς ἐκ τοῦ πεινῆν ὀχλήσεως· καὶ ὁ ἐρῶν ὁμοίως καὶ ὁ διψῶν. ἀλλ᾽ οὐδὲ 184
τὸ αἱρετόν ἐστι τὸ ἀγαθόν· τοῦτο γὰρ ἤτοι ἔξωθέν ἐστιν ἡμῶν ἢ περὶ ἡμᾶς. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἔξωθεν ἡμῶν, ἤτοι ποιεῖ περὶ ἡμᾶς ἀστεῖαν κίνησιν καὶ ἀπόδεκτον κατάστημα καὶ ἀγαστὸν πάθος, ἢ οὐδαμῶς ἡμᾶς διατίθησι. καὶ εἰ μὲν οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀγαστόν, οὔτε ἀγαθὸν ἔσται[c]) οὔτε ἐπάξεται ἡμᾶς πρὸς τὸ αἱρεῖσθαι αὐτὸ οὔτε ὅλως αἱρετὸν ἔσται· εἰ δὲ ἐγγίνεταί τι περὶ ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ἐκτὸς προσηνὲς κατάστημα καὶ ἀσμενιστὸν πάθος, οὐχὶ P 173
δι᾽ αὑτὸ αἱρετὸν ἔσται τὸ ἐκτός, ἀλλὰ διὰ τὴν περὶ ἡμᾶς ἐπ᾽ αὐτῷ γινομένην διάθεσιν· ὥστε οὐ δύναται τὸ δι᾽ αὑτὸ αἱρετὸν ἐκτὸς εἶναι· ἀλλ᾽ οὐδὲ περὶ ἡμᾶς. ἤτοι γὰρ περὶ σῶμα[d]) 185
εἶναι λέγεται μόνον ἢ περὶ ψυχὴν μόνην ἢ περὶ ἀμφότερα. ἀλλ᾽ εἰ μὲν περὶ σῶμα μόνον, ἐκφεύξεται τὴν γνῶσιν ἡμῶν· ψυχῆς γὰρ αἱ γνώσεις εἶναι λέγονται, τὸ δὲ σῶμα ἄλογον εἶναί φασιν ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτό. εἰ δὲ καὶ μέχρι τῆς ψυχῆς διατείνειν λέγοιτο, τῇ τῆς ψυχῆς ἀντιλήψει καὶ τῷ ταύτης ἀγαστῷ πάθει δοκοίη ἂν αἱρετὸν εἶναι· τὸ γὰρ κρινόμενον ὡς αἱρετὸν τῇ διανοίᾳ κρίνεται κατὰ αὐτούς, καὶ οὐκ ἀλόγῳ σώματι. λείπεται λέγειν ὅτι 186
περὶ ψυχὴν μόνην τὸ ἀγαθόν ἐστι. καὶ τοῦτο δέ, ἐξ ὧν οἱ Δογματικοὶ λέγουσιν, ἀδύνατόν ἐστιν· ἡ γὰρ ψυχὴ τάχα μὲν καὶ ἀνύπαρκτός[e]) ἐστιν· εἰ δὲ καὶ ὑπάρχει, ὅσον ἐφ᾽ οἷς λέ-

tenda res non est, atque haud scio an molesta. nam qui esurit studet consequi cibum, ut liberetur esuriendi molestia; et qui amore captus est itidem et qui sitit. 184. iam vero ne id quidem quod expetitur est ipsum bonum; nam hoc aut extra nos est aut est in nobis. sed si quidem extra nos, aut efficit in nobis iucundum quendam motum et talem constitutionem quam lubenter acceptemus, atque adeo *ἀγαστὸν πάθος* seu affectionem gratam ac delectabilem, aut nullo modo nos afficit. et si quidem non est nobis *ἀγαστόν* sive delectabile, ne *ἀγαθόν* quidem sive bonum erit, nec nos incitabit ad se appetendum, nec ullo modo appetendum erit. quodsi ingeneratur in nobis ab extraneo suavis constitutio et passio quaedam huiusmodi quam libenter amplexemur, non propter se appetendum erit quod extraneum est, sed propter affectionem quae ob ipsum in nobis fit. 185. quod igitur per se expetendum est, non potest extraneum esse. sed neque in nobis; aut enim in corpore solum aut in animo solum aut in utroque esse dicitur. verum si quidem in corpore solum, ad cognitionem nostram non perveniet; nam cognitiones animo tribuuntur, at corpus irrationale esse aiunt, quantum in se ipso. quodsi etiam usque ad animum pertingere dicatur, animi perceptioni et affectioni quae ipsi grata sit videbitur appetendum esse. nam quod expetendum iudicatur, mente iudicatur iuxta eos, non autem irrationali corpore. 186. superest ergo ut dicamus bonum esse circa animum solum. sed hoc quoque secundum ea quae Dogmatici dicunt, impossibile est. nam fortasse quidem nec ipse existit animus: quodsi etiam existit, quantum quidem ad ea quae

---

c) *εἰ οὐκ ἀγαστόν, οὔτε ἀγαθὸν ἔσται*] Platoni in Cratylo *ἀγαθόν* dictum videtur *παρὰ τὸ ἄγασθαι*, quod placet etiam nostro adversus Ethicos. confer supra sect. 175.

d) *περὶ σῶμα*] ita mss pro *σώματα* quod erat in editis, et mox *περὶ* P 173
*ἀμφότερα* pro *ἀμφοτέρου*. argumentum idem habes laudato libri adversus Ethicos loco.

e) *τάχα μὲν ἀνύπαρκτος*] vide quae disputata supra lib. 2 sect. 31 seq.,

γουσιν οὐ καταλαμβάνεται, καθὼς ἐπελογισάμην ἐν τῷ περὶ κριτηρίου λόγῳ. πῶς δ' ἂν θαρρείη τις ἐν ἐκείνῳ τι γίνεσθαι λέ-
187 γειν, ὃ μὴ καταλαμβάνει; ἵνα δὲ καὶ ταῦτα παραλίπωμεν, πῶς ἄρα καὶ λέγουσιν ἐν τῇ ψυχῇ τὸ ἀγαθὸν γίνεσθαι; εἰ γοῦν ὁ Ἐπίκουρος ἐν ἡδονῇ τίθεται τὸ τέλος καί φησι τὴν ψυχὴν (ἐπεὶ καὶ πάντα) ἐξ ἀτόμων [f]) συνεστάναι, πῶς ἐν ἀτόμων σωρῷ δυνατὸν ἡδονὴν [g]) γίγνεσθαι καὶ συγκατάθεσιν ἢ κρίσιν, τοῦ τόδε μὲν αἱρετὸν εἶναι καὶ ἀγαθὸν τόδε δὲ φευκτὸν καὶ κακὸν ἀμήχανον εἰπεῖν.

## ΚΕΦ. κδʹ.

### Τί ἐστιν ἡ λεγομένη [h]) τέχνη περὶ βίον.

188 Πάλιν οἱ Στωϊκοὶ [i]) περὶ ψυχὴν ἀγαθά φασιν εἶναι τέχνας

**dicunt, non comprehenditur, quemadmodum ratiocinando collegi, quum de criterio verba facerem. quomodo autem quispiam dicere ausit aliquid in illo fieri quod non comprehendit? 187. ut tamen haec quoque silentio praetereamus, quomodo etiam dicunt in animo bonum esse? nam si Epicurus finem constituit voluptatem et dicit animum (quia et omnia) ex atomis constare, quomodo in atomorum acervo voluptas esse possit et assensus aut vis iudicandi hoc quidem appetendum esse et bonum, illud vero fugiendum esse et malum? id quidem certe nemo dicere queat.**

## CAP. XXIV.

### Quae sit ea quae dicitur ars circa vitam.

**188. Rursum Stoici bona animi dicunt esse artes quasdam, virtutes, ar-**

---

ad quem ipsum locum remittit lectorem noster, quando mox *τὸν περὶ κριτηρίου λόγον* commemorat.

*f*) *τὴν ψυχὴν ἐξ ἀτόμων*] dogma Epicuri animum constare ex *corporibus parvis et laevibus atque rotundis* ut verbis utar Lucretii 3 206, qui multus est in illa opinione explicanda et persuadenda. videndus etiam Gassendus in Physiologia Gargettii illius philosophi t. 1 p. 260 seq. ad haec Epicuri apud Laërtium 10 63: *ἡ ψυχὴ σῶμά ἐστι λεπτομερὲς παρ' ὅλον τὸ ἄθροισμα παρεσπαρμένον.*

*g*) *πῶς ἐν ἀτόμων σωρῷ δυνατὸν ἡδονήν*] argumentum hoc validum adversus Epicuri sententiam qui animum ex atomis constare docuit. quis enim potest intelligere quomodo atomorum acervus, quae singulae sensu destitutae sunt, possit voluptate tangi vel dolore, nedum assentiri vel refragari, aut de rebus ferre iudicium et hanc eligere alteram vero repudiare. itaque et Galenus libro de constitutione artis medicae t. 1 edit. Basil. p. 37 et lib. 1 de elementis p. 49 negat in corpusculis inalterabilibus (qualia atomos supposuit Epicurus) esse posse *μήτε ἡδονὴν μήτε πόνον, ἀλλὰ μηδ' αἴσθησιν ὅλως, οὐδὲ μνήμην δήπουθεν οὐδὲ ἀνάμνησιν οὐδὲ φαντασίαν.* longe minus potest intelligi quomodo tanta atomorum congeries nullo alio nisi contactus si forte unita nexu, possit affici eodem voluptatis dolorisve sensu unicoque ac communi, velle ac sentire unum, iudicare ac persuaderi.

*h*) *τί ἐστιν ἡ λεγομένη*] titulus hic et divisio capitis parum apte hoc loco inseritur; nam institutum Sexti est ostendere quod nec animus hominis bono afficiatur, quae est altera pars argumenti quod in praecedentibus sectionibus 185 seq. tractavit, unde conclusio sequitur sect. 190.

*i*) *πάλιν οἱ Στωϊκοί*] articulum *οἱ* e mss revocavi. ad ipsum autem Stoicorum dogma pertinet quod virtutem docuere esse *διδακτήν*, ut est apud Laërtium 7 91 et prudentiam fortitudinem iustitiam magnanimitatem scientias definierunt, id. 92 seq.

*τινὰς τὰς ἀρετάς· τέχνην δὲ εἶναί φασι[k]) σύστημα ἐκ καταλή-*
*ψεων συγγεγυμνασμένων, τὰς δὲ καταλήψεις γίγνεσθαι περὶ τὸ* P 174
*ἡγεμονικόν. πῶς οὖν ἐν τῷ ἡγεμονικῷ, πνεύματι κατ᾽ αὐτοὺς[l]) ὑπάρχοντι, ἐναπόθεσις γίνεται καταλήψεων καὶ ἀθροισμὸς τοσούτων ὡς γενέσθαι τέχνην, οὐχ οἷόν τε ἐννοῆσαι, τῆς ἐπιγινομένης[m]) τυπώσεως ἀεὶ τὴν πρὸ αὐτῆς ἀπαλειφούσης, ἐπεὶ χυτόν τέ ἐστι τὸ πνεῦμα[n]) καὶ ἐξ ὅλου κινεῖσθαι λέγεται καθ᾽ ἑκάστην*
*τύπωσιν· τὸ γὰρ τὴν Πλάτωνος ἀνειδωλοποίησιν[o]) λέγειν ἐπι-* 189
*δεικτικὴν εἶναι δύνασθαι τοῦ ἀγαθοῦ, φημὶ δὲ τὴν κρᾶσιν τῆς ἀμερίστου καὶ μεριστῆς οὐσίας καὶ τῆς θατέρου φύσεως καὶ ταυτοῦ, ἢ τοὺς ἀριθμούς[p]), τέλεον ληρῶδές ἐστιν. ὅθεν οὐδὲ*

**tem autem esse dicunt, quae constat ex comprehensionibus coexercitatis; comprehensiones vero fieri in principatu mentis. quomodo igitur in mentis principatu, quae quidem secundum ipsos spiraculum est, recondantur comprehensiones et coacerventur tot ut fiat ars, intellectu percipi non potest, quum posterior deformatio priorem deleat, quia et spiraculum fusum fluxumque est et ex toto moveri dicitur secundum quamque deformationem. 189. nam dicere Platonis vim imagines faciendi esse posse boni demonstrativam, illud videlicet indivisibilis et divisibilis substantiae et naturae alterius atque eiusdem temperamentum, aut numeros, merae nugae sunt. unde nec in animo**

---

k) *τέχνην — φασι*] eadem artis definitio exstat infra sect. 241 et 251
et libro adversus Rhetoras sect. 10. vide etiam sis librum adversus Ethi- P 174
cos. in scholiis ineditis ad Dionysium Thracem haec definitio Stoicis tribuitur: *σύστημα ἐκ καταλήψεων ἐμπειρίᾳ συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ.* Zenoni ars est *ἕξις ὁδοποιητική* sive *δι᾽ ὁδοῦ καὶ μεθόδου ποιοῦσά τι.* Epicureis: *μέθοδος ἐνεργοῦσα τὸ εὖ καὶ τὸ συμφέρον.* Aristoteli: *ἕξις ὁδοῦ τοῦ συμφέροντος ποιητική. ἕξις δέ ἐστι πρᾶγμα μόνιμον καὶ δυσκατάληπτον.* [cf. Luc. Parasit. 4 init.]

l) *ἐν τῷ ἡγεμονικῷ, πνεύματι κατ᾽ αὐτούς*] Tertullianus libro de anima cap. 5 *sed etiam Stoicos allego, qui spiritum praedicantes animam, paene nobiscum, qua proxima inter se flatus et spiritus, tamen corpus animam facile persuadebunt.* confer Lipsium physiologiae Stoicae lib. 3 diss. 9, nostrum supra lib. 2 sect. 70.

m) *τῆς ἐπιγινομένης*] ita mss pro *ἐπιγιγνομένης.* de eo autem quod ideae in mente existentes a novarum supervenientium *τυπώσει* sive impressione debeant expungi, dictum eodem loco lib. 2 sect. 70 et lib. 1 adversus Logicos.

n) *χυτόν τέ ἐστι τὸ πνεῦμα*] ita omnino legendum e ms Vratislav. pro *τυχόν* quod in editis erat et interpres quoque HStephanus in suo codice repperit.

o) *τὴν Πλάτωνος ἀνειδωλοποίησιν*] nota est ex Platonis Sophista facultas in mente *εἰδωλοποιητική*, cuius duo genera facit *εἰκαστικήν* et *φανταστικήν. ἀμέριστος οὐσία* et *ταυτό* unum idemque Platoni denotat, nimirum *τὸ ὄν*, quod vere est essentiamque habet stabilem ac perennem, cui opponitur *θάτερον* et *οὐσία μεριστή*, fluxa et mutabilis materies. ex utraque autem constare animam existimavit Plato, quatenus ad intelligibilia illa se attollit et ad externa sensibusque obnoxia porrigitur. *εἰδωλοποίησιν* habes supra 2 222.

p) *ἢ τοὺς ἀριθμούς*] doctrina haec Pythagorae, cui virtutes et artes et anima ipsa numerus erant. Aristoteles Metaphys. 1 c. 5 causam reddit cur pro numeris haec Pythagorici venditaverint, quod nimirum mathematicis disciplinis innutriti similitudinem quandam in numeris rerum ut sunt atque generantur observarint expressiorem quam in elementis: *ἐν δὲ τοῖς ἀριθμοῖς ἐδόκουν θεωρεῖν ὁμοιώματα πολλὰ τοῖς οὖσι καὶ γιγνομένοις μᾶλλον ἢ ἐν πυρὶ καὶ γῇ καὶ ὕδατι. ὅτι τὸ μὲν τοιονδὶ τῶν*

190 περὶ ψυχὴν εἶναι δύναται τὸ ἀγαθόν. εἰ δὲ μήτε τὸ αἱρεῖσθαι
αὐτὸ ἀγαθόν ἐστι μήτε ἐκτὸς ὑπόκειται τὸ δι᾽ αὐτὸ αἱρετὸν
μήτε περὶ σῶμά ἐστι μήτε περὶ ψυχήν, ὡς ἐπελογισάμην, οὐδὲ
ὅλως ἐστί τι φύσει ἀγαθόν. διὰ δὲ τὰ προειρημένα οὐδὲ κακόν
τί ἐστι φύσει· τὰ γὰρ ἑτέροις δοκοῦντα εἶναι κακὰ ταῦτα ἕτεροι
διώκουσιν ὡς ἀγαθά, οἷον ἀσέλγειαν ἀδικίαν φιλαργυρίαν ἀκρα-
σίαν τὰ ἐοικότα. ὅθεν εἰ τὰ μὲν φύσει πάντας ὁμοίως πέφυκε
κινεῖν, τὰ δὲ λεγόμενα εἶναι κακὰ οὐ πάντας ὁμοίως κινεῖ, οὐ-
191 δέν ἐστι φύσει κακόν. ὁμοίως δὲ οὐδ᾽ ἀδιάφορόν ἐστι [q]) τῇ φύ-
σει διὰ τὴν περὶ τῶν ἀδιαφόρων διαφωνίαν. οἷον γοῦν οἱ μὲν
Στωϊκοὶ τῶν ἀδιαφόρων φασὶ τὰ μὲν προηγμένα [r]) εἶναι, τὰ δὲ
ἀποπροηγμένα, τὰ δὲ οὔτε προηγμένα οὔτε ἀποπροηγμένα·
προηγμένα μὲν τὰ ἱκανὴν ἀξίαν ἔχοντα ὡς ὑγίειαν πλοῦτον,
P 175 ἀποπροηγμένα δὲ τὰ μὴ ἱκανὴν ἔχοντα ἀξίαν, ὡς πενίαν νόσον,
μήτε δὲ προηγμένα μήτε ἀποπροηγμένα, ὡς τὸ ἐκτεῖναι ἢ συγκάμ-
192 ψαι τὸν δάκτυλον. τινὲς δὲ οὐδὲν τῶν ἀδιαφόρων φύσει προ-
ηγμένον ἢ ἀποπροηγμένον εἶναι λέγουσιν· ἕκαστον γὰρ τῶν ἀδια-
φόρων παρὰ τὰς διαφόρους περιστάσεις ὁτὲ μὲν προηγμένον
φαίνεσθαι, ὁτὲ δὲ ἀποπροηγμένον. εἰ γοῦν, φασί, οἱ μὲν πλού-
σιοι ἐπιβουλεύοιντο ὑπὸ τυράννου οἱ δὲ πένητες εἰρηνεύοιντο,

bonum esse potest. 190. quodsi neque expetere ipsum bonum est, nec extrinsecus subiectum est quod per se appetendum sit, nec in corpore sit nec in animo, ut ratiocinando collegi, nihil quicquam natura bonum et propter supra dicta, ne malum quidem est natura quicquam: nam quae aliis videntur esse mala his dediti sunt alii tamquam bonis, ut petulantiae iniustitiae avaritiae intemperantiae aliisque huiusmodi. unde si iis quidem quae natura bona sunt hoc innatum est, ut omnes eodem modo moveant, at quae dicuntur mala esse non movent uno omnes modo, nihil est natura malum. 191. iam vero ne indifferens quidem natura est quicquam propter eam quae de differentibus est controversiam: nam, ut exemplo utar, Stoici quidem ex indifferentibus alia aiunt producta esse alia reiecta, quaedam etiam neque producta neque reiecta, et producta quidem ea esse, quae sufficientem habent dignitatem, ut sanitatem divitias, reiecta autem, quae non habent sufficientem dignitatem, ut paupertatem morbum, neque producta neque reiecta, quale est extendere aut contrahere digitum. 192. aliqui vero nihil ex indifferentibus productum sive praelatum vel reiectum esse aiunt; unumquodque enim indifferentium pro variis circumstantiis interdum productum videri interdum reiectum. nam si, ut inquiunt, divitibus quidem tyrannus insidietur,

---

ἀριθμῶν πάθος δικαιοσύνη, τὸ δὲ τοιονδὶ ψυχὴ καὶ νοῦς. ἕτερον δὲ καιρός, καὶ τῶν ἄλλων ὡς εἰπεῖν ἕκαστον ὁμοίως. haec Pythagoricorum doctrina plenius exposita exstat in Theologumenis Arithmeticae, quam cum versione mea et notis in lucem edere animus est, si vitam ac vires largitum fuerit benignissimum numen: iuvabit etiam evolvere Denarium Pythagoricum Ioannis Meursii, quem tomo nono thesauri Antiquitatum Graecarum recudendum dedit v. cl. Iacobus Gronovius, Samuelis item Tennulii notas ad Iamblichum in Nicomachi Geraseni Arithmeticen p. 103.

q) *οὐδ᾽ ἀδιάφορόν ἐστι*] ita legendum e mss et mox *ἀδιαφόρων* pro *διάφορον* et *διαφόρων* quod perperam in editis sese offerebat.

r) *τὰ μὲν προηγμένα*] *commoda vocentur*, inquit Seneca epist. 74 et *ut nostra lingua loquar*, *producta.* de hac *ἀδιαφόρων* Stoica distinctione conferendi Cicero 3 15 seq. et 4 9 et 16 de finibus, Gellius 12 5, Laërtius 7 105, Stobaeus Eclog. Ethic. p. 173 seq. noster libro adversus Ethicos Suidas in *ἀδιαφορία.* e recentioribus Lipsius manuduct. lib. 2 diss. 23.

πᾶς ἂν ἕλοιτο εἶναι πένης μᾶλλον ἢ πλούσιος, ὡς ἀποπροηγμέ-
νων γίνεσθαι τὸν πλοῦτον. ὥστε ἐπεὶ ἕκαστον τῶν λεγομένων 193
ἀδιαφόρων οἱ μὲν ἀγαθὸν εἶναί φασιν οἱ δὲ κακόν, ἅπαντες δ'
ἂν ὁμοίως ἀδιάφορον αὐτὸ ἐνόμιζον εἶναι, εἴ γε ἀδιάφορον ἦν
φύσει· οὐδέν ἐστι φύσει ἀδιάφορον· οὕτως καὶ εἴ τις φύσει αἱ-
ρετὴν εἶναι λέγοι τὴν ἀνδρείαν διὰ τὸ τοὺς λέοντας φυσικῶς
τολμᾶν ἐπὶ τὸ ἀνδρίζεσθαι δοκεῖν καὶ ταύρους, εἰ τύχοι, καὶ
ἀνθρώπους τινὰς καὶ ἀλεκτρυόνας[s]), λέγομεν ὅτι ὅσον ἐπὶ τούτῳ
καὶ ἡ δειλία τῶν φύσει αἱρετῶν ἐστιν, ἐπεὶ ἔλαφοι καὶ λαγωοὶ
καὶ ἄλλα πλείονα ζῷα φυσικῶς ἐπὶ αὐτὴν ὁρμᾷ, καὶ οἱ πλεῖστοι
δὲ τῶν ἀνθρώπων δειλοὶ θεωροῦνται· σπανίως μὲν γάρ τις ὑπὲρ
πατρίδος ἑαυτὸν ἐπέδωκεν εἰς θάνατον βλακευσάμενος, ἢ ἄλλως
θερμόν τι τυφωθεὶς ἔδοξέ τις διαπράττεσθαι· ὁ δὲ πλεῖστος
ὅμιλος τῶν ἀνθρώπων πάντα τὰ τοιαῦτα ἐκκλίνει. ὅθεν καὶ οἱ 194
Ἐπικούρειοι δεικνύναι νομίζουσι φύσει αἱρετὴν εἶναι τὴν ἡδονήν·
τὰ γὰρ ζῷά φασιν ἅμα τῷ γενέσθαι ἀδιάστροφα ὄντα[t]) ὁρμᾶν
μὲν ἐπὶ τὴν ἡδονήν, ἐκκλίνειν δὲ ἀλγηδόνας· καὶ πρὸς τούτους[u]) 195
δέ ἐστι λέγειν ὅτι τὸ ποιητικὸν κακοῦ οὐκ ἂν εἴη φύσει ἀγαθόν.

pauperes autem tranquille et in pace degant, nemo non pauper esse malit quam dives, adeo ut tum divitiae censeantur in numero reiectorum. 193. itaque cum unumquodque eorum quae dicuntur indifferentia alii bonum esse dicant alii malum, at omnes pariter indifferens ipsum esse existimarent, si indifferens natura esset, nihil est natura indifferens. sic etiam si quis natura appetendam esse dicat fortitudinem, quod leones natura ad fortitudinis studium tendant et tauri etiam nec non aliqui homines atque adeo ipsi galli gallinacei, dicimus fore quantum ad hoc attinet ut timiditas quoque inter ea quae natura sunt expetenda censeatur, quia cervi et lepores et alia complura animalia naturali impulsu ad ipsam feruntur. imo et bona pars hominum timida esse comperitur; raro enim usu venit ut quis pro patria se ipsum morti exponat, utpote quadam animi mollitie retentus, aut ut quis quadam animi elatione ductus audax aliquod facinus aggrediatur. quin potius hominum bona pars haec omnia vitat. 194. unde et Epicurei se ostendere putant natura appetendam esse voluptatem; animalia enim simulatque nata sunt, quum adhuc depravata non sint, contendere recta ad voluptatem fugere autem dolores aiunt. 195. sed enim his quoque responderi queat, quod mali est effectivum nequaquam esse posse natura bonum; at voluptatem malorum effe-

---

s) καὶ ἀλεκτρυόνας] vide Ulyssem Aldrovandum libro 14 Ornithologiae P 175
p. 113 et Petrum Francium in disertissima de laude galli gallinacei oratione. Eutecnius in paraphrasi Oppiani ἰξευτικῶν p. 28 ὑπὲρ πάντα τὰ πτηνὰ τοὺς ἀλεκτρυόνας πολλαῖς ἴσμεν χαίροντας μάχαις.

t) ἀδιάστροφα ὄντα] Cicero vertit *non depravata*, cuius locum adscribam ex 1 de finibus cap. 9 *Epicurus summum bonum voluptatem esse vult summumque malum dolorem, idque instituit docere sic: omne animal simulatque natum sit voluptatem appetere eaque gaudere ut summo bono, dolorem adspernari ut summum malum et quantum possit a se repellere, idque facere nondum depravatum* (institutione vel assuetudine) *ipsa natura incorrupte atque integre iudicante.* idem lib. 3 Tusculan. c. 1 *nunc parvulos nobis natura dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque depravati sic restinguimus, ut nusquam naturae lumen appareat.*

u) πρὸς τούτους] ita rectius mss quam in editis erat πρὸς τούτοις. habet enim hoc adiiciendi ut infra sect. 198, illud vero quod praesenti loco sensus requirit, obiiciendi significationem.

ἡ δέ γε ἡδονὴ κακῶν ἐστι ποιητική· πάσῃ γὰρ ἡδονῇ παρα-
πέπηγεν ἀλγηδών [x]), ἥ ἐστι κατ᾽ αὐτοὺς φύσει κακόν. οἷον γοῦν
P 176 ἥδεται ὁ μέθυσος ἐμφορούμενος οἴνου, καὶ ὁ γαστρίμαργος τρο-
φῆς καὶ ὁ λάγνος ἀφροδισίοις ἀμέτροις χρώμενος· ἀλλὰ ταῦτα
καὶ πενίας καὶ νόσων ἐστὶ ποιητικά, ἅπερ ἀλγεινά ἐστι καὶ κακά,
196 ὥς φασι· οὐκ ἄρα φύσει ἀγαθόν ἐστιν ἡ ἡδονή. παραπλησίως
δὲ καὶ τὸ ποιητικὸν ἀγαθῶν οὐκ ἔστι φύσει κακόν. ἡδονὰς δὲ
ἀποτελοῦσιν ἀλγηδόνες· καὶ γὰρ ἐπιστήμας ἀναλαμβάνομεν
πονοῦντες καὶ πλούτου καὶ ἐρωμένης οὕτως ἐγκρατὴς γίνεταί τις·
καὶ ὑγίειαν περιποιοῦσιν αἱ ἀλγηδόνες. οὐκ ἄρα ὁ πόνος φύσει
κακόν· καὶ γὰρ εἰ φύσει ἀγαθὸν μὲν ἦν ἡ ἡδονὴ φαῦλον δὲ ὁ
πόνος, πάντες ἂν ὁμοίως διέκειντο περὶ αὐτῶν, ὡς ἐλέγομεν,
ὁρῶμεν δὲ πολλοὺς τῶν φιλοσόφων τὸν μὲν πόνον καὶ τὴν καρ-
197 τερίαν αἱρουμένους, τῆς ἡδονῆς δὲ καταφρονοῦντας. ὁμοίως δ᾽
ἂν περιτρέποιντο καὶ οἱ τὸν ἐνάρετον βίον φύσει ἀγαθὸν εἶναι
λέγοντες ἐκ τοῦ τινὰς τῶν σοφῶν [y]) τὸν μεθ᾽ ἡδονῆς αἱρεῖσθαι
βίον, ὡς ἐκ τῆς παρ᾽ αὐτοῖς ἐκείνοις διαφωνίας τὸ φύσει τι
198 τοῖον ἢ τοῖον εἶναι διατρέπεσθαι. οὐκ ἄτοπον δ᾽ ἂν ἴσως εἴη

**ctricem esse: omni enim voluptati dolorem affixum esse, qui est secundum eos natura res mala. exempli gratia voluptatem sentit ebriosus dum vino se ingurgitat, et gulosus dum cibo, et libidinosus dum omnem in libidine modum excedit. verum haec et paupertatem et morbos efficiunt: quae dolorifica sunt et mala, ut censent. non ergo natura bonum est voluptas. 196. itidem vero et quod bonorum effectivum est, natura malum non fuerit. at doloribus efficiuntur voluptates; etenim scientias percipimus laborantes et per laborem itidem quis divitiis et amica sua potitur. ipsa quoque valetudo acquiritur per dolores. non ergo natura malum est labor. nam si natura quidem bonum esset voluptas, malum autem labor, omnes eodem pacto circa ipsa affecti essent, ut dicebamus. atqui videmus multos philosophos laborem quidem et patientiam amplectentes, voluptatem autem aspernantes. 197. eodem autem pacto everti possint et qui cum virtute coniunctam vitam natura rem bonam esse dicunt, eo quod philosophi nonnulli vitam voluptariam amplexati sint: adeo ut ex ea ipsa quae inter illos est controversia, tale vel tale natura esse aliquid, refutetur. 198. iam vero non ab re fuerit fortasse pau-**

---

x) *πάσῃ γὰρ ἡδονῇ παραπέπηγεν ἀλγηδών*] Plutarchus libro de animi tranquillitate p. 474 ait voluptates et dolores ita esse in vita coniuncta ut in musica acutos gravesque sonos, et in Grammatica vocales literas atque consonantes, *οὕτω καὶ τῶν πραγμάτων ἀντιστοιχείας ἐχόντων, ἐπεὶ κατὰ τὸν Εὐριπίδην, οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά.* Philo lib. de ebrietate Noae sub init. *ὥσπερ γὰρ ἡδονὴν καὶ ἀλγηδόνα φύσει μαχόμενα, ὡς ὁ παλαιὸς λόγος, εἰς μίαν κορυφὴν συνάψας ὁ θεός, ἑκατέρας αἴσθησιν οὐκ ἐν ταυτῷ, διαλλάττουσι δὲ χρόνοις ἀνειργάσατο, κατὰ τὴν φυγὴν τῆς ἑτέρας κάθοδον τῇ ἐναντίᾳ ψηφισάμενος.* neque vero solum coniuncta haec duo, sed ita etiam connexa sunt ut ex voluptate dolor ex dolore voluptas insequatur. pulchre autem Sextus utitur verbo *παραπέπηγεν*, quoniam voluptas dolorque comparantur cum clavis quibus animam corpori deus affixerit. Plutarchus 8 2 Symposiac. *ἡδονῆς καὶ ἀλγηδόνος ἧλος ὃς πρὸς τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν προσηλοῖ.* Synesius Dione p. 45 *ὁ θεὸς ἡδονὴν περόνην ἐποίησε τῇ ψυχῇ, δι᾽ ἧς ἀνέχεται τὴν προσεδρείαν τοῦ σώματος.*

P 176 y) *τινὰς τῶν σοφῶν*] ut Aristippus et alii, quaedam ut ait Cicero pecudes philosophorum. confer Athenaeum 12 p. 544 seq.

πρὸς τούτοις καὶ εἰδικώτερον ἐπιστῆσαι διὰ βραχέων ταῖς ὑπο-
λήψεσι ταῖς περὶ αἰσχρῶν καὶ οὐκ αἰσχρῶν, ἀθέσμων τε καὶ οὐ
τοιούτων, καὶ νόμων καὶ ἐθῶν, καὶ τῆς εἰς θεοὺς εὐσεβείας καὶ
τῆς περὶ τοὺς κατοιχομένους ὁσιότητος καὶ τῶν ἐοικότων· καὶ
γὰρ οὕτω περὶ τῶν πρακτέων ἢ μὴ πολλὴν εὑρήσομεν ἀνωμα-
λίαν. οἷον γοῦν παρ' ἡμῖν[z]) μὲν αἰσχρόν, μᾶλλον δὲ καὶ 199
παράνομεν νενόμισται τὸ τῆς ἀρρενομιξίας, παρὰ Γερμανοῖς[a])
δέ, ὥς φασιν, οὐκ αἰσχρόν, ἀλλ' ὡς ἕν τι τῶν συνήθων. λέ-
γεται καὶ παρὰ Θηβαίοις[b]) τὸ παλαιὸν οὐκ αἰσχρὸν τοῦτο εἶναι
δόξαι, καὶ τὸν Μηριόνην[c]) τὸν Κρῆτα οὕτω κεκλῆσθαί φασιν
δι' ἔμφασιν τοῦ Κρητῶν ἔθους. καὶ τὴν Ἀχιλλέως πρὸς Πά- 200
τροκλον[d]) διάπυρον φιλίαν εἰς τοῦτο ἀνάγουσί τινες. καὶ τί
θαυμαστόν, ὅπου γε καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Κυνικῆς[e]) φιλοσοφίας καὶ P 177

eis considerandas proponere magis etiam particulares opiniones de turpibus et non turpibus, de rebus illicitis et licitis, de legibus et consuetudinibus et de pietate erga deos et de sanctitate erga mortuos et similibus. hoc enim modo de rebus faciendis aut non faciendis magnam comperiemus discrepantiam. 199. exempli gratia apud nos quidem turpe, imo vero etiam nefarium habetur, mascula Venere uti, apud Germanos autem, ut fertur, turpe non est, sed unum ex iis quae usu recepta sunt. quin etiam apud Thebanos olim hoc turpe habitum non fuisse dicitur, et Merionem Cretensem ita vocatum aiunt ad expressam consuetudinis Cretensium significationem. 200. illum quoque Achillis erga Patroclum ardentem amorem ad hoc referunt nonnulli. quod cur mirum ulli videatur? quum etiam Cynici philosophi et Ze-

---

z) *παρ' ἡμῖν*] Romanis legibus. supra lib. 1 sect. 152.

a) *παρὰ Γερμανοῖς*] verba *ὥς φασι* in ms Savil. desiderantur. nolim autem haec de Germanis nostris intelligere, quorum castitas et pudicitia prae ipsis Romanis laudata Tacito aliisque. *Καρμανοὺς* itaque notasse Sextum duxerim, populum Persis confinem, unde Persis probatas *ἀρρενομιξίας* scripsit noster supra loco modo laudato libri primi, quod a Persarum tamen moribus alienum fuisse Curtii et Ammiani testimoniis ibi demonstravi. de Germanis tamen, sed nullo alterius scriptoris testimonio adducto Sexti locum intellexit Mottanus Vayerus in dialogis sub Horatii Tuberonis nomine editis p. 151.

b) *παρὰ Θηβαίοις*] hos cum Elaeis ex nomine arguit Xenophon in Convivio non longe a fine, unde de Thebis Boeotiae non Aegypti constat hoc esse intelligendum. male audiunt ea caussa Thebani etiam apud Polyaenum et alios scriptores, quos afferre supersedeo. videtur hoc esse *Thebanum aenigma* apud Martialem lib. 1 epigramm. 91.

c) *τὸν Μηριόνην*] de hoc Merione rege Cretensi, qui Graecis adversus Troianos opem tulit, videndus Io. Meursius in Creta lib. 3 cap. 4 p. 140 seq. idem c. 13 p. 186 Sexti nostri testimonio addit alia Aristotelis Athenaei Servii et Hesychii, quibus *Κρὴς τρόπος παιδικοῖς χρῆσθαι* perstringitur. nihilominus negat turpibus ac sceleratis amoribus deditos fuisse Cretenses Maximo Tyrio teste laudato diss. 10, qui honeste et caste annatos iuvenes scribit: *Κρητικῷ μειρακίῳ αἰσχρὸν ἐραστὴν μὴ εἶναι* (*amatorem illi non esse. ἐραστοῦ μὴ τυχεῖν*, non ut latine ibi versum legitur: *non amare*:) *Κρητικῷ νεανίσκῳ αἰσχρόν, προσάψασθαι παιδικῶν. ὦ νόμου κεκραμένου καλῶς σωφροσύνῃ καὶ ἔρωτι.* Merionem *ἀπὸ τοῦ διαμηρίσαι* dictum putat Menagius ad Laërtii 9 172.

d) *Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον*] videndus Plato in Symposio et Politianus cap. 45 Miscellan. inter testatissima apud veteres magnae amicitiae exempla Achilles et Patroclus, vide Caroli Drelincurtii Achillem Homericum p. 13.

e) *οἱ ἀπὸ τῆς Κυνικῆς*] propter huiusmodi dogmata Cynicorum natio- P 177

οἱ περὶ τὸν Κιττιέα Ζήνωνα[f]) καὶ Κλεάνθην καὶ Χρύσιππον ἀδιάφορον τοῦτο εἶναί φασι; καὶ τὸ δημοσίᾳ[g]) γυναικὶ μίγνυσθαι, καίτοι παρ᾽ ἡμῖν αἰσχρὸν εἶναι δοκοῦν, παρά τισι τῶν Ἰνδῶν οὐκ αἰσχρὸν εἶναι νομίζεται. μίγνυνται οὖν ἀδιαφόρως δημοσίᾳ, καθάπερ καὶ περὶ τοῦ φιλοσόφου Κράτητος ἀκηκόαμεν.
201 ἀλλὰ καὶ τὸ τὰς γυναῖκας ἑταιρεῖν παρ᾽ ἡμῖν μὲν αἰσχρόν ἐστι καὶ ἐπονείδιστον, παρὰ δὲ πολλοῖς τῶν Αἰγυπτίων[h]) εὐκλεές. φασὶ γοῦν ὅτι αἱ πλείστοις συνιοῦσαι καὶ κόσμον ἔχουσι περισφύριον[i]), σύνθημα τοῦ παρ᾽ αὐταῖς σεμνολογήματος. παρ᾽ ἐνίοις δὲ αὐτῶν αἱ κόραι πρὸ τῶν γάμων τὴν προῖκα ἐξ ἑταιρήσεως συνάγουσαι γαμοῦνται. καὶ τοὺς Στωϊκοὺς δὲ ὁρῶμεν οὐκ ἄτοπον εἶναι λέγοντας τὸ ἑταίρᾳ συνοικεῖν ἢ τὸ ἐξ ἑταίρας
202 ἐργασίας διαζῆν[k]). ἀλλὰ καὶ τὸ ἐστίχθαι[l]) παρ᾽ ἡμῖν μὲν αἰ-

**non Cittieus et Cleanthes et Chrysippus indifferens hoc esse dicant? insuper vero et publice cum uxore congredi quamvis apud nos turpe esse videatur, apud quosdam ex Indis non videtur esse turpe; congrediuntur enim indifferenter publice, quemadmodum etiam de Cratete philosopho accepimus. 201. praeterea et mulieres corpus prostituere apud nos quidem turpe est et probrosum, at vero apud multos ex Aegyptiis honoratum; aiunt enim eas quae cum plurimis congrediuntur, ornamentum etiam gestare in malleolis pedum, fasciam suae gloriationis indicium. quin etiam apud quosdam ex illis puellae ante nuptias dotem ex arte meretricia colligunt, deinde nubunt. Stoicos etiam audimus dicentes a ratione non abhorrere cum meretrice congredi, aut quaestu a meretrice facto aliquem sustentare vitam. 202. insuper**

---

nem utpote inimicam verecundiae totam eiiciendam esse Cicero aiebat 1 de Offic.

*f*) τὸν Κιττιέα Ζήνωνα] confer infra sect. 205, 245 et libr. contra Ethicos. Ioannes Chrysostomus lib. de s. Babyla t. 1 p. 662 ποῖον δὲ ὄφελος μίγνυσθαι μητράσιν καὶ ἀδελφαῖς, ὅπερ ὁ τῆς στοᾶς προεστὼς φιλόσοφος ἐνομοθέτει.

*g*) τὸ δημοσίᾳ] de Indis hoc idem tradiderat noster lib. 1 sect. 148, de Cratete lib. 1 sect. 153. vide etiam Petri Baelii dictionarium historico-criticum Gallice editum ubi de *Hipparchia* Cratetis uxore et de *Mosynis*.

*h*) παρὰ πολλοῖς τῶν Αἰγυπτίων] simili turpitudine Cyprias virgines ante nuptias dotalem pecuniam quaerere solitas narrat Iustinus 18 5, ad cuius verba geminum Armeniarum Punicarumque sive Phoeniciarum morem annotatum habes a Berneggero. de Lydis praeter Herodotum lib. 1 c. 93 idem tradit Aelianus 4 1 Var. Hist.

*i*) περισφύριον] quemadmodum in manibus et brachiis gestabant περικάρπια et περιβραχιόνια, sic in pedibus περισφύρια quorum apud Herodotum mentio, et quae Athenaeo ψέλλια περὶ τοὺς πόδας appellantur. apud Pollucem περισφυρίοις iunguntur περιπεζίδες, περιπέζια. iconem mulieris Aegyptiae cum περισφυρίοις vide si placet in Tho. Bartholini libro de armillis veterum p. 40.

*k*) ἐξ ἑταίρας ἐργασίας διαζῆν] mirum est hoc non referri a Plutarcho in libro de repugnantiis Stoicorum p. 1047 seq. ubi notat quae Chrysippus, ille opum alibi contemtor, alibi scripserit a sapiente fas esse peragi ἕνεκα χρηματισμοῦ.

*l*) ἐστίχθαι] stigmatibus pungi vel inuri solitos servos, fugitivos aut sceleris reos, a Romanis Graecisque notum ex iis quae collegere Lipsius 2 15 Electorum, et Io. Rhodius ad Scribonium Largum p. 308 seq. caeterum non modo apud Sarmatas et Aegyptios quorum hoc loco Sextus meminit, sed et apud alias gentes id honestum habitum Assyrios Thraces Iapodas et Illyrios, observat idem Rhodius p. 312. de Aethiopibus supra lib. 1 sect. 148.

σχρὸν καὶ ἄτιμον εἶναι δοκεῖ, πολλοὶ δὲ Αἰγυπτίων καὶ Σαρματῶν στίζουσι τὰ γεννώμενα. τό τε ἐλλόβια ἔχειν[m]) τοὺς ἄρ- 203 ρενας παρ' ἡμῖν μὲν αἰσχρόν ἐστι, παρ' ἐνίοις δὲ τῶν βαρβάρων, ὥσπερ καὶ Σύροις εὐγενείας ἐστὶ σύνθημα· τινὲς δὲ ἐπιτείνοντες τὸ σύνθημα τῆς εὐγενείας καὶ τὰς ῥῖνας[n]) τῶν παίδων τιτρώσκοντες κρίκους ἀπ' αὐτῶν ἀργυρέους ἢ χρυσοῦς ἀπαρτῶσιν, ὃ παρ' ἡμῖν οὐκ ἂν ποιήσειέ τις· ὥσπερ οὔτε ἀνθο- 204 βαφῆ καὶ ποδήρη τις ἄρρην ἐνταῦθα *) ἀμφιέσαιτο ἐσθῆτα· καίτοι παρὰ Πέρσαις[o]) εὐπρεπεστάτου τοῦ παρ' ἡμῖν αἰσχροῦ τούτου δοκοῦντος εἶναι. καὶ παρὰ Διονυσίῳ[p]) τῷ τῆς Σικελίας τυράννῳ, τοιαύτης ἐσθῆτος Πλάτωνι καὶ Ἀριστίππῳ τοῖς φιλο- P 178 σόφοις προσενεχθείσης, ὁ μὲν Πλάτων ἀπεπέμψατο εἰπὼν

οὐκ ἂν δυναίμην[q]) θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν
ἄρρην πεφυκώς. – –

ὁ δὲ Ἀρίστιππος προσήκατο[r]) φήσας

– – καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν[s])
οὖσ' ἥγε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

vero compunctum notis esse apud nos turpe et infame esse videtur, at multi Aegyptii et Sarmatae suos foetus compungunt. 203. itidem et inaures gestari a viris apud nos quidem turpe habetur, apud nonnullos autem ex barbaris, ut apud Syros, nobilitatis est indicium, usque adeo ut etiam nonnulli, augentes hoc nobilitatis indicium, nares puerorum perforent et ex illis annulos argenteos aut aureos appendant, quod apud nos haudquaquam ullus fecerit. 204. sicuti nec lumine colorum tinctam et talarem vir ullus hic vestem induerit, quum tamen alioqui hoc apud Persas maxime decorum sit, quod apud nos turpe esse videtur. ac profecto apud Dionysium Siciliae tyrannum, quum huiusmodi vestis Platoni et Aristippo oblata fuisset, Plato quidem repudiavit dicens:

gestare amictum muliebrem numquam queam,
quum mas creatus fuerim.

at vero Aristippus accepit dicens:

– – nulla Bacchanalia
contaminare mulierem castam queant.

---

m) *ἐλλόβια ἔχειν*] addendus hic Sexti locus iis quae de inaurium usu viris in Oriente maxime frequentato congessit Caspar Bartholinus libro de inauribus veterum capite 6.

n) *τὰς ῥῖνας*] de annulis narium, qualibus et hodie adhuc utuntur quidam Africae populi, consulendus Tho. Bartholinus libro de morbis biblicis c. 19 et Io. Rhodius libro de acia Celsi p. 103 seq.

[*) *ἂν ἀμφ.*?]

o) *παρὰ Πέρσαις*] locus hic addendus iis quae de Persarum stola serica *ποδήρει* et fluitante variegataque notavit Barnabas Brissonius libro secundo de regno Persarum p. 312 seq. vide et supra lib. 1 sect. 148. *ἀνθοβαφῆ* HStephanus verterat *succo florum tincta*, sed *ἀνθοβαφές* est pictum flore variorum colorum, quod Ammianus de Persica stola loquens *lumine colorum fulgere vario* dixit 23 6, Herodianus Valesio laudatus *διαφόρους βαφὰς* 4 20.

p) *καὶ παρὰ Διονυσίῳ*] idem narrant Laërtius 2 78 et Suidas in *Ἀρίστιππος*.

q) *οὐκ ἂν δυναίμην*] versus 834 ex Euripidis Bacchis, qui solus etiam P 178 apud Nazianzenum carmine Iambico 18 et apud Laërtium exstat. noster addidit verba: *ἄρρην πεφυκώς*, quibus apud Suidam adduntur: *καὶ γένους ἐξ ἄρρενος*.

r) *ὁ δὲ Ἀρίστιππος προσήκατο*] supra lib. 1 sect. 155.

s) *καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν*] ex iisdem Bacchis Euripidis vers. 317

οὕτω καὶ τῶν σοφῶν ᾧ μὲν οὐκ αἰσχρὸν ᾧ δὲ αἰσχρὸν ἐδόκει
205 τοῦτο εἶναι. ἄθεσμόν τέ ἐστι παρ' ἡμῖν [t]) μητέρα ἢ ἀδελφὴν
ἰδίαν γαμεῖν, Πέρσαι δὲ καὶ μάλιστα αὐτῶν οἱ σοφίαν ἀσκεῖν
δοκοῦντες οἱ μάγοι [u]) γαμοῦσι τὰς μητέρας. καὶ οἱ Αἰγύπτιοι
τὰς ἀδελφὰς [x]) ἄγονται πρὸς γάμον, καὶ ὡς ὁ ποιητής [y]) φησιν

Ζεὺς Ἥρην προσέειπε κασιγνήτην ἄλοχόν τε.

ἀλλὰ καὶ ὁ Κιττιεὺς Ζήνων φησί, μὴ ἄτοπον εἶναι τὸ μόριον
τῆς μητρὸς τῷ ἑαυτοῦ μορίῳ [z]) τρῖψαι, καθάπερ οὐδὲ ἄλλο τι
μέρος τοῦ σώματος αὐτῆς τῇ χειρὶ τρῖψαι φαῦλον ἂν εἴποι τις
εἶναι. καὶ ὁ Χρύσιππος δὲ ἐν τῇ πολιτείᾳ [a]) δογματίζει τόν τε
πατέρα ἐκ τῆς θυγατρὸς παιδοποιεῖσθαι καὶ τὴν μητέρα ἐκ τοῦ
παιδὸς καὶ τὸν ἀδελφὸν ἐκ τῆς ἀδελφῆς. Πλάτων δὲ καθο-
206 λικώτερον [b]) κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας δεῖν ἀπεφήνατο. τό τε

sic ergo et ex sapientibus alteri hoc minime turpe, alteri turpe videbatur. 205. illicitum etiam est apud nos matrem aut sororem ducere in uxorem; at vero Persae, et inter eos potissimum Magi qui sapientiam sectari videntur, cum matribus matrimonia contrahunt, et Aegyptii sorores suas ducunt in uxores, et ut ait poëta:

Iunonem uxoremque suam pariterque sororem
Iuppiter alloquitur.

quin etiam Cittieus Zenon a ratione alienum et abhorrens esse negat, matris naturam suae affricare, quemadmodum nec aliam corporis eius partem manu fricare malum ullus esse dixerit. atque adeo Chrysippus in Politia sua dogma hoc ponit, patrem posse ex filia et matrem ex filio et fratrem ex sorore liberos procreare. Plato autem etiam generalius communes esse uxores debere

---

seq. Plato ipse aequabilitatem Aristippi in utraque fortuna admiratus ad illum deinde dixit: *σοὶ μόνῳ δέδοται καὶ χλαμύδα φορεῖν καὶ ῥάκος.* Laërt. 2 67, Acro ad Horatii lib. 1 Epist. 18. [scribebatur *οὖσα* ]

*t*) *παρ' ἡμῖν*] Romanis legibus. confer Ez. Spanhemii notas ad orat. 1 Iuliani p. 91. Graecis etiam legibus repugnare connubium cum sorore notat Herodianus lib. 1 cap. 6 *Πτολεμαῖος μὲν καὶ μέχρις ἀδελφῆς ἰδίας ἔρωτος προχωρήσας παρά τε τοὺς Μακεδόνων καὶ Ἑλλήνων νόμους.*

*u*) *οἱ σοφίαν ἀσκεῖν δοκοῦντες οἱ μάγοι*] ms Vratislav. librarii errore: *σοφίαν ἀσκοῦντες δοκεῖν.* de Persarum, singillatimque Magorum apud Persas incestis cum matribus connubiis nota res ex iis quae viri docti ad Curtium et Laërtium, ut dixi supra lib. 1 sect. 152. *θυγατρομιξίας* et *ἀδελφογαμίας* Persarum et in matres *παρανομίας* meminit etiam Gregorius Nyssenus de fato t. 1 p. 910.

*x*) *οἱ Αἰγύπτιοι τὰς ἀδελφάς*] vide Ez. Spanhemii notas ad orat. primam Iuliani p. 89 seq. ubi hoc Diodori Siculi et aliorum veterum suffragiis confirmat.

*y*) *ὡς ὁ ποιητής*] Homerus Iliad. Σ 356 Π 432.

*z*) *τῷ ἑαυτοῦ μορίῳ*] ita mss pro *τῶν ἑαυτοῦ μορίων* quod in editis repperi. locum Zenonis attulit noster libro adversus Ethicos.

*a*) *ὁ Χρύσιππος δὲ ἐν τῇ πολιτείᾳ*] infra sect. 246 et lib. 1 sect. 160 atque adversus Ethicos libro. Plutarchus de Stoicorum repugnantiis p. 1044 testatur Chrysippum etiam in *προτρεπτικοῖς* scripsisse *ὅτι καὶ τὸ μητράσιν ἢ θυγατράσιν ἢ ἀδελφαῖς συγγενέσθαι καὶ τὸ φαγεῖν τι καὶ προελθεῖν ἀπὸ λέχους ἢ θανάτου πρὸς ἱερόν, ἀλόγως διαβέβληται.* atque ut hoc persuaderet provocasse ad bestias, quorum exemplis pateat, naturae id neutiquam repugnare. idem ex Chrysippi opere de Rep. et eius libro *περὶ τῶν μὴ δι' ἑαυτὰ αἱρετῶν* affert Laërtius 7 188.

*b*) *Πλάτων δὲ καὶ καθολικώτερον*] notus Platonis locus libro quinto de Rep. iam reprehensus ab Aristotele 2 2 Politicor. ne de plurimis Christianis scriptoribus dicam, quamvis fuere etiam qui excusarent, ut notavit Cotelerius ad librum 10 recognitionum Clementis cap. 5, cui addes

αἰσχρουργεῖν [c]) ἐπάρατον ὂν παρ' ἡμῖν ὁ Ζήνων οὐκ ἀποδοκι-
μάζει· καὶ ἄλλους δὲ ὡς ἀγαθῷ τινι τούτῳ χρῆσθαι τῷ κακῷ
πυνθανόμεθα. ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνθρωπείων γεύσασθαι [d]) σαρκῶν 207
παρ' ἡμῖν μὲν ἄθεσμον, παρ' ὅλοις δὲ βαρβάροις ἔθνεσιν ἀδιά- P 179
φορόν ἐστι. καὶ τί δεῖ τοὺς βαρβάρους λέγειν, ὅπου καὶ ὁ Τυ-
δεὺς [e]) τὸν ἐγκέφαλον τοῦ πολεμίου λέγεται φαγεῖν; καὶ οἱ ἀπὸ
τῆς Στοᾶς [f]) οὐκ ἄτοπον εἶναί φασι τὸ σάρκας τινὰ ἐσθίειν
ἄλλων τε ἀνθρώπων καὶ ἑαυτοῦ. τό τε ἀνθρωπείῳ μιαίνειν αἵ- 208
ματι βωμὸν θεοῦ παρ' ἡμῖν μὲν τοῖς πολλοῖς ἄθεσμον, Λά-

**pronuntiavit. 206. quum praeterea detestabile sit apud nos masturbare, Zeno approbat: et alios etiam quosdam ut bono quodam hoc usos malo accepimus. 207. nec non humanas carnes edere apud nos quidem est illicitum: at sunt quaedam nationes barbarae, in quibus omnes ad unum hoc pro re indifferenti habent. et quid barbaros commemorare oportet, quum Tydeus ipse cerebrum hostis edisse dicatur? et Stoici a ratione alienum non esse dicant ut quis carnes edat cum aliorum tum vero suas? 208. praeterea humano sanguine aram dei contaminare apud bonam partem hominum atque adeo apud**

---

Bessarionem contra calumniatorem Platonis lib. 4 cap. 3, Petrum Mosellanum ad Gellii 18 2 et Livium Galantem in comparatione Theologiae Christianae cum Platonica p. 26 seq.

*c*) *τό τε αἰσχρουργεῖν*] Zenonis locus nescio an cuiquam veterum annotatus, Chrysippum autem hoc in Diogene Cynico (de quo Laërtius 6 69) probantem refert ac detestatur Plutarchus de repugnantiis Stoicorum p. 1041. hincmarus Remensis de divortio Lotharii Regis et Tetbergae Reginae t. 1 opp. p. 629: *nisi philosophorum quidam Cynicus extitisset, qui doceret omnem titillationem carnis et fluxum seminis ex qualicumque attritu tactuque venientem in tempore non vitandum, et nonnulli sapientes saeculi in hanc turpem et erubescendam haeresin consensissent, numquam sanctus apostolus scribens ad Ephesios* (5 3) *ad* fornicationem *etiam* omnem immunditiam *copulasset*, sicut decet, *inquit* sanctos, *ex quo sanctus non potest appellari, quicumque extra fornicationem in aliqua immunditia et avaritia voluptatum quibus se delectaverit, invenitur.*

*d*) *γεύσασθαι*] ms Vratislav. *γεύεσθαι*. de Anthropophagis quorum et infra sect. 225 mentio moreque homines immolandi Diis, qui cum immanitate vescendi carnibus humanis fuit plerumque coniunctus, multa Iacobus Gensius in victimis humanis, et Petrus Petitus singulari de Anthropophagis opere. utrumque Romanis legibus abrogatum celebrat Plinius lib. 30 capite primo extremo: *nec satis aestimari potest quantum Romanis debeatur, qui sustulere monstra, in quibus hominem occidere re-* P 179
*ligiosissimum erat, mandi vero etiam saluberrimum.*

*e*) *ὁ Τυδεύς*] Tydeus Oenei filius comedit cerebrum hostis sui Melanippi a quo vulneratus fuerat. hinc Dosiadae in ara secunda dicitur *ἀνδροβρώς*, Lycophroni *κρατοβρώς*. confer Boëssium ad Ovidii Ibin vers. 517. Tzetzes ad haec Lycophronis vers. 1065: *τοῦ κρατοβρῶτος παιδὸς ἀτρέστου κάπρου. κρατοβρὼς ὁ Τυδεὺς οὕτως λέγεται. ἐν τῷ Θηβαϊκῷ πολέμῳ οὗτος ὁ Τυδεὺς ὑπὸ Μελανίππου τοῦ Ἀστακοῦ παιδὸς ἐτρώθη, ὑφ' ἧς πληγῆς ὕστερον ἀπέθανεν. ἔτι δὲ ζῶντος τοῦ Τυδέως, Ἀμφιάραος ὁ μάντις ἀνῃρηκὼς τὸν Μενάλιππον, ἤνεγκε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τῷ Τυδεῖ, καὶ ὃς καιρίως δακνόμενος ὑπὸ τῆς πληγῆς διασχίσας ἐκείνου τὴν κεφαλὴν ἀπερρόφησεν τὸν ἐγκέφαλον, ὅθεν λέγουσι καὶ ἐμίσησεν αὐτὸν ἡ Ἀθηνᾶ.* omitto Euripidis Statiique loca quae Salmasius ad aram Dosiadae annotavit.

*f*) *εἰ ἀπὸ τῆς Στοᾶς*] Laërtius 7 188 refert Chrysippum ad mille *στίχους* scripsisse probaturum fas esse carnibus defunctorum hominum vesci. vide et quae noster infra libro adversus Ethicos.

κωνες δὲ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθωσίας Ἀρτέμιδος[g]) μαστίζονται πικρῶς[h]) ὑπὲρ τοῦ πολλὴν αἵματος ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς θεοῦ γενέσθαι ῥύσιν. ἀλλὰ καὶ τῷ Κρόνῳ θύουσιν ἄνθρωπόν[i]) τινες, καθάπερ καὶ Σκύθαι τῇ Ἀρτέμιδι[k]) τοὺς ξένους· ἡμεῖς
209 δὲ χραίνεσθαι τὰ ἱερὰ δοκοῦμεν ἀνθρώπου φόνῳ. τούς γε μὴν μοιχοὺς[l]) κολάζει παρ' ἡμῖν νόμος, παρὰ δέ τισιν ἀδιάφορόν[m])

nos impium est, at Lacedaemonii in ara Orthosiae Artemidis flagris acerrime caeduntur, ut multus in aram deae defluat sanguis. quid quod Saturno hominem nonnulli immolant, quemadmodum et Scythae Artemidi hospites sacrificant; nos autem contra humano sanguine pollui templa censemus. 209. ad haec apud nos lex in adulteros animadverti iubet: at apud nonnullos cum

---

g) *τῆς Ὀρθωσίας Ἀρτέμιδος*] Dianae Tauricae sive Scythicae in Graeciam advectae et a Lacedaemoniis cultae. in quibusdam codicibus libri Aristotelis de mirabilibus auscultationibus quos evolvit HStephanus mentio eiusdem arae his verbis: *ἐν Ἀρτέμιδος Ὀρθωσίας βωμῷ ταῦρον ἵστασθαι χρύσειον, ὃς κυνηγῶν εἰσελθόντων φωνὴν ἐπαφίησιν.* vocant etiam *Ὀρθωσίαν* Pindarus olympionic. od. 3 vers. 54 [30 Boeckh.] Lycophron vers. 1331 et Herodotus 4 87. in Plutarchi vero et Pausaniae p. 249 Laconic. codicibus *Ὀρθία* legitur, unde Sextum emendari volebat Meursius in Graecia feriata lib. 2 p. 87. sed Plutarchum potius et Pausaniam emendandum putabat Ez. Spanhemius p. 249 ad Callimachum. quamquam utrumque recte se habere monent Graeca ad Pindari locum iam laudatum scholia: *Ἀρκαδίας ὄρος Ὄρθιον, ἀφ' οὗ καὶ ἡ θεὸς Ὀρθία καὶ Ὀρθωσία καλεῖται.* in Alciphronis epistolis nuper vulgatis [l. 3 ep. 54] p. 402: *καὶ ἤμην οἷά τις Σπαρτιάτης ἀνὴρ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Πυθίας τυπτόμενος*, ubi *Ὀρθίας* legendum pro *Πυθίας* recte notatum erudito interpreti Stephano Berglero.

h) *μαστίζονται πικρῶς*] vide quae viri docti ad haec Petronii p. 488 editionis Burmannianae: *et ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi.* Iacobus Boileau in Historia flagellantium p. 70 seq., Ezech. Spanhemius ad Callimachum p. 249, 520, 754 seq. meminit et sanguinis ad aram illam effusi Synesius epist. 57 *ποῖοι Ταυροσκύθαι, τίνες Λακεδαιμόνιοι, τοσούτῳ τῷ διὰ μαστίγων αἵματι τὴν παρ' αὐτοῖς ἐτίμησαν Ἄρτεμιν.* atque religio haec erat, *αἵματι ἀνθρώπων τὸν βωμὸν ῥαίνειν*, ut ex oraculo apud Pausaniam 3 16 et Philostrato 6 20 constat. quantum vero nefas alioqui habitum ad aras sanguinem effundere patet vel ex Aeliani Var. hist. 3 42, Iustino 17 3 7, 20 2 4, 28 3 5 seq.

i) *τῷ Κρόνῳ θύουσιν ἄνθρωπον*] Carthaginenses tangit de quibus videndus Hugo Grotius ad Deuteronom. 18 10 et Seldenus de Diis Syris Syntagm. 1 capite 6. infra sect. 221.

k) *Σκύθαι τῇ Ἀρτέμιδι*] vide dicta ad lib. 1 sect. 149 et Achillem Tatium lib. 8 2 p. 465.

l) *τούς γε μὴν μοιχούς*] de poenis per Graecorum Romanorumque leges in adulteros constitutis videndus praeter alios Petrus Faber 3 21 semestrium, et Andreas Tiraquellus in legem 13 connubialem, ubi etiam de aliis populis qui adulteria gravissimis suppliciis coërcuere, de quibus etiam adeundus Io. Seldenus in uxore Hebraica lib. 3 c. 12.

m) *παρὰ δέ τισιν ἀδιάφορον*] sic de Libyae superioris quibusdam populis Aristoteles 2 2 Politicor. scribit eis communes fuisse uxores, distributos autem alendos liberos prout similitudinem parentem rettulissent: *εἶναι γάρ τισι τῶν ἄνω Λιβύων κοινὰς τὰς γυναῖκας, τὰ μέντοι γενόμενα τέκνα διαιρεῖσθαι κατὰ τὰς ὁμοιότητας.* idem de Garamantibus Mela Solinus itemque alii. de Ausensibus Herodotus 4 181, de Taprobanae insulae incolis Diodorus Sic. lib. 2 p. 14. de Limyrniis gente Indorum Nicolaus Damascenus apud Stobaeum: *Λιμύρνιοι κοινὰς τὰς γυναῖκας ἔχουσι καὶ τὰ τέκνα ἐν κοινῷ τρέφουσι μέχρι ἐτῶν πέντε.* Hieronymus

ἔστι ταῖς τῶν ἑτέρων γυναιξὶ μίγνυσθαι· καὶ φιλοσόφων δέ τινες n) φασιν ἀδιάφορον εἶναι τὸ ἀλλοτρίᾳ γυναικὶ μίγνυσθαι. τοὺς 210
πατέρας τε ὑπὸ τῶν παίδων o) ἐπιμελείας ἀξιοῦσθαι κελεύει παρ' ἡμῖν νόμος, οἱ Σκύθαι δὲ p) ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη γενομένους P 180
αὐτοὺς ἀποσφάττουσι. καὶ τί θαυμαστόν, εἴ γε ὁ μὲν Κρόνος τῇ ἅρπῃ q) τὰ αἰδοῖα ἐξέτεμε τοῦ πατρός, ὁ δὲ Ζεὺς τὸν Κρόνον κατεταρτάρωσεν r), ἡ δὲ Ἀθηνᾶ s) μετὰ Ἥρας καὶ Ποσει-

**aliorum uxoribus congredi indifferens est; nec non philosophi quidam cum aliena uxore misceri indifferens esse aiunt. 210. apud nos liberi parentum curam gerere lege iubentur, at Scythae ipsos sexaginta annorum spatium praetergressos iugulant. cur autem mirum hoc fuerit, cum Saturnus quidem falce verenda patris amputarit, Iuppiter autem Saturnum in tartara praecipitaverit, atque adeo Minerva cum Iunone et Neptuno patri iniicere vincula**

---

adversus Iovinianum: *Scotorum natio uxores proprias non habet, et quasi Platonis politiam legerit et Catonis sectetur exemplum, nulla apud eos coniux propria est, sed ut cuique libitum est, pecudum more lasciviunt.*

n) *καὶ φιλοσόφων δέ τινες*] ut Diogenes Cynicus, cuius est illud apud Laërtium 6 72 *κοινὰς εἶναι δεῖν τὰς γυναῖκας.*

o) *τοὺς πατέρας τε ὑπὸ τῶν παίδων*] Graecorum Romanorumque hac de re leges exposuit Samuel Petitus commentario ad leges Atticas p. 163 seq.

p) *οἱ Σκύθαι δέ*] Hieronymus adversus Iovinianum: *Massagetae et Derbices miserrimos putant qui aegrotatione moriantur, et parentes cognatos propinquos cum ad senectam pervenerint, iugulatos devorant, rectius esse ducentes ut a se potius quam a vermibus comedantur. Tibareni quos dilexerint senes suspendunt in patibulis. Hircani volucribus et canibus semivivos proiiciunt – – Bactri canibus ad hoc ipsum nutritis obiiciunt senes, quod cum Alexandri praefectus Nicanor emendare voluisset, paene amisit provinciam.* de Massagetis Scytharum gente et Derbicibus idem ex Porphyrii 4 *περὶ ἀποχῆς* narrat Eusebius 1 Praeparat. Evangel. p. 11. de Derbicibus etiam Aelianus Var. Hist. 4 1. de Tibarenis Theoditus 9 Therapeut. etc. idem Aelianus laudato loco: *νόμος ἐστὶ Σαρ-* P 180
*δῴος τοὺς ἤδη γεγηρακότας τῶν πατέρων οἱ παῖδες ῥοπάλοις τύπτοντες ἀνῄρουν καὶ ἔθαπτον, αἰσχρὸν ἡγούμενοι τὸν λίαν ὑπέργηρον ὄντα ζῆν ἔτι, ὡς πολλὰ ἁμαρτάνοντος τοῦ σώματος τοῦ διὰ τὸ γῆρας πεπονηκότος.* apud Iulietas in Ceo insula senes sexaginta annorum lege iubebantur *κωνειάζεσθαι* sive veneno propinato mori, ne aliis iunioribus victus deficeret, ut narrant Strabo 10 p. 486. Stephanus Byz. in *Ἰουλίς* et Aelianus Var. Hist. 3 37.

q) *ὁ μὲν Κρόνος τῇ ἅρπῃ*] nota fabula de genitalibus Urano sive Coelo per Saturnum filium et Saturno vicissim per Iovem (infra lib. contra Grammaticos sect. 288) abscissis, de qua videndus Cotelerius ad homiliam quintam Clementinam, c. 13 t. 1, Petrum Apostol. p. 659. quod *ἅρπην* Sextus vocat, alii ut scholiastes Apollonii 4 985 *δρέπανον*, Fulgentius et caeteri Latini *falcem.*

r) *κατεταρτάρωσεν*] vinctum *deiecit in tartarum.* quod enim de Saturni fratribus Orpheus apud Proclum 5 in Platonis Timaeum p. 295 *ῥίπτε βαθὺν γαίης εἰς Τάρταρον*, et Apollodorus lib. 1 Bibliothecae c. 1 *τούτους μὲν Οὐρανὸς δήσας εἰς Τάρταρον ἔρριψε*, hos c. 2 idem Apollodorus vocat *καταταρταρωθέντας.* Cicero 2 de natura Deorum c. 24 *vetus haec opinio Graeciam opplevit, exsectum Coelum a filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipsum a filio Iove.* Phurnutus c. 7 *ὁ μὲν γὰρ Ζεὺς ἐκβαλὼν τὸν Κρόνον τῆς βασιλείας κατεταρτάρωσε.* de vocabulo *ταρταροῦν* videndus Hugo Grotius et Lambertus Bos ad 2 epist. Petri 2 4. adde Iac. Windetum. de vita functorum statu p. 91 seq. et Io. Clericum ad Hesiodi Theogoniam vers. 119.

s) *ἡ δὲ Ἀθηνᾶ*] vide lib. 1 contra Grammaticos sect. 289. Homerus

*δῶνος τὸν πατέρα δεσμεύειν ἐπεχείρησεν; ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑαυτοῦ*
211 *παῖδας* [t]) *ὁ Κρόνος ἀναιρεῖν ἔκρινεν; καὶ ὁ Σόλων Ἀθηναίοις* [u])
*τὸν περὶ τῶν ἀκρίτων νόμον ἔθετο, καθ᾽ ὃν φονεύειν ἑκάστῳ*
*τὸν ἑαυτοῦ παῖδα ἐπέτρεψε. παρ᾽ ἡμῖν* [x]) *δὲ τὸ τοὺς παῖδας*
*φονεύειν ἀπαγορεύουσιν νόμοι. οἵ τε Ῥωμαίων νομοθέται τοὺς*
*παῖδας ὑποχειρίους* [y]) *καὶ δούλους τῶν πατέρων κελεύουσιν εἶναι*
*καὶ τῆς οὐσίας τῶν παίδων μὴ κυριεύειν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ*
*τοὺς πατέρας, ἕως ἂν ἐλευθερίας οἱ παῖδες τύχωσι κατὰ τοὺς*
*ἀργυρωνήτους. παρ᾽ ἑτέροις δὲ ὡς τυραννικὸν τοῦτο ἐκβέβληται.*
212 *νόμος δέ ἐστι τοὺς ἀνδροφόνους κολάζεσθαι· οἱ μονομάχοι δὲ*
*φονεύοντες πολλάκις καὶ τιμῆς τυγχάνουσιν. ἀλλὰ καὶ τὸ τύ-*
*πτειν ἐλευθέρους οἱ νόμοι κωλύουσιν· οἱ ἀθληταὶ δὲ τύπτοντες*
*ἐλευθέρους ἄνδρας* [z]) *πολλάκις καὶ ἀναιροῦντες τιμῶν καὶ στε-*
213 *φάνων ἀξιοῦνται. νόμος τε παρ᾽ ἡμῖν* [a]) *κελεύει μιᾷ συνοικεῖν*

**conata sit? imo etiam suos liberos Saturnus interficere decreverit? 211. quin etiam Solon Atheniensibus legem de iniudicatis statuit, per quam unicuique suum filium interficere permisit. at vero apud nos filium occidere vetant leges. et Romanorum legislatores liberos sub patrum potestate et eorum servos esse iubent, et liberos suorum bonorum non esse dominos sed patres, donec in libertatem asserti fuerint liberi eodem modo quo ii qui aere comparantur servi: alii autem hunc morem velut tyrannicum repudiarunt. 212. praeterea lex est ut homicidae puniantur; at gladiatores perpetrato homicidio honore etiam saepe afficiuntur. itidem et ingenuos homines caedere leges vetant: at vero athletae caedentes ingenuos, saepe etiam occidentes, honores et coronas consequuntur. 213. lexque apud nos unica uxore conten-**

---

nempe narrat Thetidem Iovi adfuisse cum eum vinculis constringere vellent *Ἥρη τ᾽ ἠδὲ Ποσειδάων καὶ Παλλὰς Ἀθήνη*, Iliad. *α′* 400: itaque hoc loco ad patrem Saturnum perperam refert Sextus, quod de Iove Homerus dixerat.

*t*) *τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας*] Commodianus de Saturno: *si deus erat, cur natos ille vorabat terroribus actus?* nota et innumeris decantata scriptoribus fabella.

*u*) *ὁ Σόλων Ἀθηναίοις*] ita mss pro *Ἀθηναῖος*. de lege ipsa vide Themidem Atticam Ioannis Meursii lib. 1 cap. 2 qui non modo patri sed etiam matri hoc integrum fuisse, ex Sopatro ad Hermogenem observat, ut liberos *ἀκρίτους* sive iudicio publico haud condemnatos occideret.

*x*) *παρ᾽ ἡμῖν*] ab Hadriani temporibus vetitum lege Romana liberos occidere. vide Sam. Petitum ad Leges Atticas p. 160 et Io. Bodinum de Republica lib. 1 cap. 4, qui potestatem illam parentibus restitui sine ratione exoptat.

*y*) *τοὺς παῖδας ὑποχειρίους*] hinc Paulus Apostolus ad Galatas 4 1 de filio nondum emancipato: *οὐδὲν διαφέρει δούλου, κύριος πάντων ὤν.* et nescio quinam illi fuerint alii populi, apud quos hoc fuisse repudiatum tamquam tyrannicum Sextus hoc loco scribit.

*z*) *ἐλευθέρους ἄνδρας*] nam in gladiatoribus non modo servi, sed ingenui quoque fuere, imo nobiles. vide Lipsium libro 2 Saturnalium c. 3.

*a*) *νόμος τε παρ᾽ ἡμῖν*] ita mss pro *νόμος δέ.* non modo apud Athenienses lex erat *ἕνα ἄνδρα μιᾶς γυναικὸς τυχεῖν*, de qua Sam. Petitus p. 434 seq. ad Leges Atticas, sed etiam Romanorum legibus prohibita multinubentia, unde Valerianus et Gallienus lege 18 tit. 9. ad legem Iuliam de adulteris lib. 9 cod. *eum qui duas simul habuit uxores, sine dubio comitatur infamia.* Diocletianus et Maximianus lege 2 tit. 5 de incestis et inutilibus nuptiis lib. 5 cod. *neminem qui sub ditione sit Romani nominis, binas uxores habere posse*, *vulgo patet:* *cum etiam in*

ἕκαστον· Θρᾳκῶν δὲ καὶ Γαιτούλων b) — Λιβύων δὲ ἔθνος P 181
τοῦτο c) — πολλαῖς ἕκαστος συνοικεῖ. τό τε λῃστεύειν παρ' ἡμῖν 214
μὲν παράνομον καὶ ἄδικόν ἐστι, παρὰ δὲ πολλοῖς τῶν βαρβά-
ρων d) οὐκ ἄτοπον. φασὶ δὲ ὅτι καὶ εὐκλεὲς τοῦτο οἱ Κίλικες e)
ἐνόμιζον εἶναι, ὡς καὶ τοὺς ἐν λῃστείᾳ τελευτήσαντας τιμῆς
ἀξίους εἶναι δοκεῖν. καὶ ὁ Νέστωρ δὲ παρὰ τῷ ποιητῇ f) μετὰ
τὸ φιλοφρονήσασθαι τοὺς περὶ τὸν Τηλέμαχον φησὶ πρὸς αὐτοὺς

ἦ μαψιδίως ἀλάλησθε
οἷά τε ληϊστῆρες;

καίτοι, εἰ ἄτοπον ἦν τὸ λῃστεύειν, οὐκ ἂν οὕτως αὐτοὺς φιλο-
φρονησάμενος διὰ τὸ ὑποπτεύειν μὴ ἄρα τοιοῦτοί τινες εἶεν.
ἀλλὰ καὶ κλέπτειν μὲν παρ' ἡμῖν μὲν ἄδικον καὶ παράνομόν 215

**tum esse unumquemque iubet: at vero ex Thracibus et Gaetulis — est autem quaedam gens Libyae — multas quisque habet. 214. praedari quoque apud nos quidem legibus contrarium et sceleratum habetur, at vero apud multos barbaros infame non existimatur; imo vero etiam hoc fertur apud Cilices gloriosum fuisse, adeo ut eos qui inter praedandum obiissent, dignos esse quos honore prosequerentur iudicarent. et Nestor quidem apud poëtam postquam Telemachum et qui cum eo erant comiter accepit iis dicit:**

**estisne incerta vagantes**
**praedones quo more solent?**

**atqui si praedari fuisset absurdum, nequaquam eos tanta comitate et benevolentia prosequutus fuisset, quia tales esse suspicari potuisset. 215. furari quoque apud nos quidem legibus contrarium et iniustum habetur, at qui**

---

*edicto praetoris huiusmodi viri infamia notati sint, quam rem competens iudex inultam esse non patietur.* de Antonio triumviro Plutarchus in eius vita p. 957 Ἀντώνιος πρῶτος μὲν ὁμοῦ δύο γυναῖκας ἠγάγετο, πρᾶγμα μηδενὶ Ῥωμαίῳ τετολμημένον.

b) Θρᾳκῶν] Heraclides in politiis de Thracibus: γαμεῖ ἕκαστος τρεῖς καὶ τέσσαρας, εἰσὶ δὲ οἱ καὶ τριάκοντα, καὶ ὡς θεραπαίναις χρῶνται. καὶ ἐκ περιουσίας οἱ γάμοι, καὶ ἐκ περιόδου σύνεισιν αὐταῖς, καὶ λούει καὶ δοκεῖ. idem de illis testantur Mela Solinus et alii.

c) Γαιτούλων, Λιβύων δὲ ἔθνος τοῦτο] non modo hos, asperam incultamque gentem ut a Sallustio c. 21 belli Iugurthini describitur, sed et alios Libyae populos pluribus simul feminis se iungere solitos constat, ut de Numidis Maurisque idem Sallustius c. 82 *singuli pro opibus quisque quam plurimas uxores, denas alii, alii plures habent, sed reges eo amplius.* de Garamantis Gaetulorum vicinis Strabo 17 p. 835, quod fuerint πολυγύναικες et πολύπαιδες. alias gentes vel nostra vel antiqua memoria quibus polygamia in usu est fuitque, de industria omitto. eas videat cui volupe est apud Tiraquellum in legibus connubial. Melch. Zeidlerum et Mich. Siricium libris de polygamia, et personatum Theophilum Aletheum.

d) παρὰ πολλοῖς τῶν βαρβάρων] ut apud Phlegyas, Nomades aliosque P 181
de quibus Paulus Voëtius ad Herodianum p. 126 seq. et Iacobus Thomasius ὁ μακαρίτης in Exercitatione de latrocinio gentis in gentem, edita primum Lipsiae an. 1667 et tomo quinto Observationum selectarum Halensium recusa. utinam vero magna etiam Christianorum regna non magna quoque exercerent latrocinia non in barbaros sed in Christianos!

e) οἱ Κίλικες] Laërtius 9 84 Κίλικες λῃστείᾳ ἔχαιρον, ἀλλ' οὐχ Ἕλληνες. Zenobius in Κιλίκιος ὄλεθρος. οἱ Κίλικες λῃστείαις χρώμενοι ἐπ' ὠμότητι διεβέβληντο.

f) παρὰ τῷ ποιητῇ] Odyss. γ' 73, ad quem locum auctor veterum scholiorum: οὐκ ἄδοξον ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ λῃστεύειν, ἀλλ' ἔνδοξον. idem confirmat Thucydides lib. 1 cap. 5.

ἐστιν, οἱ δὲ καὶ κλεπτίστατον[g]) εἶναι θεὸν λέγοντες τὸν Ἑρμῆν οὐκ ἄδικον τοῦτο νομίζεσθαι ποιοῦσι. πῶς γὰρ ἂν θεὸς εἴη κακός; φασὶ δέ τινες ὅτι καὶ οἱ Λάκωνες τοὺς κλέψαντας[h])
216 ἐκόλαζον, οὐ διὰ τὸ κεκλοφέναι, ἀλλὰ διὰ τὸ πεφωρᾶσθαι. ἀλλὰ καὶ ὁ δειλὸς καὶ ὁ ῥίψασπις[i]) ἀνὴρ κολάζεται παρὰ πολλοῖς νόμῳ. δι' ὃ καὶ ἡ τὴν ἀσπίδα τῷ παιδὶ ἐπὶ πόλεμον ἐξιόντι διδοῦσα Λάκαινα "σύ, ἔφη, τέκνον, ἢ ταύταν ἢ ἐπὶ ταύτας"[k]). Ἀρχίλοχος δέ[l]), ὥσπερ σεμνυνόμενος ἡμῖν ἐπὶ τῷ τὴν ἀσπίδα ῥίψας φυγεῖν, ἐν τοῖς ποιήμασι περὶ ἑαυτοῦ φησι

ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις[m]) ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνῳ

**Mercurium dicunt furacissimum esse deum, faciunt ut iniustum hoc non censeatur. nam quomodo deus sit malus? adde quod aiunt solitos Lacedaemonios punire fures, non quod furati, sed quod in furto deprehensi essent.**
**216. quin etiam vir ignavus et clypei abiector apud multos ex legis praescripto plectitur: ideoque Lacaena illa mulier quae clypeum filio ad bellum proficiscenti dabat, tu, inquit, fili, aut hunc, aut super hunc; contra vero Archilochus se nobis venditans quod abiecto clypeo fugisset, in suis poëmatis de se ipso scriptum reliquit:**

**nunc se aliquis Saius parma iactanter adornat,**

---

g) *κλεπτίστατον*] *κλέπτην* dictum et *κλῶπα* ac *δολίου* cognomine cultum Mercurium res notissima vel ex Phurnuti capite 16 et Suida in *Κερδῷος*. Aristophani in Pluto vers. 1142 *τοιχωρύχος*, Horatio dicitur *callidus quicquid placuit ioco condere furto* 1 oda 10. Orpheus in hymnis: *γυμνάσιν ὃς χαίρεις δολίαις τ' ἀπάταις*. Philostratus lib. 1 icone 26 *μάλα ἡδεῖαι αἱ κλοπαὶ τοῦ θεοῦ*. Homerus hymno in Mercurium v. 292 *ἀρχὸς φιλητέων κεκλήσεαι ἤματα πάντα*, *princeps diceris furum tu tempus in omne*, hoc est *κλεπτίστατος*, qua voce usi Aristophanes in Pluto v. 27 et Eupolis apud Pollucem 8 6.

h) *τοὺς κλέψαντας*] mss *κλέπτας*. de illa Lacedaemoniorum in fures qui non *ἐπ' αὐτοφώρῳ* deprehenderentur indulgentia, adeundus Nicolaus Cragius de rep. Lacedaemoniorum lib. 3 tabula 8 instituto 12, cuius observatis hunc Sexti locum addit Io. Meursius libro 2 Miscellan. Laconicor. cap. 8. probavit hunc Lacedaemoniorum morem Epicurus, ut constat ex Laërtii 10 151 et Arriani diss. Epictetear. lib. 3 c. 7.

i) *ὁ δειλὸς καὶ ῥίψασπις*] vide Kusterum ad Suidam in *Κλεώνυμος*, et Erasmum in adagio, *abiecit hastam*. Christoph. Adam Rupertum p. 209 ad Valer. Max. Matthiam item Berneggerum quaest. 29 ad illa Taciti de Germanis c. 6 *scutum reliquisse, praecipuum flagitium*. Frid. Lindebrogium ad Codicem legum antiquarum p. 1476. in mss *ῥίψασπις* erat sine articulo quem in editis praefixum illi video.

k) *ἢ ταύτην ἢ ἐπὶ ταύτην*] in mss veluti ex Laconica ac Dorica dialecto *ταύταν* [quod recepimus mutato tamen altero *ταύταν* in *ταύτας*]. sed apud Aristaenetum 2 17 epist. *ἢ ταύτην ἢ ἐπὶ ταύτῃ*. apud Plutarchum in apophthegmatis Lacaenarum p. 141 *ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς*. Ausonius epigramm. 25

Mater Lacaena clypeo obarmans filium,
cum hoc, inquit, aut in hoc redi.

l) *Ἀρχίλοχος*] propter versus illos Sparta expulsum Archilochum narrat Plutarchus in Laconicis institutis p. 239 B. leguntur iidem versus etiam in Aristophanis Pace vers. 1295. [fr. 51 Liebel.]

m) *Σαΐων τις*] Saios intellige non ex Sai Aegypti sed Thraciae, ut praeter scholiasten Aristophanis atque Strabonem 10 p. 457 et 12 p. 549 notat auctor vitae Arati in Uranologio Petavii p. 268 edit. Paris. ubi iidem Archilochi versus occurrunt. [caeterum legebatur hic *ἀσπίδα*.]

ἐντὸς ἀμώμητον κάλλιπον[n]) οὐκ ἐθέλων·
αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος[o]).

αἱ δὲ Ἀμάζονες καὶ ἐχώλευον[p]) τὰ ἄρρενα τῶν περὶ αὐτὰς γεν- P 182
νωμένων, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἀνδρεῖον αὐτὰ ποιῆσαι δύνασθαι. 217
περὶ πόλεμον δὲ ἔσχον αὐταί*), τοῦ ἐναντίου παρ' ἡμῖν καλῶς ἔχειν νενομισμένου. καὶ ἡ μήτηρ δὲ τῶν θεῶν προσίεται τοὺς θηλυδρίας[q]), οὐκ ἂν οὕτω κρίνασα ἡ θεός, εἴ γε φύσει φαῦ-
λον ἦν τὸ μὴ ἀνδρεῖον εἶναι[r])· οὕτω καὶ τὰ περὶ τῶν δικαίων 218
καὶ ἀδίκων καὶ τοῦ κατὰ τὴν ἀνδρείαν καλοῦ πολλὴν ἀνωμαλίαν ἔχει. καὶ τὰ περὶ εὐσεβείας δὲ καὶ θεῶν πεπλήρωται πολλῆς διαφωνίας· θεοὺς γὰρ οἱ μὲν πολλοί φασιν εἶναι, τινὲς δὲ οὐκ εἶναι[s]), ὥσπερ οἱ περὶ Διαγόραν τὸν Μήλιον καὶ Θεόδωρον καὶ Κριτίαν τὸν Ἀθηναῖον. καὶ τῶν εἶναι θεοὺς ἀποφηναμένων οἱ μὲν τοὺς πατρίους νομίζουσι θεούς, οἱ δὲ τοὺς ἐν ταῖς δογματικαῖς αἱρέσεσιν[t]) ἀναπλασσομένους, ὡς Ἀριστοτέλης

**in dumo quae non sponte relicta mihi est.**
**ipse at me eripui letho.**

217. Amazones autem, si quos parerent mares, claudos reddebant, ut nullum forti viro dignum facinus edere possent: at ipsae res bellicas tractabant, quum apud nos contrarium recte et ordine fieri existimetur. et mater deum semiviros admittit; atqui cum dea sit, nequaquam eos admittendos censuisset, si natura malum esset nihil virile habere. 218. eodem pacto et quae ad iustitiam et iniustitiam et quae ad honestum quod cum fortitudine coniunctum est pertinent, variis controversiis agitantur. itidem vero de iis quae ad pietatem et ad deos spectant, variae sunt et multum discrepantes opiniones. nam bona pars quidem deos esse ait; nec tamen desunt qui esse negent, ex quorum numero sunt Diagoras Melius et Theodorus et Critias Atheniensis atque ex iis qui deos esse pronuntiarunt, alii patrios colunt deos alii quales Dogmaticorum sectae sibi fingunt, quemadmodum Aristoteles quidem incorporeum

---

n) *κάλλιπον*] mss Vratislav. et Savil. *κάλλιπεν*, minus bene, nam alii Sexti codices et quo HStephanus usus est et codices Strabonis Plutarchi atque Aristophanis vitaeque Arati rectius *κάλλιπον*. imitatus Archilochum Horatius ode 7 lib. 2 ad Varum, ex praelio professus se fugisse *relicta non bene parmula.*

o) *αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος*] distichon supplere licet ex Plutarcho: *ἀσπὶς ἐκείνη*
*ἐρρέτω, ἐξαῦθις κτήσομαι οὐ κακίω.* P 182
Plutarchi codices vicissim e Sexto nostro suppleveris. posterius distichon minus emendatum habet Alciatus 5 18 parergon.

p) *Ἀμάζονες ἐχώλευον*] Hippocrates libro *περὶ ἄρθρων. μυθολογέουσι δέ τινες ὅτι αἱ Ἀμαζονίδες τὸ ἄρσεν γένος τὸ ἑωυτῶν αὐτίκα νήπιον ἐὸν ἐξαρθρέουσιν, αἱ μὲν κατὰ γούνατα, αἱ δὲ κατὰ ἰσχία, ὡς δῆθεν χωλὰ γίνοιτο καὶ μὴ ἐπιβουλεύοι τὸ ἄρσεν γένος τῷ θήλει.* Diogenianus in proverbio *ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ· φασὶν ὅτι αἱ Ἀμάζονες τοὺς γεννωμένους ἄρρενας ἐπήρουν.* vide et Petrum Petitum in libro de Amazonibus capite 23 p. 151.

[*) legebatur *αὗται.*]

q) *τοὺς θηλυδρίας*] notum est sacerdotes Cybeles virilitate amputata deae ministrasse habitu muliebri et moribus mollibus prorsus atque effeminatis, unde gallas etiam dictas observat Is. Vossius ad Catullum p. 163.

r) *τὸ μὴ ἀνδρεῖον εἶναι*] ita ms Vratislav. pro *τὸ μηδὲν ἀνδρεῖον* quod erat in editis et legit etiam HStephanus. *αὐτὸ μὴ ἀνδρεῖον* habet ms Savil.

s) *τινὲς δὲ οὐκ εἶναι*] de atheis hisce dictum lib. 1 adversus Physicos sect. 51.

t) *τοὺς ἐν δογματικαῖς αἱρέσεσιν*] deos philosophorum sive quales phi-

μὲν ἀσώματον εἶπεν τὸν θεὸν εἶναι καὶ πέρας τοῦ οὐρανοῦ [u]), Στωϊκοὶ δὲ πνεῦμα διῆκον καὶ διὰ τῶν εἰδεχθῶν [x])· Ἐπίκουρος
219 δὲ ἀνθρωπόμορφον [y]), Ξενοφάνης δὲ σφαῖραν ἀπαθῆ [z])· καὶ οἱ μὲν προνοεῖν τῶν καθ᾽ ἡμᾶς, οἱ δὲ μὴ προνοεῖν. τὸ γὰρ μακάριον καὶ ἄφθαρτον, ὁ Ἐπίκουρός φησι, μήτε αὐτὸ πράγματα ἔχειν [a]) μήτε ἑτέροις παρέχειν. ὅθεν καὶ τῶν κατὰ τὸν βίον οἱ μὲν ἕνα φασὶν εἶναι θεόν, οἱ δὲ πολλοὺς καὶ διαφόρους ταῖς
P 183 μορφαῖς, ὡς καὶ εἰς τὰς τῶν Αἰγυπτίων ὑπολήψεις [b]) ἐκπίπτειν

deum esse dixit et extremitatem coeli, Stoici autem spiritum pervadentem etiam per illa a quorum aspectu quis abhorreat, Epicurus humana forma praeditum, Xenophanes autem sphaeram impassibilem 219. deinde alii rerum nostrarum providentiam illi adscripserunt, alii providere negaverunt. nam quod beatum est et incorruptibile, Epicurus ait, neque ipsum negotia habere neque aliis exhibere. unde et in communi vita alii unum dicunt esse deum, alii multos et varias habentes formas, adeo ut in Aegyptiorum delabantur

---

losophi statuunt atque secundum dogmata sua sibi imaginantur, distinguit a diis receptis in quolibet populo, et quales sine examine colit vulgus, qualesque a parentibus suis accepit. quantacumque autem haec de rebus divinis ac moralibus observetur hominum *διαφωνία*, et quam graves sive vulgi sive etiam philosophorum hic intercedant errores, non tamen licebit ex illa discordia statim vel negare id in quo paucissimis monstris exceptis omnes consentiunt, esse nempe aliquem deum eumque dignissimum cultu, atque esse aliquid honestum iustumque: vel sententias et opiniones quaslibet, etiam absurdas et omni destitutas ratione habere *ἰσοσθενεῖς* et eiusdem ponderis cum illis quae certissimis argumentis nituntur. quae argumentis nituntur. quae argumenta sensumque generis humani eiusmodi qualibus passim utitur Sextus cavillationibus eludere velle, non modo alios sed quoque se ipsum ludere in re maxime seria, ac deridere est.

u) *πέρας τοῦ οὐρανοῦ*] Aristoteles lib. 1 de Coelo c. 9 *εἰώθαμεν γὰρ τὸ ἔσχατον καὶ ἄνω μάλιστα καλεῖν οὐρανόν, ἐν ᾧ τὸ θεῖον πᾶν ἱδρῦσθαί φαμεν.* Cicero 1 de natura deorum sect. 33 *Aristoteles modo menti tribuit omnem divinitatem, modo mundum ipsum deum dicit esse, – – modo alium quendam praeficit mundo – – tum coeli ardorem deum dicit esse.* confer si placet quae de Aristotelis theologiae Petrus Lescaloperius ad hunc Tullii librum p. 54 et 184 seq.

x) *πνεῦμα διῆκον καὶ διὰ τῶν εἰδεχθῶν*] Plutarchus lib. 1 de placitis cap. 9. ex Stoicorum mente ait deum esse *πνεῦμα διῆκον δι᾽ ὅλου τοῦ κόσμου.* Seneca consolat. ad Helviam c. 8 *divinum spiritum per omnia maxima, minima, aequali intentione diffusum.* confer Laërtium 7 138 et 139 atque Lipsium Physiologiae Stoicae lib. 1 diss. 7, Vossium Theologiae gentil. lib. 7 cap. 5.

y) *ἀνθρωπόμορφον*] Plutarchus loco laudato: *Ἐπίκουρος ἀνθρωποειδεῖς μὲν πάντας τοὺς θεούς, λόγῳ δὲ πάντας τούτους θεωρητοὺς διὰ τὴν λεπτομέρειαν τῆς τῶν εἰδώλων φύσεως.* hanc formam humanam ut diis vindicet, multis disputat Velleius Epicureus apud Ciceronem lib. 1 de natura deorum sect. 46 seq. edit. Lescaloperianae. vide et Laërtium 10 139 et nostrum infra lib. 1 adversus Physicos sect. 15 et 132.

z) *σφαῖραν ἀπαθῆ*] de hac Xenophanis sententia dictum supra lib. 1 sect. 225.

a) *μήτε αὐτὸ πράγματα ἔχειν*] fuit haec ex *κυρίαις* Epicuri *δόξαις*, ut constat ex Cicerone 1 de natura deorum sect. 45 et 87 et Laërtio 10 139. ad quem locum plura Gassendus ac Menagius.

P 183 b) *Αἰγυπτίων ὑπολήψεις*] vide quae viri docti ad Iuvenal. sat. 15, ubi speciatim canis et crocodili ab Aegyptiis adorati mentio. boves feminas ab Aegyptiis cultas testatur Herodotus 2 41; accipitres Diodorus

κυνοπροσώπους καὶ ἱερακομόρφους καὶ βόας καὶ κροκοδείλους
καὶ τί γὰρ οὐχὶ νομιζόντων τοὺς θεούς. ὅθεν καὶ τὰ περὶ θυ- 220
σιῶν καὶ τῆς περὶ τοὺς θεοὺς θρησκείας ὅλως πολλὴν ἀνωμα-
λίαν ἔχει. ἃ γὰρ ἔν τισιν ἱεροῖς ὅσια, ταῦτα ἐν ἑτέροις ἀνόσια.
καίτοι εἰ φύσει τὸ ὅσιον καὶ τὸ ἀνόσιον ἦν, οὐκ ἂν τοῦτο ἐνο-
μίσθη. οἷον γοῦν Σαράπιδι [c]) χοῖρον οὐκ ἂν θύσειέ τις, Ἡρα-
κλεῖ δὲ καὶ Ἀσκληπιῷ θύουσι· πρόβατον Ἴσιδι θύειν ἄθεσμον,
τῇ μητρὶ μέντοι λεγομένῃ τῶν θεῶν καὶ θεοῖς ἄλλοις καλλιερεῖ-
ται· τῷ Κρόνῳ θύουσιν ἄνθρωπον [d]), ὃ τοῖς πλείστοις ἀσεβὲς 221
εἶναι νομίζεται· αἴλουρον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῷ Ὥρῳ [e]) θύουσι καὶ
Θέτιδι σίλφην [f]), ὃ παρ᾽ ἡμῖν οὐκ ἂν ποιήσειέ τις· ἵππον τῷ
Ποσειδῶνι καλλιεροῦσιν, Ἀπόλλωνι δέ, ἐξαιρέτως τῷ Διδυμαίῳ,
τὸ ζῷον ἀπεχθές· αἶγας Ἀρτέμιδι θύειν εὐσεβές, ἀλλ᾽ οὐκ

**opiniones, qui canum formas et accipitrum diis affingunt et boves et crocodilos et nihil non pro diis habent. 220 hinc etiam fit, ut quae ad sacrificia et deorum cultum pertinent, omnino inter se valde discrepent; nam quae in aliquibus templis pia, eadem in aliis impia. atqui si natura pium et impium esset, nequaquam hoc existimatum fuisset. exempli gratia, Sarapidi nemo umquam porcum immolaverit, at Herculi et Aesculapio immolatur. ovem Isidi sacrificare nefarium, at illi quae mater deum vocatur et aliis diis mactatur. 221. Saturno sacrificant hominem, quod bona pars hominum impium esse censet. felem Alexandriae sacrificant Horo et Thetidi blattam, quod apud nos nullus fecerit. equo litant Neptuno, at Apollini, Didymaeo praecipue, hoc animal est invisum. capras Dianae sacrificare pium est, non autem Aesculapio.**

---

Siculus lib. 1 p. 78, Strabo aliique laudati Vossio 3 50 Theologiae Gentilis, quo in opere longe plura de Aegyptiorum superstitione erudite observata leguntur. non praetereundum autem quod Plutarchus in libro de Iside et Osiride negat illos pro diis animalia haec habuisse, sed tantum in iisdem tamquam in *ἐναργεστέροις ἐσόπτροις* ut p. 382 loquitur, veneratos esse sapientiae bonitatis et potentiae divinae symbola, longe quam Graecorum idola et imagines expressiora et vividiora. vocabulum *ὑπόληψις* non minus ut *δόξα* ponitur pro opinione tam totius alicuius populi quam singulorum philosophorum, ut ipse agnoscit Salmasius p. 28 ad Epictetum.

*c*) *οἷον γοῦν Σαράπιδι*] locus hic insignis de animalibus quae certis diis apud Aegyptios Graecosque immolari fas fuit. quam in rem collegere nonnulla Kircherus t. 1 Oedipi p. 238 seq., Io. Textor in Officina p. 58, Antonius Clarus Sylvius ad leges Regias et 12 Tabularum p. 99 seq., Lilius Gyraldus Syntagmate 17 de diis. Guil. Stuckius et cap. 22 seq. Io. Sanbertus de sacrificiis. sed meretur hoc argumentum paullo distinctius et accuratius tractari a viro aliquo docto.

*d*) *τῷ Κρόνῳ ἄνθρωπον*] supra sect. 208.

*e*) *τῷ Ὥρῳ*] ita legendum suspicor. in editis erat *τῷ Ἥρῳ*. mirum autem est immolatam ab Alexandrinis felem, si ab omnibus Aegyptiis colebatur *παρ᾽ ἅπασιν κοινῇ*, ut scribit Strabo lib. 17 p. 812, atque cultam ex Herodoto, Diodoro et aliis pulchre notavit Vossius 3 74 de Idololatria, exstatque hodie dei Aeluri imago, quam aere descriptam exhibet clariss. Montfauconus in Diario Italico p. 227.

*f*) *Θέτιδι σίλφην*] ms Savil. *σύλφην*. est qui suspicatur legendum *σίλφιον*, quod Apollini Delphis dedicatum scribunt Suidas in *Βάττου* et scholiastes Aristoph. ad Plutum vers. 926. de illo vir summus Ez. Spanhemius diss. sexta de usu Numismatum edit. novae et Io. Rhodius ad Scribonium Largum p. 127. sed vix mihi persuadeo *σίλφιον* legendum tum propter alias rationes, tum quod nullas plantas sed sola animalia diis sacrificata hoc loco Sextus commemorat.

222 *Ἀσκληπιῷ.* καὶ ἄλλα δὲ τούτοις ὅμοια παμπλήθη λέγειν ἔχων
ἐῶ τῆς συντομίας παραστοχαζόμενος. εἰ μέντοι τὶ ἦν ὅσιον
φύσει θῦμα καὶ ἀνόσιον, παρὰ πᾶσιν ἂν ὁμοίως ἐνομίζετο.
παραπλήσια δὲ τούτοις ἐστὶν εὑρεῖν καὶ τὰ ἐν τῇ κατὰ τὴν δίαι-
223 ταν τῶν ἀνθρώπων θρησκείᾳ[g]) περὶ τοὺς θεούς. Ἰουδαῖος μὲν
γὰρ ἢ ἱερεὺς *Αἰγύπτιος*[h]) θᾶττον ἂν ἀποθάνοι ἢ χοιρεῖον φά-
γοι· *Λίβυς* δὲ προβατείου γεύσασθαι κρέως τῶν ἀθεσμοτάτων
εἶναι δοκεῖ· *Σύρων* δέ τινες περιστερᾶς, ἄλλοι δὲ ἱερείων. ἰχθῦς
τε ἔν τισι μὲν ἱεροῖς θέμις ἐσθίειν, ἐν ἄλλοις δὲ ἀσεβές. *Αἰγυ-
πτίων* δὲ τῶν σοφῶν εἶναι νομιζομένων[i]) οἱ μὲν κεφαλὴν ζῴου
P 184 φαγεῖν ἀνίερον εἶναι νομίζουσιν, οἱ δὲ ὠμοπλάτην, οἱ δὲ πόδα,
224 οἱ δὲ ἄλλο τι. κρόμμυον δὲ[k]) οὐκ ἄν τις προσενέγκαιτο τῶν
καθιερουμένων τῷ κατὰ *Πηλούσιον Κασίῳ Διί*[l]), ὥσπερ οὐδὲ
ἱερεὺς τῆς κατὰ *Λιβύην Ἀφροδίτης* σκορόδου γεύσαιτο ἄν.
ἀπέχονται δὲ ἐν μὲν ἱεροῖς μίνθης, ἐν οἷς δὲ ἡδυόσμου, ἐν οἷς δὲ
σελίνου. ἔνιοι δὲ θᾶττον ἂν τὰς κεφαλὰς φαγεῖν φασι τῶν πα-
225 τέρων[m]) ἢ κυάμους. ἀλλὰ παρ' ἑτέροις ταῦτα ἀδιάφορα. κυνείων

**222.** multa alia huiusmodi afferre possum, quae studio brevitatis silentio praetereo. atqui si quod natura pium sacrificium esset et impium, apud omnes eadem esset de illo existimatio. his vero esse similia comperiemus quae in victu ad deorum cultum composito magna cum religione observantur ab hominibus. **223** Iudaeus enim aut sacerdos Aegyptius moriatur potius quam carnem suillam edat. at Libys ovillam carnem gustare, omnium maxime nefarium esse existimat. apud aliquos ex Syris columbam, apud alios victimas gustare itidem nefarium habetur. quin etiam pisces in quibusdam sacris edere pium est, in aliis censetur impium. iam vero et ex Aegyptiis qui sapientes habiti fuerunt alii caput animalis edere profanum esse arbitrantur alii scapulam alii pedem alii nescio quid aliud. **224.** cepas vero nullus umquam ederit eorum qui sacris Casii Iovis apud Pelusium initiantur, sicuti nec Libycae Veneris sacerdos allium umquam gustaverit. abstinent praeterea in sacris nonnullis mentha, in aliis hedyosmo, in aliis apio. sunt vero qui se patrum capita potius quam fabas esuros dicant. atqui apud alios haec sunt indifferentia.

---

g) *θρησκείᾳ*] ita legendum e mss pro *θρησκείαν*. etiam hic locus insignis de religiosa veterum a certis cibis abstinentia, cui illustrando conferendus Guil. Stuckius lib. 3 Antiquitatum convivalium cap. 5. e veteribus Plutarchus 8 8 sympos. Gellius 4 11, Porphyrius quarto de abstinentia ab esu animantium.

h) *ἢ ἱερεὺς Αἰγύπτιος*] nam vulgus Aegyptiorum suilla carne non plane abstinuisse vel ex Theodorito constat. etiam Plutarchus libro de Iside et Osiride p. 354 scribit Aegyptios in plenilunio suem mactare solitos et comedere. de abstinentia Iudaeorum a carne porcina videndi Bochartus 2 57 Hierozoici, et Grotius ad Matthaei 8 21.

i) *νομιζομένων*] mss *νενομισμένων*.

P 184 k) *κρόμμυον*] vide quae viri docti ad Iuvenal. 15 9 *porrum et cepe nefas violare et frangere morsu.*

l) *Κασίῳ Διί*] de Iovis Casii cultu mentio apud Strabonem Lucanum Epiphanium Stephanum Byz. in *Κάσιον ὄρος*. hic Casius mons in Aegypto vicinus Pelusio, diversus a Casio Seleuciae prope Antiochiam, de quo Salmasius ad Solin. p. 568 et ad Hadrianum Spartiani c. 14.

m) *θᾶττον τὰς κεφαλὰς τῶν πατέρων*] respicit notos scholae Pythagoricae versiculos, quos Empedocli plerique, alii ut Didymus libro 2 Geoponicon cap. 35 Orpheo tribuunt:

*δειλοί, πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι*
*ἶσόν τοι κυάμους τρώγειν κεφαλάς τε τοκήων.*

*δὲ γεύσασθαι δοκοῦμεν ἡμεῖς ἀνίερον εἶναι, Θρᾳκῶν δὲ ἔνιοι*
*κυνοφαγεῖν*[n]) *ἱστοροῦνται. ἴσως δὲ καὶ παρ᾽ Ἕλλησι τοῦτο ἦν*
*σύνηθες· διόπερ καὶ Διοκλῆς*[o]) *ἀπὸ τῶν κατὰ τοὺς Ἀσκλη-*
*πιάδας ὁρμώμενος τισὶ τῶν πασχόντων σκυλάκεια δίδοσθαι κε-*
*λεύει κρέα. τινὲς δὲ καὶ ἀνθρώπων σάρκας*[p]), *ὡς ἔφην, ἀδιαφό-*
*ρως ἐσθίουσιν, ὅπερ ἀνίερον παρ᾽ ἡμῖν εἶναι νενόμισται. καίτοι* 226
*εἴ γε ἦν φύσει τὰ τῆς θρησκείας καὶ τῶν ἀθέσμων, παρὰ πᾶ-*
*σιν ἂν ὁμοίως ἐνομίζετο. παραπλήσια δέ ἐστι λέγειν καὶ περὶ*
*τῆς εἰς τοὺς κατοιχομένους ὁσιότητος*[q])· *οἱ μὲν γὰρ ὁλοκλήρως*
*περιστείλαντες τοὺς ἀποθανόντας γῇ καλύπτουσιν, ἀσεβὲς εἶναι*
*νομίζοντες*[r]) *ἡλίῳ δεικνύειν αὐτούς· Αἰγύπτιοι δὲ τὰ ἔντερα*
*ἐξελόντες ταριχεύουσιν αὐτούς, καὶ σὺν ἑαυτοῖς ὑπὲρ γῆς ἔχου-*
*σιν. Αἰθιόπων δὲ οἱ Ἰχθυοφάγοι εἰς τὰς λίμνας ἐμβάλλουσιν* 227
*αὐτοὺς ὑπὸ τῶν ἰχθύων βρωθησομένους· Ὑρκανοὶ δὲ κυσὶν αὐ-*
*τοὺς ἐκτίθενται βοράν, Ἰνδῶν δὲ ἔνιοι γυψί*[s]). *Τρωγλοδύτας*
*δέ*[t]) *φασιν ἐπί τινα γεώλοφον ἄγειν τὸν ἀποθανόντα, εἶτα δε-*

**225.** carnes vero caninas gustare nos profanum arbitramur, at nonnulli ex Thracibus canibus vesci narrantur. fortasse etiam in usu apud Graecos hoc fuit; unde et Diocles ex Asclepiadarum familia oriundus quibusdam aegrotis catulorum carnes dare praecepit. sunt et qui humanas carnes, ut dixi, indifferenter edant, quod apud nos profanum esse existimatur. **226.** atqui si a natura essent tam ea per quae pie sancteque coluntur dii, quam illa quae fiunt contra fas, apud omnes idem de illis esset iudicium. sed et de pietate erga mortuos his non dissimilia dici possunt; alii enim integra mortuorum corpora componentes terra tegunt, soli ostendere ipsos impium existimantes, at Aegyptii intestina extrahentes condiunt defunctos, et secum super terra habent. **227.** ex Aethiopibus autem Ichthyophagi in paludes ipsos coniiciunt piscibus escam futuros: Hyrcani vero canibus ipsos vorandos exponunt; aliqui ex Indis vulturibus etiam. Troglodytis autem moris esse aiunt, ut in aliquem collem defunctum adducant, deinde religato eius capite ad pedes saxis

---

n) *κυνοφαγεῖν*] Galenus lib. 3 de facultate alimentorum t. 4 edit. Basil. p. 337 *περὶ δὲ τῶν κυνῶν τί δεῖ καὶ λέγειν; ὡς τοὺς νέους τε καὶ λιπαροὺς αὐτῶν, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν εὐνουχισθῶσι, κατ᾽ ἔνια τῶν ἐθνῶν ἐσθίουσι πάμπολλα. καὶ πρὸς τούτοις τά τε τῶν πανθήρων οὐκ ὀλίγοι, καθάπερ γε καὶ τὰ τῶν ὄνων ὅταν εὐεκτοῦντες τύχωσιν, ὥσπερ οἱ ἄγριοι. ταῦτα μὲν οὐ μόνον ἐσθίουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπαινοῦσιν ἔνιοι τῶν ἰατρῶν.*

o) *Διοκλῆς*] hic est Diocles Carystius quem Hippocrati proximum nominat Celsus in prooemio. de eius scriptis dicetur a me accurate libro sexto Bibliothecae Graecae. Asclepiadarum familiam persequitur Henricus Meibomius commentario ad iusiurandum Hippocratis p. 4 seq.

p) *ἀνθρώπων σάρκας*] supra sect. 207.

q) *περὶ τῆς εἰς τοὺς κατοιχομένους ὁσιότητος*] varios mores gentium in tractandis corporibus defunctorum perstringunt Cicero lib. 1 Tusc. cap. 45, Laërtius 9 84, Silius 13 470 seq., Stobaeus florilegio capite *περὶ ταφῆς*, Lucianus *περὶ πένθους* t. 2 p. 306, e recentioribus Io. Kirchmannus in appendice ad libros de funeribus Romanorum cap. 2.

r) *ἀσεβὲς εἶναι νομίζοντες*] sententia haec Atheniensium, cadaveribus insepultis relictis *τοὺς ἄνω θεοὺς ἀσεβεῖσθαι*, uti constat vel ex Lysiae orat. 31 c. 3, ubi bellum cum Cadmeis ob negatam victis Adrasto et Polynici sepulturam susceptum memorat.

s) *Ἰνδῶν ἔνιοι γυψί*] similiter Persas Hispanorumque gentem Baudos corpora defunctorum vulturibus voranda obiecisse notat Bochartus t. 2 Hierozoici p. 318.

t) *Τρωγλοδύτας*] Troglodytae Aethiopibus et Arabibus vicini populi,

*σμεύσαντας αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν πρὸς τοὺς πόδας λίθοις βάλλειν μετὰ γέλωτος, εἶθ᾽ ὅταν χώσωσιν αὐτὸν τοῖς βαλλομένοις,*
228 *ἀπαλλάσσεσθαι. τινὲς δὲ βάρβαροι τοὺς μὲν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη*[u]) *γεγονότας θύσαντες ἐσθίουσι, τοὺς δὲ ἐν νεότητι ἀποθανόντας γῇ κρύπτουσιν. ἔνιοι δὲ καίουσι τοὺς τετελευτηκότας, ὧν οἱ μὲν*
P 185 *ἀναλαβόντες αὐτῶν τὰ ὀστέα*[x]) *κηδεύουσιν· οἱ δὲ ἀφροντίστως καταλείπουσιν ἐρριμμένα. Πέρσας δέ φασιν*[y]) *ἀνασκολοπίζειν τοὺς ἀποθανόντας καὶ νίτρῳ ταριχεύειν, εἶθ᾽ οὕτω τελαμῶσι συνει-*
229 *λεῖν· ἄλλοι δὲ ὅσον πένθος ἐπὶ τοῖς τελευτήσασιν ὑπομένουσιν, ὁρῶμεν. καὶ τὸν θάνατον δὲ αὐτὸν οἱ μὲν δεινὸν καὶ φευκτὸν εἶναι νομίζουσιν οἱ δὲ οὐ τοιοῦτον. ὁ γοῦν Εὐριπίδης*[z]) *φησίν*

**non sine risu petant. quum autem aggere iactorum lapidum eum operuerint, discedant. 228. sunt praeterea nonnulli barbari qui eos qui sexaginta annorum aetatem excesserunt, immolatos comedunt, at eos qui iuvenes obierint, terra condunt. aliqui etiam mortuos comburunt, ex quibus alii ossa eorum sumentes recondita asservant, alii temere proiecta relinquunt. a Persis autem aiunt suspendi mortuos et nitro condiri, ac tum demum fasciis involvi. alii vero quanto luctu mortuos prosequantur, videmus. 229. quin etiam mortem ipsam alii horrendam et fugiendam esse ducunt, alii vero nihil tale de ea existimant. nam et ipse Euripides ait**

---

de quibus idem referunt Agatharchides apud Photium cod. 250 p. 738 et Strabo 16 p. 758.

*u*) *τοὺς μὲν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη*] Scytharum hic mos, de quo supra sect. 210.

P 185 *x*) *ἀναλαβόντες τὰ ὀστέα*] nota est cura non ossilegii modo sive *ὀστολογίας* apud Graecos Romanosque, de qua Kirchmannus libro tertio de funeribus Rom. capite septimo, sed etiam defunctorum ossa componendi cineresque atque vasculis inclusa in monumentum recondendi, de quo ritu elegantissimus Broekhusius in notis ad Tibullum 3 2 p. 301.

*y*) *Πέρσας δέ φασιν*] diversa videntur et pugnantia quae de Persarum ritu cadavera curandi apud veteres scriptores traduntur, ut constat ex Barnabae Brissonii libro 2 de regno Persarum p. 351 seq. id quod partim diversis aetatibus tribuendum, partim etiam conciliari illa inter se commode possunt. ante Cambysem cremari mortuos Persis inauditum. neque postea id populo illi persuaderi potuit qui ignem ut deum coluere. at terrae mandasse cadavera longo etiam post Cambysem tempore magno consensu auctorum patet. quod vero noster ait solitos Persas cadavera prius *ἀνασκολοπίζειν* sive suspendere, eo pertinet, quod Herodotus lib. 1 c. 140 et alii scribunt avibus laceranda fuisse ante exposita quam humarentur. cera circumlinere atque *ταριχεύειν* consuevisse relictas ab avibus reliquias scribit idem Herodotus eodem loco: *κατακηρώσαντες τὸν νέκυν Πέρσαι γῇ κρύπτουσι*, ex quo petiisse id videntur Cicero 1 Tusculan. c. 45 et Strabo 15 p. 306. his neutiquam repugnat, quod noster pro cera nitrum nominat, nam et in mumiis sive conditis cadaveribus Aegyptiorum, quae ab Arabico *mum* quod ceram significat, nomen habent, nitrum admixtum esse norunt qui illa tractaverunt. ab eo tempore, ut ex Procopio et Agathia constat, nihil plane ex mortuorum corporibus Persae tumularunt, sed *τοὺς νεκροὺς ἅπαντας*, hoc est *tota cadavera* ut verbum illud apud Procopium videtur esse intelligendum, avibus et bestiis devoranda proiecerunt, quemadmodum hodieque a Persis fieri assolet, terram polluere veritis scilicet, ut praeter Thomam Herbertum p. 39 seq. itinerarii Anglice editi, aliosque refert Thomas Hyde de veteri religione Persarum cap. 34.

*z*) *ὁ γοῦν Εὐριπίδης*] praeter ea quae de his Tragici versibus annotavit Io. Potterus ad Clementem Alex. p. 517 edit. Oxon. et Menagius ad

τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν a) κάτω νομίζεται;

καὶ ὁ Ἐπίκουρος b) δέ φησιν, "ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ, τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς". φασὶ δὲ καὶ ὡς, εἴπερ συνεστήκαμεν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ὁ δὲ θάνατος διάλυσίς ἐστι ψυχῆς καὶ σώματος, ὅτε μὲν ἡμεῖς ἐσμεν, οὐκ ἔστιν ὁ θάνατος (οὐ γὰρ διαλυόμεθα), ὅτε δὲ ὁ θάνατός ἐστιν, οὐκ ἐσμὲν ἡμεῖς· τῷ γὰρ μηκέτι τὴν σύστασιν εἶναι τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος οὐδὲ ἡμεῖς ἐσμέν. ὁ δὲ Ἡρά- 230

ecquis scit utrum vivere istud sit mori,
contra mori aestimetur, infra vivere?

ipse quoque Epicurus ait, "mors nihil ad nos; nam quod dissolutum est, sensu caret: quod sensu caret, nihil ad nos". hoc etiam addunt, "si ex anima et corpore compositi sumus, mors autem dissolutio est animae et corporis, tum quidem quando sumus, non est mors (non enim dissolvimur), quum autem mors est, nos non sumus; nam quod non amplius sit illa animae et corporis compositio, ne nos quidem sumus. 230. Heraclitus autem ait et vitam et

---

Laërtii 9 73 ex Origine 7 contra Celsum p 366 et scholiaste Aristophanis ad Ranas vers. 1526, ubi ex Hippolyto Euripidis petiti esse notantur, iuvat observare quod in eodem scholiaste ad vers. 1114 dicuntur esse desumti ex Euripidis Phryxo. et Stobaeus in florileg. tit. 121, qui *ἔπαινος θανάτου* inscribitur, ex Euripidis Phryxo affert hos quattuor versiculos, ex quibus patet eandem sententiam saepius fortasse et pluribus locis Euripidem extulisse:

*τίς δ' οἶδεν εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν,*
*τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; πλὴν ὅμως βροτῶν*
*νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες*
*οὐδὲν νοσοῦσιν, οὐδὲ κέκτηνται κακά.*

e Phryxo quoque haustos ait Suidas in *τίς δ' οἶδεν*, sed is versui primo alterum subiunxit ex Aristophanis Ranis v. 1526, quem haud dubito ab Aristophane non ab Euripide fuisse compositum: *τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν καὶ καθεύδειν κώδιον*, ita vero ille est reddendus: quis scit *spirare an sit coenare et in molli dormire strato.* perstringit enim comicus hominem luxuriosum qui in conviviis et somno totam vitam consumebat. male interpretes Suidae et comici: *quis scit, dormire an sit villosa pellis?*

*a*) *τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν*] hucusque verba Euripidis nullo dramate eius nominato [videntur esse e Polyido] laudant Plato in Gorgia pag. 492 E Clemens 3 Strom. pag. 432 et Origenes loco supra laudato. in Laërtii 9 73 posterior versus ita suppletur: *τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν νομίζεται βροτοῖς* quod magis mihi probatur quam hocce in Sexti codicibus *ζῆν κάτω νομίζεται.* sensus certe est idem. fuit et cum suspicarer *τοῦτο ζῆν νομίζεται.* sed praestat annotare, quod Euripides hanc sententiam ab Heraclito mutuatus esse videtur, de quo mox ad sect. 230. illum imitatus Cicero in somnio Scipionis c. 3 *ii vivunt, qui ex corporum vinculis tamquam e carcere evolaverunt: vestra vero, quae dicitur, vita mors est.* Macrobius lib. 1 in somnium c. 10, Lactantius lib. 9 cap. 19 *hinc nata est inepta illa sententia, hanc esse mortem, quam nos vitam putemus, illam vitam quam nos pro morte timeamus.*

*b*) *καὶ ὁ Ἐπίκουρος*] ex eius *κυρίαις δόξαις* et epistola ad Menoeceum, apud Laërtium 10 124 seq. et 139 et nostrum infra adversus Grammaticos sect. 273, 283. Stobaeum florileg. sermone 119, Alex. Aphrodiseum in 1 Topicor. p. 9, Ciceronem 2 de Finibus c. 31 et 1 Tusc. cap. 38, Gellium 2 8, Tertullianum de anima c. 42, Lactantium 3 17, Ambrosium 3 epist. 25.

κλειτός[c]) φησιν, ὅτι καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ ἀποθανεῖν καὶ ἐν τῷ
P 186 ζῆν ἡμᾶς ἐστι καὶ ἐν τῷ τεθνάναι. ὅτε μὲν γὰρ ἡμεῖς ζῶμεν, τὰς ψυχὰς ἡμῶν τεθνάναι καὶ ἐν ἡμῖν τεθάφθαι, ὅτε δὲ ἡμεῖς ἀποθνήσκομεν, τὰς ψυχὰς ἀναβιοῦν καὶ ζῆν. ἔνιοι δὲ καὶ βέλτιον εἶναι τὸ ἀποθανεῖν τοῦ ζῆν ἡμᾶς ὑπολαμβάνουσιν. ὁ γοῦν Εὐριπίδης[d]) φησί

ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ᾽ ἔρχεται κακά,
τὸν δ᾽ αὖ θανόντα καὶ κακῶν πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας[e]) ἐκπέμπειν δόμων.

231 ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς ὑπολήψεως καὶ ταῦτα[f]) εἴρηται·

mortem esse et dum vivimus et dum morimur. nam cum nos vivimus, mortuas esse nostras animas et in nobis sepultas, cum autem morimur, animas reviviscere et vivere. sunt vero et qui mortem nobis esse vita potiorem existiment, quo pertinet id quod ait Euripides

nam nos decebat celebre cum coetu modo
lugere genitum, tanta qui intraret mala;
at qui labores morte finisset graves,
hunc laude amicos atquè laetitia exsequi.

231. ex eadem autem opinione et haec dicta fuerunt

---

c) ὁ δὲ Ἡράκλειδος] Heraclitus iunior in allegoriis Homericis sub Heraclidis nomine editis hanc affert Heracliti veteris philosophi sententiam p. 443 *θεοί, ἄνθρωποι ἀθάνατοι, ἄνθρωποι θεοὶ θνητοί, ζῶντες τὸν ἐκείνων θάνατον, θνήσκοντες τὴν ἐκείνων ζωήν.* eandem sententiam referunt Philo in fine libri 1 Allegoriarum Legis et Porphyrius de Nympharum antro p. 256. priorem partem tangunt etiam Maximus Tyrius diss. 29, Lucianus in *βίων πράσει* t. 1 p. 379 [c. 14] et Clemens Alex. 3 1. Paedagogi. idem Clemens 3 Strom. p. 432 *Ἡράκλειτος κακίζων φαίνεται τὴν γένεσιν, ἐπειδάν, φησί, γενόμενοι ζώειν ἐθέλωσι, μόρους τ᾽ ἔχειν, μᾶλλον δ᾽ ἀναπαύεσθαι, καὶ παῖδας καταλείπωσι μόρους γενέσθαι.* Plato in Gorgia p. 300 [492] *καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τεθνάμεν, ὅπερ ἤδη που ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τεθνάμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῶν σῆμα.* similia habet in Cratylo et alibi.

P 186 d) *ὁ γοῦν Εὐριπίδης*] ex Euripidis Cresphonte, ut testatur Cicero qui sic transtulit 1 Tusculan. c. 48

nam nos decebat, coetus celebrantes, domum
lugere ubi esset aliquis in lucem editus,
humanae vitae varia reputantes mala:
at qui labores morte finisset graves,
hunc omni amicos laude et laetitia exsequi.

interpretatio quam in versione Sexti adscripsi, Hugonis Grotii est ex eius Stobaeo serm. 121 florileg. p. 494. afferuntur etiam iidem versus a Platone sive Aeschine in Axiocho, Strabone 11 p. 520, Plutarcho de poëtis legendis p. 36, Dione Chrysostomo diss. 23 p. 276, Aristide defensione Themistoclis t. 3 p. 326, Clemente 3 Strom. p. 315, Theodorito Therapeut. 7 p. 71. vide Tho. Gatakerum Adversar. Misc. c. 10.

e) *χαίροντας εὐφημοῦντας*] Seneca in apocolocyntosi p. 848 *Claudium autem iubent omnes χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.*

f) *καὶ ταῦτα*] versus sunt notissimi Chalcidamantis et Theognidis, [425] quorum sententiam (reprehensam Epicuro apud Laërtium 10 126) alii quoque expresserunt. *itaque multi exstitere,* inquit Plinius praef. libri 7, *qui non nasci optimum censerent, aut quam ocissime aboleri.* Silenus a Mida captus teste Aristotele in Eudemo sive libro de animo apud Plutarchum Consolat. ad Apollonium p. 115 et Ciceronem 1 Tusc. c. 48 hoc ei muneris promissione dedit, ut eum doceret *non nasci homini longe optimum esse, proximum autem, quam primum mori.* idem Cicero in con-

*ἀρχὴν μὲν*[g]*) μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,*
*μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου*[h]*).*
*φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι*
*καὶ κεῖσθαι πολλὴν γαῖαν ἐφεσσάμενον*[i]*).*

*καὶ τὰ περὶ Κλέοβιν*[k]*) δὲ καὶ Βίτωνα ἴσμεν, ἅ φησιν ὁ Ἡρόδοτος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀργείας ἱερείας λόγῳ. ἱστοροῦνται δὲ καὶ* 232 *Θρᾳκῶν ἔνιοι*[l]*) περικαθεσθέντες τὸν γεννηθέντα θρηνεῖν. οὐδὲ ὁ θάνατος οὖν τῶν φύσει δεινῶν εἶναι νομίζοιτο ἄν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ζῆν τῶν φύσει καλῶν. οὐδὲ τῶν προειρημένων τί ἐστι φύσει τοῖον ἢ τοῖον, νομιστὰ*[m]*) δὲ πάντα καὶ πρός τι. τὸν αὐτὸν δὲ* 233

**prorsus non nasci mortalibus optima sors est,**
**nec lucem adspicere flammiferumque iubar,**
**at genito portas Orci subiisse repente,**
**et terrae pressum mole iacere gravi.**

**scimus vero et quae de Cleobi et Bitone feruntur, quae ab Herodoto in mentione Argivae sacerdotis commemorantur. 232. narrantur vero nonnulli etiam ex Thracibus circumstantes infantem in lucem editum lugere. ergo neque mors inter ea quae natura sunt horrenda nec vita inter ea quae sunt natura bona annumerari debet. nec quicquam ex supra dictis natura tale est vel tale, sed omnia sunt opinione tenus et ad aliquid. 233. eundem autem ra-**

---

solatione apud Lactantium 3 19 *non nasci longe optimum nec in hos scopulos incidere vitae; proximum autem si natus sis, tamquam ex incendio effugere fortunae.*

*g*) *ἀρχὴν μέν*] ita legit etiam Stobaeus, versus hos bis referens in Florilegio, tit. 121, semel sub Chalcidamantis, cuius sunt duo hexametri, et semel sub Theognidis nomine, qui pentametros interposuit. Procopius sophista epist. 47 ad Gessium, *ἐπαινῶ τὸν εἰπόντα, ὅστις ποτὲ ἦν ὁ τοῦ λόγου πατήρ, ὡς ἀρχῆθεν* (puto legendum *ἀρχὴν*) *μὴ φῦναι τοῖς ἐπὶ γῆς ἄριστον, φύντα δ' ὅτι τάχιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι.* est autem *ἀρχὴν omnino, prorsus*, ut iam notavimus supra l. 2 sect. 50. at in codicibus vulgatis Theognidis vers. 425 et apud Clementem Alex. 3 Strom. p. 432 legas *πάντων μέν.*

*h*) *μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου*] sic e mss et Theognidis atque Stobaei codicibus. male editi: *μηδ' ἰδέειν αὐγὰς τὰς ὀξέος ἠελίοιο.* in Clementis codicibus est *μηδ' ἐσορᾶν.* geminum Theognidis dicto illud Alexidis comici, laudatum etiam Erasmo in proverbio, *optimum non nasci:*

*τὸ μὴ γενέσθαι μὲν κράτιστον ἔστ' ἀεί,*
*ἐπὰν γένηται δ' ὡς τάχιστ' εἶναι τέλος.*

*i*) *γαῖαν ἐφεσσάμενον*] codices Theognidis Clementis ac Stobaei, *γῆν ἐπαμησάμενον.*

*k*) *τὰ περὶ Κλέοβιν*] Herodotus lib. 1 c. 31, quem locum nota a Sexto hic *λόγον περὶ τῆς Ἀργείας ἱερείας* appellari. ita saepe veteres quando vel sua vel aliorum dicta allegant appellare solent *λόγον* non peculiare aliquod scriptum, sed locum aliquem scripti longe alterius argumenti, de re illa tractantem. post Herodotum plurimi hanc de Cleobi ac Bitone fabellam tangunt scriptores, Plato sive Aeschines in Axiocho, Cicero lib. 1 Tusculan. cap. 47, Plutarchus consolatione ad Apollonium p. 108 et in Solone p. 93 seq. Valerius Max. 5 5 extern. 4, Stobaeus serm. 121, Clemens 3 Strom. p. 316. Lucianus in Contemplantibus t. 1. p. 349, Tertullianus 2 9 contra nationes etc. veteri marmore expressos Argivos iuvenes cum matre Cydippe habes in Begeri spicilegio antiquitatis p. 146.

*l*) *Θρᾳκῶν ἔνιοι*] etiam hoc memoria proditum ab Herodoto 5 4 et post eum a multis aliis.

*m*) *νομιστά*] ms Vratislav. *νομιστεί.*

τρόπον τῆς ἐπιχειρήσεως μεταφέρειν ἐστὶ καὶ ἐφ' ἕκαστον τῶν ἄλλων, ἃ μὴ ἐξεθέμεθα νῦν διὰ τὴν συντομίαν τοῦ λόγου· εἰ
P 187 δὲ καὶ περί τινων μὴ ἔχομεν εἰπεῖν αὐτόθεν ἀνωμαλίαν, λεκτέον ὅτι ἐν τισιν ἔθνεσιν ἀγνοουμένοις ἡμῖν ἐνδέχεται καὶ περὶ αὐτῶν
234 εἶναι διαφωνίαν. ὡς οὖν εἰ μὴ ἐγιγνώσκομεν, εἰ τύχοι, τὸ περὶ τοῦ τὰς ἀδελφὰς γαμεῖν[n]) τῶν Αἰγυπτίων ἔθος, οὐκ ἂν ὀρθῶς διεβεβαιούμεθα ὁμολογούμενον παρὰ πᾶσιν εἶναι τὸ μὴ δεῖν ἀδελφὰς γαμεῖν· οὕτως οὐδὲ περὶ τῶν πραγμάτων ἐκείνων ἐν οἷς οὐχ ὑποπίπτουσιν ἡμῖν ἀνωμαλίαι διαβεβαιοῦσθαι προσήκει μὴ εἶναι διαφωνίαν ἐν αὐτοῖς, ἐνδεχομένου, καθάπερ ἔφην, τοῦ παρά τισιν ἔθνεσι τῶν ἡμῖν μὴ γινωσκομένων τὴν περὶ αὐτῶν
235 εἶναι διαφωνίαν. ὁ τοίνυν Σκεπτικὸς τὴν τοσαύτην ἀνωμαλίαν τῶν πραγμάτων ὁρῶν ἐπέχει μὲν περὶ τοῦ φύσει τι ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἢ ὅλως πρακτέον ἢ μὴ πρακτέον εἶναι, κἀν τούτῳ τῆς Δογματικῆς ἀφιστάμενος προπετείας, ἕπεται δὲ ἀδοξάστως[o]) τῇ βιωτικῇ τηρήσει· καὶ διὰ τοῦτο ἐν μὲν τοῖς δοξαστοῖς ἀπαθὴς
236 μένει, ἐν δὲ τοῖς κατηναγκασμένοις μετριοπαθεῖ· ὡς μὲν γὰρ ἄνθρωπος αἰσθητικὸς πάσχει, μὴ προσδοξάζων δὲ ὅτι τοῦτο ὃ πάσχει κακόν ἐστι φύσει μετριοπαθεῖ. τὸ γὰρ προσδοξάζειν τι τοιοῦτο χεῖρόν ἐστι καὶ αὐτοῦ τοῦ πάσχειν, ὡς ἐνίοτε τοὺς μὲν τεμνομένους ἢ ἄλλο τι τοιοῦτο πάσχοντας φέρειν, τοὺς δὲ παρεστῶτας διὰ τὴν περὶ τοῦ γινομένου δόξαν ὡς φαύλου λειπο-
237 ψυχεῖν. ὁ μέντοι γε ὑποθέμενος τῇ φύσει τι ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἢ ὅλως πρακτέον ἢ μὴ πρακτέον εἶναι, ταράσσεται ποικίλως[p])·

**tiocinandi modum etiam ad unumquodque ex aliis transferre possit quispiam, quae nunc brevitatis rationem habentes non exposuimus. quodsi de quibusdam quae sit discrepantia, ostendere illico non possumus, dicendum est fieri posse, ut in aliquibus nationibus quas ignoremus sit de iis quoque controversia. 234. nam ut si nesciremus verbi gratia Aegyptiorum consuetudinem esse, ut sorores ducant in uxores, falso affirmaremus apud omnes pro confesso et indubitato haberi, non esse contrahendum cum sororibus matrimonium; ita nec de rebus illis, in quibus eae quae sunt discrepantiae, sub sensus nostros non cadunt, affirmare decet non esse de ipsis controversiam, cum fieri possit, sicut dixi, ut apud aliquas nobis ignotas nationes sit de iis controversia. 235. Scepticus ergo tantam rerum cernens discrepantiam de hoc quidem, quid natura bonum, quid malum et quid faciendum quid non, retinet assensum, hac etiam in parte a Dogmaticorum temeritate procul discedens; sequitur vero citra ullum dogma observationem vitae communis. et propterea in iis quidem quae opinabilia sunt passionis expers manet, at in iis quae coacta sunt moderate passionibus afficitur. 236. nam patitur quidem quatenus est homo sentiendi facultate praeditus; sed non assumens illam praeterea opinionem, nimirum id quod patitur natura malum esse, moderationem in iis quae patitur servat; nam addere sibi talem aliquam opinionem, peius est quam ipsum pati; adeo ut aliquando ii quibus aliquod membrum absciuditur aut qui tale aliquid patiuntur, id tolerent, at qui illis adstant eo quod opinionem illam conceperint de eo quod fit, esse malum, animo linquantur. 237. nam ille quidem certe qui sibi aliquid natura bonum aut malum, vel prorsus faciendum aut non faciendum esse statuit, varie turbatur.**

---

P 187 *n*) τὰς ἀδελφὰς γαμεῖν] supra sect. 205.

*o*) ἀδοξάστως] supra lib. 1 sect. 13.

*p*) ταράσσεται ποικίλως] finis autem Sceptices ἀταραξία, lib. 1 sect. 25.

καὶ γὰρ παρόντων αὐτῷ τούτων ἃ νομίζει φύσει κακὰ εἶναι,
ποινηλατεῖσθαι δοκεῖ, καὶ τῶν φαινομένων ἀγαθῶν αὐτῷ γινό-
μενος ἐγκρατής, ὑπό τε τοῦ τύφου καὶ τοῦ περὶ τὴν ἀποβολὴν
αὐτῶν φόβου καὶ εὐλαβούμενος μὴ πάλιν ἐν τοῖς φύσει κακοῖς
νομιζομένοις παρ᾽ αὐτῷ γένηται, ταραχαῖς οὐχὶ ταῖς τυχούσαις
περιπίπτει· τοὺς γὰρ ἀναπόβλητα εἶναι τὰ ἀγαθά[q]) λέγοντας 238
ἐφέξομεν ἐκ τῆς ἀπορίας τῆς κατὰ τὴν διαφωνίαν[r]). ὅθεν ἐπι-
λογιζόμεθα ὅτι, εἰ τὸ κακοῦ ποιητικὸν, κακόν ἐστι καὶ φευκτόν,
ἡ δὲ πεποίθησις τοῦ τάδε μὲν εἶναι φύσει ἀγαθὰ τάδε δὲ κακά, P 188
ταραχὰς ποιεῖ· κακόν ἐστι καὶ φευκτὸν τὸ ὑποτίθεσθαι καὶ πε-
ποιθέναι φαῦλόν τι ἢ ἀγαθὸν ὡς πρὸς τὴν φύσιν εἶναι. ταῦτα
μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκεῖ λελέχθαι περὶ ἀγαθῶν καὶ κα-
κῶν καὶ ἀδιαφόρων.

## ΚΕΦ. κε'.

## Εἰ ἔστι τέχνη περὶ βίον.

Δῆλον δὲ ἐκ τῶν προειρημένων ὅτι οὐδὲ τέχνη τις[s]) ἂν 239
εἴη περὶ τὸν βίον· εἰ γάρ ἐστι τοιαύτη τέχνη, περὶ τὴν θεωρίαν
τῶν τε ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀδιαφόρων ἔχει. δι᾽ ὃ
τούτων ἀνυπάρκτων ὄντων ἀνύπαρκτός ἐστι καὶ ἡ περὶ τὸν βίον

nam et cum accidunt illi ea quae vere ac per naturam mala esse existimat, poenis affici videtur et cum iis quae ipsi bona videntur, potitus fuerit et ob elatum nimia laetitia inflatumque animum et prae metu illa amittendi, nec non dum timet ne rursus in iis versetur quae natura mala existimantur ab eo, in perturbationes non mediocres incidit. 238. nam iis qui bona dicunt amitti non posse, ex dubitatione quam affert controversia, silentium imponemus. unde ratiocinantes colligimus, si, quod mali effectivum est, malum et fugiendum sit, persuasio autem haec qua quis sibi persuadet, haec quidem esse bona secundum naturam, illa autem mala, perturbationes excitet: malum esse et fugiendum sibi proponere et persuasum habere quidpiam esse malum aut bonum quod ad naturam spectat. et haec quidem in praesentia de bonis et malis et indifferentibus dixisse sufficiat.

## CAP. XXV.

## An sit ars circa vitam.

239. Ex supra dictis autem ne artem quidem ullam circa vitam esse perspicuum est; si enim est talis ars, circa bonorum et malorum et indifferentium considerationem versatur. itaque cum haec nulla existant, nec existit quae circa vitam esse dicitur ars. et alioqui cum non consensu uno

---

q) *ἀναπόβλητα εἶναι τὰ ἀγαθά*] in Demophili Pythagorici sententia prima statim legas: *δῶρον θεοῦ πᾶν ἀναφαίρετον.* Sextus sentent. 81 *quod deus tibi dat, nullus auferre potest.* Cynicorum dogma: *ἀναπόβλητον εἶναι τὴν ἀρετήν.* Laërt. 6 105 et Suid in *Κυνισμός.* Stoicorum quoque, e quibus Seneca epist. 50 *semel traditi boni perpetua possessio est, non dediscitur virtus.* idem epist. 72 *maximum illud bonum est fixum.* sic Cleanthes apud Laërtium 7 127 Epicuri quoque scitum, non desciscere a sapientia *τὸν ἅπαξ γενόμενον σοφόν*, Laërt. 10 117, 128.

r) *κατὰ τὴν διαφωνίαν*] nam ex ipsis Stoicis Chrysippus docuit virtutem amitti posse atque esse *ἀποβλητήν*, Laërt. 7 127 ad quem locum, eandem Platonis et Aristotelis sententiam fuisse, Menagius annotavit.

s) *ὅτι οὐδὲ τέχνη τις*] conferendus liber adversus Ethicos. P 188

τέχνη. καὶ ἄλλως ἐπεὶ μὴ ὁμοφώνως μίαν [t]) ἀπολείπουσι πάντες οἱ Δογματικοὶ τέχνην περὶ τὸν βίον, ἀλλ' ἄλλοι ἄλλην ὑποτίθενται, ὑποπίπτουσι τῇ διαφωνίᾳ καὶ τῷ ἀπὸ τῆς διαφωνίας
240 λόγῳ, ὃν ἠρώτησα ἐν τοῖς περὶ ἀγαθοῦ [u]) λελεγμένοις ἡμῖν. εἰ μέντοι καὶ μίαν εἶναι πάντες λέγοιεν καθ' ὑπόθεσιν τὴν περὶ τὸν βίον τέχνην, οἷον τὴν ἀοίδιμον φρόνησιν [x]), ἥτις ὀνειροπολεῖται μὲν παρὰ Στωικοῖς, μᾶλλον δὲ πληκτικωτέρα τῶν ἄλλων εἶναι δοκεῖ, καὶ οὕτως οὐδὲν ἧττον ἀτοπίαι παρακολουθήσουσιν· ἐπεὶ γὰρ φρόνησίς ἐστιν ἀρετή, τὴν δὲ ἀρετὴν μόνος εἶχεν ὁ σοφός [y]), οἱ Στωικοὶ μὴ ὄντες σοφοὶ [z]) οὐχ ἕξουσι τὴν περὶ τὸν
241 βίον τέχνην. ὅλως δέ, ἐπεὶ μὴ δύναται κατ' αὐτοὺς ὑποστῆναι τέχνη [a]), οὐδὲ περὶ τὸν βίον ἔσται τέχνη τις ὅσον ἐφ' οἷς λέγουσιν. οἷον γοῦν τέχνην εἶναί φασι σύστημα ἐκ καταλήψεων*), κατάληψιν δὲ [b]) καταληπτικῇ φαντασίᾳ συγκατάθεσιν. ἀνεύρετος δέ ἐστιν ἡ καταληπτικὴ φαντασία [c])· οὔτε γὰρ πᾶσα φαντασία

relinquant artem unam circa vitam omnes Dogmatici, sed aliam alii supponant, obnoxii redduntur controversiae et ratiocinationi ex discordia sumptae, quam cum de bono verba facerem proposui. 240. sed etiam si omnes, ut hoc supponamus, dicerent unam esse artem circa vitam, verbi gratia, celeberrimam illam prudentiam, quae apud Stoicos quidem somniatur, magis autem videtur premere quam aliae, consequentur nihilominus absurditates. quia enim prudentia est virtus, virtutem autem solus habet sapiens, Stoici cum non sint sapientes, non habebunt eam quae circa vitam est artem. 241. atque omnino cum non possit, qualem illi aiunt, subsistere ars, ne ars quidem ulla circa vitam erit, si ea quae dicunt, sequamur. etenim artem esse tradunt, quae constat ex comprehensionibus, comprehensionem autem esse, si quis comprehensivae phantasiae assentiatur. inveniri porro nequit comprehensiva phantasia: nam nec omnis phantasia comprehensiva

---

*t*) *μὴ ὁμοφώνως μίαν*] Lucianus in Hermotimo sive de sectis t. 1 p. 764 *ὁδός γε μὴν οὐ μία καὶ ἡ αὐτὴ φαίνεται, ἀλλὰ πολλαὶ καὶ διάφοροι καὶ οὐδὲν ἀλλήλαις ὅμοιαι· ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ τὰ ἑσπέρια, ἡ δὲ ἐπὶ τὴν ἕω φέρειν ἔοικεν, ἡ δὲ* etc.

*u*) *ἐν τοῖς περὶ ἀγαθοῦ*] supra sect. 180 et 238.

*x*) *τὴν ἀοίδιμον φρόνησιν*] videndus liber adversus Ethicos.

*y*) *τὴν ἀρετὴν μόνος εἶχεν ὁ σοφός*] qui solus etiam omnia recte et quicquid agit secundum virtutem agit. vide Lipsium lib. 3 Manuduct. diss. 15.

*z*) *οἱ Στωικοὶ μὴ ὄντες σοφοί*] Empedoclis dictum *ἀνεύρετος ὁ σοφός* Laërtio 9 20 memoratum probabant hactenus Stoici, ut multa quidem et praeclara de sapiente suo praedicarent, haud diffiterentur tamen inter homines tam perfectum virtutis exemplum reperiri, *μέχρι τοῦ νῦν ἀνευρέτου ὄντος κατὰ τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς τοῦ σοφοῦ*, ut noster loquitur lib. 1 adversus Physicos sect. 100. *eam sapientiam interpretantur*, inquit Cicero Laelio cap. 5, *quam adhuc mortalis nemo est consecutus.* confer Lipsium Manuduct. lib. 2 diss. 8.

*a*) *μὴ δύναται κατ' αὐτοὺς ὑποστῆναι τέχνη*] supra sect. 188 seq. de definitione autem Stoicorum, quod ars sit quae constat multis animi perceptionibus *συγγεγυμνασμέναις* sive coexercitatis, videndus Petrus Faber ad Ciceronis Lucullum p. 29 seq. et Ioannes Rosa p. 37 b. eadem saepius apud nostrum recurrit, ut lib. 1 contra Logicos sect. 109, 373.

[*]) legebatur *ἐγκαταλήψεων.*]

*b*) *κατάληψιν δέ*] supra lib. 2 sect. 4.

*c*) *καταληπτικὴ φαντασία*] eam oppugnavit supra lib. 2 sect. 53 seq.

καταληπτική ἐστιν οὔτε ποία τίς ἐστιν ἀπὸ τῶν φαντασιῶν ἡ
καταληπτικὴ φαντασία ἐπιγνωσθῆναι δύναται, ἐπεὶ μήτε πάσῃ
φαντασίᾳ δυνάμεθα κρίνειν ἁπλῶς, τίς μέν ἐστι καταληπτική,
τίς δὲ οὐ τοιαύτη, χρῄζοντες δὲ καταληπτικῆς φαντασίας εἰς τὴν
ἐπίγνωσιν τοῦ ποία τίς ἐστιν ἡ καταληπτικὴ φαντασία εἰς ἄπει-
ρον ἐκβαλλόμεθα εἰς ἐπίγνωσιν τῆς λαμβανομένης [d]) ὡς κατα-
ληπτικῆς φαντασίας καταληπτικὴν φαντασίαν ἄλλην αἰτούμενοι. P 189
ταῦτά τοι καὶ οἱ Στωικοὶ ἐν τῇ τῆς καταληπτικῆς φαντασίας 242
ἐννοίας ἀποδόσει οὐχ ὑγιῶς φέρονται· καταληπτικὴν μὲν γὰρ
φαντασίαν λέγοντες τὴν ἀπὸ ὑπάρχοντος γενομένην [e]), ὑπάρχον
δὲ εἶναι λέγοντες ὃ οἷόν τε κινεῖν καταληπτικὴν φαντασίαν, εἰς
τὸν διάλληλον ἐμπίπτουσιν τῆς ἀπορίας τρόπον. εἰ τοίνυν, ἵνα
μὲν περὶ τὸν βίον ᾖ τις τέχνη, δεῖ πρότερον εἶναι τέχνην, ἵνα
δὲ ὑποστῇ τέχνη, κατάληψιν προϋφεστάναι, ἵνα δὲ ὑποστῇ
κατάληψις, καταληπτικῇ φαντασίᾳ συγκατάθεσιν κατειλῆφθαι,
ἀνεύρετος δέ ἐστιν ἡ καταληπτικὴ φαντασία, ἀνεύρετός ἐστιν ἡ
περὶ τὸν βίον τέχνη. ἔτι κἀκεῖνο λέγεται, πᾶσα τέχνη ἐκ τῶν 243
ἰδίως [f]) ὑπ' αὐτῆς ἀποδιδομένων ἔργων καταλαμβάνεσθαι δοκεῖ,
οὐδὲν δέ ἐστιν ἴδιον ἔργον τῆς περὶ τὸν βίον τέχνης· ὃ γὰρ
ἐὰν *) ἔργον εἶναι ταύτης λέγῃ τις, τοῦτο κοινὸν εὑρίσκεται καὶ
τῶν ἰδιωτῶν, οἷον τὸ τιμᾶν γονεῖς, τὸ παραθήκας ἀποδιδόναι,
τἄλλα πάντα [g]). οὐκ ἄρα ἔστι τις περὶ τὸν βίον τέχνη· οὔτε
γὰρ ἐκ τοῦ ἀπὸ φρονίμης διαθέσεως φαίνεσθαι γινόμενόν τι ὑπὸ

est nec quaenam sit ex phantasiis comprehensiva dignosci potest, quia nec omni phantasia possumus iudicare simpliciter quae sit comprehensiva et quae non sit; et cum egeamus comprehensiva phantasia ad dignoscendum quae sit comprehensiva phantasia, ad infinitum compellimur, cum a nobis alia comprehensiva phantasia postuletur ad dignoscendam illam quam ut comprehensivam phantasiam sumebamus. 242. Stoici ergo talem nobis comprehensivae phantasiae notionem exhibentes veritatem non sequuntur; nam cum comprehensivam phantasiam esse dicant quae ab ente orta sit, ens autem esse quod comprehensivam phantasiam movere potest, in vitiosum probandi unum per alterum mutuo dubitationis modum incidunt. si igitur ut circa vitam sit ars aliqua, prius oportet artem esse; ut autem constet ars, oportet esse prius comprehensionem; utque subsistat comprehensio, assensum quo comprehensivae phantasiae astipulamur, comprehensum esse: inveniri autem nequit comprehensiva phantasia; inveniri non potest quae circa vitam ars esse dicitur. 243. illud praeterea affertur: omnis ars ex iis operibus quae proprie exhibentur ab ipsa, comprehendi videtur; atqui nullum proprium exstat opus artis quae circa vitam est. nam quodcumque dixerit quis esse huius opus, illud commune esse etiam cum rudi et imperita multitudine reperitur, quale est, honorare parentes, deposita reddere et alia omnia. non ergo est ulla circa vitam ars. neque enim

---

d) τῆς λαμβανομένης] ita mss pro καταλαμβανομένης, quod editi habebant.

e) τὴν ἀπὸ ὑπάρχοντος γενομένην] confer lib. 2 adversus Logicos sect. P 189
86 et adversus Ethicos. pro γενομένην quidam codices γινομένην, uti passim haec tria promiscue poni solent γεν. γιν. et γιγνόμενα.

f) πᾶσα τέχνη ἐκ τῶν ἰδίως] fusius hoc argumentum exponit libro adversus Ethicos.

[*) ἂν?]

g) τἄλλα πάντα] mss τὰ ἄλλα. sed iam supra annotavi frequens hoc esse ut codices alii dictiones eiusmodi coniungant alii dissolvant ac distrahant.

*τοῦ φρονίμου ἢ ποιούμενον, ὥς φασί τινες, ἐπιγνωσόμεθα ὅτι*
244 *τῆς φρονήσεως ἔργον ἐστίν. αὐτὴ γὰρ ἡ φρονίμη διάθεσις ἀκατάληπτός ἐστι, μήτε ἐξ αὐτῆς ἁπλῶς καὶ αὐτόθεν φαινομένη μήτε ἐκ τῶν ἔργων αὐτῆς· κοινὰ γάρ ἐστι ταῦτα καὶ τῶν ἰδιωτῶν. τό τε λέγειν ὅτι τῷ διομαλισμῷ*[h]*) τῶν πράξεων καταλαμβάνομεν τὸν ἔχοντα τὴν περὶ τὸν βίον τέχνην, ὑπερφθεγγομένων ἐστὶ τῶν ἀνθρώπων φύσιν καὶ εὐχομένων μᾶλλον ἢ τἀληθῆ λεγόντων.*

*τοῖος γὰρ νόος*[i]*) ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,*
*οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.*

245 *λείπεται λέγειν ὅτι ἐξ ἐκείνων ἔργων καταλαμβάνεται ἡ περὶ τὸν βίον τέχνη, ἅπερ ἀναγράφουσιν ἐν ταῖς βίβλοις· ὧν πολλῶν καὶ*
P 190 *παραπλησίων ἀλλήλοις ὄντων ὀλίγα ἐκθήσομαι παραδείγματος χάριν. οἷον γοῦν ὁ αἱρεσιάρχης αὐτῶν Ζήνων ἐν ταῖς διατριβαῖς*[k]*) φησι περὶ παίδων ἀγωγῆς ἄλλα τε ὅμοια καὶ τάδε "διαμηρίζειν*[l]*) μηδὲν μᾶλλον μηδὲ ἧσσον παιδικὰ ἢ μὴ παιδικὰ μηδὲ*

ex eo quod ex prudenti animi habitu aliquid dici aut fieri a prudente videatur, ut aiunt quidam, quodnam sit prudentiae opus cognoscemus. 244. nam ipse prudens animi habitus incomprehensibilis est, cum neque ex se ipso simpliciter et per se neque ex suis operibus appareat; nam haec illi etiam cum imperito vulgo sunt communia. dicere autem nos ex perpetua aequabilitate actionum comprehendere qui sint illi qui habeant artem quae circa vitam est, hominum est ultra naturam humanam loquentium et potius optantium quam vera dicentium.

tali etenim mente est mortalis praeditus omnis,
qualis missa dies a patre hominumque deumque.

245. superest ut artem hanc quae circa vitam versatur ex illis operibus quae in suis libris describunt, comprehendi dicamus. quae cum multa et inter se similia sint, pauca exempli gratia commemorabo. ipse ergo princeps sectae eorum Zenon in diatribis sive disputationibus de puerorum institutione cum alia similia tum vero haec dicit *dividere nihilo magis nec minus amasios*

---

*h) τῷ διομαλισμῷ*] ut in omnibus sibi sit similis vir probus et ab omnibus vitiis aeque sibi caveat, sive ut laudato libro loquitur, *τὸ ἕκαστον τῶν πραττομένων ἀπὸ ἀρίστης διαθέσεως πράττῃ.*

*i) τοῖος γὰρ νόος*] celebratissima sed frequenter in peius accepta Homeri sententia Odyss. Σ 135, de qua operae pretium est videre eruditam Merici Casauboni diatribam, Lond. 1658 et ad calcem epistolarum eius p. 174 seq. et quae Iacobus Duportus in Gnomologia Homerica p. 252-254. eos versus Latine ita vertit Cicero apud Augustinum 5 8 de Civitate dei:

tales sunt hominum mentes, quali pater ipse
Iuppiter auctiferas lustravit lumine terras.

Archilochus Homerum imitatus apud Laërtium 9 71, Plutarchum sive Dionysium Halicarnass. in Homeri vita p. 366, Theonem progymnasm. p. 7, Sextum 1 adversus Logicos et Suidam in *Πυρρώνιοι.*

*τοῖος ἀνθρώποισι θυμός, Γλαῦκε, Λεπτίνεω παῖ,*
*γίνεται θνητοῖς ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει.*

Homeri versus citantur etiam a nostro lib. contra Astrologos sect. 4 et adversus Logicos lib. 1.

P 190 *k) Ζήνων ἐν ταῖς διατριβαῖς*] Zenonis *διατριβάς* memorat Laërtius 7 34 et noster libro adversus Ethicos, ubi plura eiusdem furfuris ex illis adducit. alia Zenonis Citiei scripta rettuli 3 15 bibl. Graecae. ad Zenonis hoc opus respexit Gellius in prooemio: *sunt etiam qui pandectas inscripserunt libros suos, sunt autem qui diatribas.*

*l) διαμηρίζειν*] ita legendum; male enim in editis erat *διαμερίζειν.*

θήλεα ἢ ἄρρενα· οὐ γάρ ἐστι παιδικοῖς ἄλλα ἢ μὴ παιδικοῖς,
οὐδὲ θηλείαις ἢ ἄρρεσιν, ἀλλὰ ταὐτὰ πρέπει τε καὶ πρέποντά
ἐστι". περὶ δὲ τῆς εἰς τοὺς γονεῖς ὁσιότητος ὁ αὐτὸς ἀνήρ φησιν 246
εἰς τὰ περὶ τὴν Ἰοκάστην καὶ τὸν Οἰδίποδα, ὅτι οὐκ ἦν δεινὸν
τρίβειν τὴν μητέρα. "καὶ εἰ μὲν ἀσθενοῦσαν ἕτερόν τι μέρος
τοῦ σώματος τρίψας ταῖς χερσὶν ὠφελεῖ, οὐδὲν αἰσχρόν· εἰ δὲ
ἕτερα μέρη τρίψας εὔφραινεν, ὀδυνωμένην παύσας καὶ παῖδας
ἐκ τῆς μητρὸς γενναίους ἐποίησεν, αἰσχρόν" m); τούτοις δὲ ὁμο-
γνωμονεῖ καὶ ὁ Χρύσιππος· ἐν γοῦν τῇ Πολιτείᾳ n) φησί "δοκεῖ
δέ μοι ταῦτα οὕτω διεξάγειν, καθάπερ καὶ νῦν οὐ κακῶς παρὰ
πολλοῖς εἴθισται· ὥστε καὶ τὴν μητέρα ἐκ τοῦ υἱοῦ τεκνοποιεῖ-
σθαι καὶ τὸν πατέρα ἐκ τῆς θυγατρός· καὶ τὸν ὁμομήτριον ἐκ
τῆς ὁμομητρίας". καὶ ἀνθρωποφαγεῖν o) ἐν τοῖς αὐτοῖς συν- 247
τάγμασιν ἡμῖν ἐπεισάγει· φησὶ γοῦν p) "καὶ ἐὰν τῶν ζώντων
ἀποκοπῇ τι μέρος πρὸς τροφὴν χρήσιμον, μήτε κατορύττειν αὐτὸ
μήτε ἄλλως ῥίπτειν, ἀναλίσκειν δὲ αὐτό, ὅπως ἐκ τῶν ἡμετέ-
ρων ἕτερον μέρος γένηται. ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ καθήκοντος q) 248

*quam non amasios, feminas quam mares; non enim sunt alia quae amasios et non amasios vel feminas aut mares deceant, sed eadem illos decent.* 246. de pietate autem erga parentes idem ait, de Iocastae et Oedipodis facto loquens, non fuisse mirum si matrem fricaret. *nam si quidem aegrotantem alia parte corporis fricans manibus ei adiumentum aliquod afferebat, nihil in eo erat turpitudinis; si alias partes fricans delectabat, aegritudinem illi adimens, adeo ut ingenuos ex matre liberos procrearit, an turpe censebitur?* his autem Chrysippus adstipulans in Politia scribit, *videntur autem mihi et haec ita esse transigenda, quemadmodum nunc quoque non male apud quosdam in more posita sunt, ut et mater ex filio et pater ex filia et frater ex germana sorore liberos procreet.* 247. quin etiam in iisdem libris humanarum carnium esum inducit. ait enim: *quodsi ex vivis abscindatur aliqua pars ad esum utilis, neque defodere illam neque temere proiicere, sed eam consumere, ut ex nostris alia pars fiat.* 248. in libris autem de officio de

---

est autem *διαμηρίζειν* obscoenum, ut apud Ciceronem in epistola ad Paetum *divisor* et *intercapedo*, 9 22 ad Familiar. eo saepius utitur Aristophanes in Avibus versu 670 707 1254. noster laudato adversus Ethicos loco ex eodem Zenone: *διαμεμήρικας τὸν ἐρώμενον.* Plutarchus 3 6 Sympos. *νὴ τὸν κύνα καὶ τοὺς Ζήνωνος διαμηρισμούς.* Cleanthes apud Laërtium 7 172 *σὺ μὲν τοὺς διαμηρισμοὺς ἔχε, μειράκιον.* plura ad eum locum Menagius et ante hunc doctissimus vir Paulus Leopardus 17 22 Emendationum. etiam apud Hebraeos ירך sive *μηρόν* honeste pro honesta parum parte viri pariter et mulieris poni notavit Daniel Heinsius p. 706 Aristarchi sacri edit. in fol.

*m*) *αἰσχρόν*] in libro adversus Ethicos, ubi idem Zenonis dictum refertur, legas: *τί ἦν αἰσχρόν;* quod hoc loco nolui repugnantibus mss ingerere, quia sic quoque sensus constat.

*n*) *ἐν γοῦν τῇ Πολιτείᾳ*] Chrysippi opus de rep. allegat etiam Plutarchus de repugnantiis Stoicorum p. 1044. Laërtius 7 131, 138 et noster laudato adversus Ethicos loco.

*o*) *καὶ ἀνθρωποφαγεῖν*] supra sect. 207.

*p*) *φησὶ γοῦν*] in opere *περὶ δικαιοσύνης*, ex quo eadem verba affert noster libro adversus Ethicos. plures autem de iustitia libros Chrysippus scripserat, quorum tertium laudat Plutarchus adversus Stoicos p. 1038 et 1070.

*q*) *ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ καθήκοντος*] etiam hunc locum ex eodem Chry-

*περὶ τῆς τῶν γονέων ταφῆς ῥητῶς φησιν "ἀπογενομένων δὲ τῶν γονέων ταφαῖς χρηστέον ταῖς ἁπλουστάταις, ὡς ἂν τοῦ σώματος καθάπερ ὀνύχων* [r]) *ἢ ὀδόντων ἢ τριχῶν οὐδὲν ὄντος πρὸς ἡμᾶς καὶ οὐδὲν* [s]) *ἐπιστροφῆς ἢ πολυωρίας προσδεομένων ἡμῶν τοιαύτης τινός. δι' ὃ καὶ χρησίμων μὲν ὄντων τῶν κρεῶν, τροφῇ χρήσονται αὐτοῖς, καθάπερ καὶ τῶν ἰδίων μερῶν οἷον ποδὸς ἀποκοπέντος, ἐπέβαλε χρῆσθαι αὐτῷ καὶ τοῖς παραπλησίοις. ἀχρείων δὲ ὄντων ἢ κατορύξαντες ἐάσουσιν ἢ κατακαύσαντες τὴν τέφραν ἀφήσουσιν ἢ μακρότερον ῥίψαντες οὐδεμίαν αὐτῶν*
P 191 *ἐπιστροφὴν ποιήσονται καθάπερ ὄνυχος ἢ τριχῶν. τοιαῦτα μὲν*
249 *πλεῖστα ὅσα λέγουσιν οἱ φιλόσοφοι, ἅπερ οὐκ ἂν τολμήσειαν διαπράττεσθαι, εἴ γε μὴ παρὰ Κύκλωψιν ἢ Λαιστρυγόσι* [t]) *πολιτεύοιντο. εἰ δὲ τούτων μὲν ἀνενέργητοι παντάπασίν εἰσιν, ἃ δὲ πράττουσι, κοινὰ καὶ τῶν ἰδιωτῶν ἐστιν, οὐδὲν ἴδιον ἔργον ἐστὶ τῶν ἔχειν ὑποπτευομένων τὴν περὶ τὸν βίον τέχνην. εἰ οὖν αἱ μὲν τέχναι πάντως ὀφείλουσιν ἐκ τῶν ἰδίων ἔργων καταλαμβάνεσθαι, οὐδὲν δὲ ἴδιον ἔργον ὁρᾶται τῆς περὶ τὸν βίον λεγομένης τέχνης, οὐ καταλαμβάνεται αὕτη. διόπερ οὐδὲ διαβεβαιοῦσθαι περὶ αὐτῆς δύναταί τις ὅτι ἐστὶν ὑπαρκτική.*

**parentum sepultura scribens haec expressis verbis dicit: *mortuis autem parentibus sepulturis utendum simplicissimis, quippe cum corpus quemadmodum ungues aut dentes aut pili nihil ad nos pertineat, et nullo erga id respectu aut curiosa eiuscemodi observatione insuper opus habeamus, ideoque si quidem utiles sint carnes, illas in suum alimentum convertent, quemadmodum et si aliquod ex propriis membris abscissum fuisset, verbi gratia, si pes uti ipso conveniens fuisset, sin autem sint inutiles, aut defossas relinquent aut ex combustis cinerem relinquent aut longius proiicient, nullam earum rationem habentes, tamquam unguium aut pilorum.* 249 atque his similia quamplurima dicunt philosophi, quae nequaquam ausint facere nisi in Cyclopum aut Laestrygonum politia versentur. quodsi horum quidem nihil agunt, quae autem faciunt, communia sunt illis cum vulgo, nullum exstat peculiare opus, illis quos artem quae circa vitam est habere suspicamur, peculiare. ergo si artes ex peculiaribus operibus comprehendi omnino necesse est, nullum autem peculiare opus videmus artis quae circa vitam esse dicitur: ipsa non comprehenditur, ergo ne de illa quidem quod existat affirmare quisquam potest.**

---

sippi opere adducit noster laudato adversus Ethicos libri loco. caeterum plures fuere Chrysippi de officiis libri, nam septimum allegat Plutarchus adversus Stoicos p. 1047.

r) *καθάπερ ὀνύχων*] ungues et capillos pro rebus quae nos minus tangunt solent etiam accipere Pythagorici in proverbiis *ἐν ἑορτῇ μηδὲ κείρεσθαι μηδὲ ὀνυχίζεσθαι.* et *παρὰ θυσίᾳ μὴ ὀνυχίζου.*

s) *καὶ οὐδέν*] ms Viatislav. *καὶ οὐδέ.* mox infra: *οὐδεμίαν ἐπιστροφὴν ποιήσονται.*

P 191 t) *Κύκλωψιν ἢ Λαιστρυγόσι*] de Cyclopibus Siciliae et populo altero in extrema versus Siciliam Italia Laestrygonibus, immanitate carnes humanas vorandi olim infami, adeundus Petrus Petitus libro primo de Anthropophagis. de Cyclopibus etiam Laelius Bisciola libro 14 horarum subsecivarum capite 20.

## ΚΕΦ. κς'.

### Εἰ γίνεται ἐν ἀνθρώποις ἡ περὶ τὸν βίον τέχνη.

Καὶ μὴν εἰ γίνεται ἐν ἀνθρώποις ἡ περὶ τὸν βίον τέχνη, 250
ἤτοι φύσει ἐγγίνεται αὐτοῖς ἢ διὰ μαθήσεως καὶ διδασκαλίας.
ἀλλ᾽ εἰ μὲν φύσει, ἤτοι καθ᾽ ὃ εἰσιν ἄνθρωποι ἐγγίνοιτο ἂν
αὐτοῖς ἡ περὶ τὸν βίον τέχνη ἢ καθ᾽ ὃ οὐκ εἰσὶν ἄνθρωποι.
καθ᾽ ὃ μὲν οὖν οὐκ εἰσὶν ἄνθρωποι, οὐδαμῶς· οὐδὲ γὰρ οὐκ
εἰσὶν ἄνθρωποι· εἰ δὲ καθ᾽ ὅ εἰσιν ἄνθρωποι, πᾶσιν ἀνθρώ-
ποις ὑπῆρξεν ἂν ἡ φρόνησις[u]), ὡς πάντας εἶναι φρονίμους τε
καὶ ἐναρέτους καὶ σοφούς. φαύλους δὲ τοὺς πλείστους[x]) λέγου-
σιν· οὐκοῦν οὐδὲ καθ᾽ ὅ εἰσιν ἄνθρωποι ὑπάρξειεν[y]) ἂν αὐτοῖς 251
ἡ περὶ τὸν βίον τέχνη· οὐδὲ φύσει ἄρα. καὶ ἄλλως· ἐπειδὴ
τὴν τέχνην σύστημα[z]) ἐκ καταλήψεων εἶναι βούλονται συγγε-
γυμνασμένων διὰ πείρας τέ τινος καὶ μαθήσεως, ἐμφαίνουσι μᾶλ-
λον ἀναλαμβάνεσθαι τάς τε ἄλλας τέχνας καὶ ταύτην περὶ ἧς
ὁ λόγος.

## ΚΕΦ. κζ'.

### Εἰ διδακτική ἐστιν ἡ περὶ τὸν βίον τέχνη.

Ἀλλ᾽ οὐδὲ διδασκαλίᾳ[a]) καὶ μαθήσει ἀναλαμβάνεται· ἵνα 252
γὰρ ὑπόστασιν ἔχῃ ταῦτα, δεῖ τρία προομολογεῖσθαι, τὸ διδασκό-

## CAP. XXVI.

### An hominibus indatur ars quae circa vitam.

250. Iam vero si inditur hominibus ars quae circum vitam, aut natura inditur ipsis aut per disciplinam et doctrinam. verum si natura quidem, aut quatenus sunt homines, ipsis inditur ars quae est circa vitam, aut quatenus non sunt homines. quatenus non sunt homines, nequaquam: neque enim non sunt homines. sin quatenus sunt homines, in omnibus hominibus inesset prudentia, adeo ut omnes prudentes essent et virtutis studiosi et sapientes. 251. atqui homines magna ex parte dicunt esse malos: ergo ne quatenus quidem sunt homines, inesse queat ipsis ars quae circa vitam. ne natura quidem igitur. adde quod cum artem ex comprehensionibus coëxercitatis constare tradant per experientiam et disciplinam aliquam, et alias artes et hanc ipsam, de qua nunc agitur, potius percipi tradant.

## CAP. XXVII.

### An doceri possit ars quae circum vitam.

252. Iam vero ne doctrina quidem et disciplina percipitur; ut enim haec possint subsistere, tria pro confessis et indubitatis haberi oportet, rem

---

u) ἡ φρόνησις] fons et mater virtutum caeterarum omnium. supra sect. 240.

x) φαύλους τοὺς πλείστους] assentiebantur facile Stoici dicto Biantis, qui raros esse bonos, plures malos, pronuntiavit. itaque de sapiente Seneca c. 7 de constantia sapientis: *raro forsitan magnisque aetatum intervallis invenitur; neque enim magna et excedentia solitum ac vulgarem modum crebro gignuntur.* φαῦλοι passim opponuntur φρονίμοις et sapientibus, ut infra sect. 276.

y) ὑπάρξειεν] ita recte ms Vratislav. pro ὑπάρξοιεν.

z) τὴν τέχνην σύστημα] supra sect. 188, 241 et mox sect. 261. [legebatur ἐγκαταλήψεων.]

a) ἀλλ᾽ οὐδὲ διδασκαλίᾳ] conferendus liber 1 adversus Mathematicos

μενον πρᾶγμα, τὸν διδάσκοντα καὶ τὸν μανθάνοντα τὸν τρόπον τῆς μαθήσεως. οὐδὲν δὲ τούτων ὑφέστηκεν, οὐδὲ ἡ διδασκαλία ἄρα.

P 192

## ΚΕΦ. κη'.

### Εἰ ἔστι τι διδασκόμενον.

253 Οἷον γοῦν τὸ διδασκόμενον ἤτοι ἀληθές ἐστιν ἢ ψεῦδος·
καὶ εἰ μὲν ψεῦδος, οὐκ ἂν διδάσκοιτο· ἀνύπαρκτον γάρ φασιν
εἶναι τὸ ψεῦδος· ἀνυπάρκτων δὲ οὐκ ἂν εἴη διδασκαλία. ἀλλ'
οὐδ' εἰ ἀληθὲς εἶναι λέγοιτο· ὅτι γὰρ ἀνύπαρκτόν ἐστι τὸ ἀλη-
θές [b]), ὑπεμνήσαμεν ἐν τοῖς περὶ κριτηρίου. εἰ οὖν μήτε τὸ ψεῦ-
δος μήτε τὸ ἀληθὲς διδάσκεται, παρὰ δὲ ταῦτα διδακτὸν οὐδέν
ἐστιν — οὐ γὰρ δὴ τούτων ἀδιδάκτων ὄντων τοὺς ἀπόρους μόνους [c])
254 διδάσκειν ἐρεῖ τις —, οὐδὲν διδάσκεται. τό τε διδασκόμενον
πρᾶγμα ἤτοι φαινόμενόν ἐστιν ἢ ἄδηλον. ἀλλ' εἰ μὲν φαινόμε-
νόν ἐστιν, οὐκ ἔσται διδασκαλίας δεόμενον· τὰ γὰρ φαινόμενα
πᾶσιν ὁμοίως φαίνεται. εἰ δὲ ἄδηλον, ἐπεὶ τὰ ἄδηλα διὰ τὴν
ἀνεπίκριτον περὶ αὐτῶν διαφωνίαν ἀκατάληπτά ἐστιν, ὡς πολ-
λάκις ὑπεμνήσαμεν, οὐκ ἔσται διδακτόν· ὃ γὰρ μὴ καταλαμβά-
νει τις, πῶς ἂν τοῦτο διδάσκειν ἢ μανθάνειν δύναιτο; εἰ δὲ
μήτε τὸ φαινόμενον μήτε τὸ ἄδηλον διδάσκεται, οὐδὲν διδάσκε-
255 ται. ἔτι τὸ διδασκόμενον ἤτοι σῶμά ἐστιν ἢ ἀσώματον· ἑκάτε-

quae docetur, eum qui docet et eum qui discit modum disciplinae. et nihil horum subsistens est: ergo nec doctrina.

## CAP. XXVIII.

### An sit aliquid quod doceatur.

253. Nam quod docetur aut verum est aut falsum: et si quidem est falsum, nequaquam doceri possit; existere enim negant falsum: quae autem non sunt, illa doceri nullo modo possunt. sed ne si verum quidem esse dicatur. nam verum nullum existere, cum disputaremus de criterio, innuimus. si ergo nec falsum nec verum docetur; praeter haec autem nihil est quod cadat in doctrinam: neque enim his in doctrinam non cadentibus, dicet quispiam se docere solum ea de quibus dubitatur; nihil docetur.
254. adde quod res quae docetur aut sensibus evidens est aut obscura: sed si quidem est evidens, doceri non necesse habebit; nam quae evidentia sunt, pariter omnibus sunt evidentia. at si obscura, quoniam obscura propter indiiudicabilem de iis controversiam incomprehensibilia sunt, ut saepe innuimus, non poterunt doceri. nam quod quis non comprehendit, quomodo id docere posset aut discere? quodsi neque id quod est evidens, neque id quod obscurum est docetur, nihil docetur. 255. praeterea id quod docetur aut corpus est aut incorporeum: utrumque

---

p. 3 seq. et liber ultimus. aliis argumentis, virtutem doceri non posse disputat Plato in Menone. contra posse doceri Plutarchus singulari libro *εἰ διδακτὸν ἡ ἀρετή*. ambo recte, neque enim sola ad ingenerandam virtutem doctrina sufficit, et tamen plurimum facit ad eam fovendam dirigendamque.

P 192 b) *ἀνύπαρκτον τὸ ἀληθὲς*] remittit ad ea quae in hanc sententiam disputaverat lib. 2 sect. 85 seq.

c) *τοὺς ἀπόρους μόνους*] scil. *λόγους*, de quorum veritate vel falsitate affirmare liquido nihil licet, quique veri sint an falsi, nescimus. Hesychius: *ἀπορία, ἀγνωσία*, sic infra sect. 259 *ἀποροῦνται*.

ρον δὲ αὐτῶν ἤτοι φαινόμενον ἢ ἀδηλούμενον οὐ δύναται δι-
δάσκεσθαι κατὰ τὸν μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν εἰρημένον λόγον. οὐκ
ἄρα διδάσκεταί τι. πρὸς τούτοις ἤτοι τὸ ὂν διδάσκεται [d]) ἢ τὸ
μὴ ὄν. τὸ μὲν οὖν μὴ ὂν οὐ διδάσκεται· εἰ γὰρ διδάσκεται τὸ 256
μὴ ὄν, ἐπεὶ τῶν ἀληθῶν δοκοῦσιν εἶναι αἱ διδασκαλίαι, ἀληθὲς
ἔσται τὸ μὴ ὄν. ἀληθὲς δὲ ὂν καὶ ὑπάρξει· ἀληθὲς γάρ εἶναί
φασιν ὃ ὑπάρχει καὶ ἀντίκειταί τινι [e]). ἄτοπον δέ ἐστι λέγειν
ὑπάρχειν τὸ μὴ ὄν. οὐκ ἄρα διδάσκεται τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' οὐδὲ
τὸ ὄν· εἰ γὰρ διδάσκεται τὸ ὄν, ἤτοι καθ' ὃ ὄν [f]) ἐστι διδά- 257
σκεται, ἢ κατ' ἄλλο τι. ἀλλ' εἰ μὲν καθ' ὃ ὄν ἐστι διδακτόν,
τῶν ὄντων ἔσται· διὰ δὲ τοῦτο οὐδὲ διδακτόν· τὰς γὰρ διδα-
σκαλίας ἔκ τινων ὁμολογουμένων καὶ ἀδιδάκτων γίνεσθαι προσήκει. P 193
οὐκ ἄρα τὸ ὂν καθ' ὃ ὄν ἐστι διδακτόν ἐστι. καὶ μὴν οὐδὲ 258
κατὰ ἄλλο τι [g])· τὸ γὰρ ὂν οὐκ ἔχει ἄλλο τι συμβεβηκὸς αὐτῷ
ὃ μὴ ὄν ἐστιν. ὥστε εἰ τὸ ὂν καθ' ὃ ὄν ἐστιν οὐ διδάσκεται,
οὐδὲ κατ' ἄλλο τι διδαχθήσεται· ἐκεῖνο γὰρ ὅ τι ποτέ ἐστι συμ-
βεβηκὸς αὐτῷ, ὄν ἐστι· καὶ ἄλλως, εἴτε φαινόμενον εἴη τὸ ὄν,
ὃ [h]) λέξουσι διδάσκεσθαι, εἴτε ἄδηλον, ταῖς εἰρημέναις ἀπο-
ρίαις ὑποπῖπτον ἀδίδακτον ἔσται. εἰ δὲ μήτε τὸ ὂν διδάσκεται
μήτε τὸ μὴ ὄν, οὐδέν ἐστι τὸ διδασκόμενον.

autem eorum, sive evidens sit, sive obscurum, doceri non potest secundum eam quam modo attulimus rationem. non docetur ergo quicquam. 256. insuper vero aut quod est docetur aut quod non est. id certe quod non est, non docetur; nam si docetur id quod non est, quia verorum existimantur esse doctrinae, id quod non est verum fuerit. si autem verum sit, etiam existens erit. verum enim esse dicunt id quod est et opponitur alicui. atqui absurdum est dicere existere id quod non est. ergo nec docetur id quod non est. 257. sed ne ens quidem docetur; nam si docetur ens, aut secundum quod ens est docetur, aut secundum aliquid aliud. sed si quidem secundum id quod ens est, doceri posse dicatur, erit ex entibus: et propterea non erit quod doceatur. nam doctrinas ex aliquibus indubitatis et iis quae nondum edocti sumus fieri oportet. non ergo ens, secundum id quod est ens, docibile est. 258. verum nec secundum aliud quidpiam: nam ens non habet aliud accidens ipsi quod non sit ens. ergo si ens secundum id quod ens est non docetur, nec secundum aliquid aliud docebitur; illud enim quodcumque sit accidens ipsi, ens est. deinde sive evidens sit ipsum ens quod doceri dicent, sive obscurum, supra dictis dubitationibus subiacens indocibile erit. quodsi neque id quod est docetur, neque id quod non est, nihil est quod doceatur.

---

*d*) ἤτοι τὸ ὂν διδάσκεται] conferendus Laërtius 9 100 et noster lib. 1 adversus Mathematicos sect. 10 seq.

*e*) ἀντίκειταί τινι] opponitur, ut falso nimirum, vere existens.

*f*) ἤτοι καθ' ὃ ὄν] similis cavillatio supra sect. 105 et 112. erit autem locus praesens clarior si verba ex libro adversus Ethicos adscripsero: *εἰ μὲν καθ' ὃ ὄν ἐστι, διδάσκεται, οὐδὲ ἔσται διδακτόν, οὐδέ γε ἔσται τὸ διδασκόμενον· δεῖ γὰρ ἀδίδακτόν τι εἶναι, ἵνα ἐκ τούτου μάθησις γένηται.* apparet inde verborum Sexti sensum esse hunc: non posse doceri de cuius iam constet existentia: quod enim docendum est, debet adhuc esse *ἀδίδακτον* sive nondum traditum, ne iamdudum intelligentem serus doctor obtundat: quae autem sunt *ὄντα*, omnibus ex aequo iam apparent atque evidentia sunt. lib. 1 adversus Math. sect. 14.

*g*) οὐδὲ κατὰ ἄλλο τι] ita recte mss pro *οὐδὲ καί*. P 193

*h*) τὸ ὂν ὃ] ita mss. in editis vocula *ὂν* exciderat.

## ΚΕΦ. κθ'.

### Εἰ ἔστιν ὁ διδάσκων καὶ ὁ μανθάνων.

259 Συμπεριτρέπεται μὲν οὖν τούτῳ ὅ τε διδάσκων καὶ ὁ μαν-
θάνων· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ κατὰ ἰδίαν ἀποροῦνται. ἤτοι γὰρ
ὁ τεχνίτης τὸν τεχνίτην διδάσκει, ἢ ὁ ἄτεχνος τὸν ἄτεχνον, ἢ
ὁ ἄτεχνος τὸν τεχνίτην, ἢ ὁ τεχνίτης τὸν ἄτεχνον. ὁ μὲν οὖν
τεχνίτης τὸν τεχνίτην οὐ διδάσκει· οὐθέτερος γὰρ [i]) αὐτῶν καθ'
ὅ ἐστι τεχνίτης, δεῖται μαθήσεως. ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἄτεχνος τὸν
ἄτεχνον· ὥσπερ οὐδὲ τυφλὸν [k]) ὁδηγεῖν δύναται τυφλός, οὐδὲ
260 ἄτεχνος τὸν τεχνίτην· γελοῖον γάρ. λείπεται λέγειν ὅτι ὁ τεχνί-
της τὸν ἄτεχνον, ὃ καὶ αὐτὸ τῶν ἀδυνάτων ἐστίν· ὅλως γὰρ
ὑποστῆναι τεχνίτην ἀδύνατον εἶναι λέγεται, ἐπεὶ μήτε αὐτοφυῶς
τις καὶ ἅμα τῷ γενέσθαι τεχνίτης ὑφιστάμενος βλέπεται, μήτε
ἐξ ἀτέχνου γίνεταί τις τεχνίτης. ἤτοι γὰρ ἓν θεώρημα [l]) καὶ
μία κατάληψις δύναται ποιῆσαι τὸν ἄτεχνον τεχνίτην, ἢ οὐδα-
261 μῶς [m]). ἀλλ' εἰ μὲν κατάληψις μία τὸν ἄτεχνον τεχνίτην ἀπερ-
γάζεται, πρῶτον μὲν ἐνέσται λέγειν ὅτι οὐκ ἔστι σύστημα ἐγκα-

## CAP. XXIX.

### An sit docens et discens.

259. Hoc autem everso simul etiam doctor et discipulus evertuntur: nihilominus tamen etiam seorsum de illis dubitandi causae proponuntur. nam aut artifex artificem docet, aut artis imperitus imperitum artis, aut artis imperitus artificem, aut artifex imperitum artis. artifex quidem certe artificem non docet: neuter enim ipsorum, quatenus est artifex, disciplina opus habet. sed ne artis quidem imperitus imperitum artis docebit, nihilo magis quam caeco caecus dux esse potest. neque vero imperitus artis docebit artificem. ridiculum enim profecto hoc foret. 260. superest ut artificem docere imperitum artis dicamus, quod et ipsum fieri non potest; nullo enim modo subsistere artifex poterit, quia neque sponte naturali quisquam et simulatque natus est, artifex existere cernitur, neque ex imperito artis fit aliquis artifex. aut enim unum artis praeceptum et una comprehensio artificem reddere potest eum qui alioqui sit imperitus artis, aut nequaquam. 161. sed si quidem comprehensio una artificem facit eum qui imperitus artis erat, primum quidem dicere poterimus, artem non constare ex comprehen-

---

i) *οὐθέτερος*] sic uno vocabulo in mss pro *οὐθ' ἕτερος*, quod in editis erat. porro cum hoc loco conferendi libri adversus Mathematicos lib. 1 sect. 31 et alibi, atque etiam lib. 1 adversus Logicos sect. 55 seq.

k) *οὐδὲ τυφλὸν*] Sextus noster iam laudatis locis: *ὅμοιον γὰρ ὡς εἴ τις λέγοι τὸν βλέποντα ὑπὸ τοῦ πεπηρωμένου ὁδηγεῖσθαι. – – οὔτε δὲ ὁ ἄτεχνος τὸν ἄτεχνον διδάσκειν δύναται, ὡς οὐδὲ ὁ τυφλὸς τὸν τυφλὸν ὁδηγεῖν.* Horatius 1 epist. 17 *ut si caecus iter monstrare velit.* Iuvencus *παραφράζων* verba optimi Salvatoris, quae exstant Matth. 15 14

*Caecus forte ducem caecum si nactus oberret,*
*incidet in foveam pariter demersus uterque.*

l) *ἓν θεώρημα*] unum praeceptum artis, ex quorum plurium perceptione ac complexu ars absolvitur. vide Mericum Casaubonum in libro de verborum usu p. 155 editionis Almeloveemianae, erudite de hac significatione vocabuli *θεωρήματος* disputantem.

m) *ποιῆσαι τὸν ἄτεχνον τεχνίτην, ἢ οὐδαμῶς*] sic ex mss hunc locum restitui. nam in editis et interpunctio alieno loco posita erat, et vocula ἢ exciderat. cum mss consentit etiam HStephani interpretatio.

ταλήψεων n) ἡ τέχνη· ὁ γὰρ μηδὲν ὅλως εἰδὼς εἰ ἓν θεώρημα διδαχθείη τέχνης, τεχνίτης ἂν οὕτω λέγοιτο εἶναι. εἶτα καὶ ἐὰν λέγοι*) τις, ὡς ὁ τινὰ θεωρήματα τέχνης ἀνειληφὼς καὶ προσδεόμενος ἑνὸς ἔτι καὶ διὰ τοῦτο ὢν ἄτεχνος, ἂν τὸ ἓν ἐκεῖνο προσλάβῃ, τεχνίτης ἐξ ἀτέχνου ἀποτελεῖται ἐκ καταλήψεως μιᾶς, P 194
ἀποκληρωτικὸν λέξει o). ἐπὶ γὰρ τῶν κατὰ μέρος οὐκ ἂν δύναιτο p) 262
δεῖξαί τινα ἄτεχνον μὲν ἔτι, τεχνίτην δὲ ἐσόμενον, ἐὰν ἕν τι θεώρημα προσλάβῃ· οὐ γὰρ δήπου τὴν ἐξαρίθμησιν τῶν θεωρημάτων ἑκάστης τέχνης ἐπίσταταί τις, ὥστε ἀπαριθμησάμενος τὰ ἐγνωσμένα θεωρήματα, πόσα λείπεται πρὸς τὸν πλήρη τῶν θεωρημάτων τῆς τέχνης ἀριθμὸν εἰπεῖν ἔχειν q). οὐκοῦν ἑνὸς θεωρήματος γνῶσις οὐ ποιεῖ τὸν ἄτεχνον τεχνίτην. εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν 263
ἀληθές, ἐπεὶ μὴ πάντα ἀθρόως τὰ θεωρήματα τῶν τεχνῶν ἀναλαμβάνει τις, ἀλλ' εἴπερ ἄρα, καθ' ἓν ἕκαστον (ἵνα τις καὶ τοῦτο καθ' ὑπόθεσιν διδῷ), ὁ κατὰ ἓν θεώρημα τῆς τέχνης ἀναλαμβάνειν λεγόμενος οὐκ ἂν τεχνίτης γένοιτο. ὑπεμιμνήσκομεν γὰρ ὅτι οὐ δύναται θεωρήματος ἑνὸς γνῶσις τὸν ἄτεχνον ποιῆσαι τεχνίτην. οὐδὲ ἐξ ἀτέχνου τοίνυν γίνεταί τις τεχνίτης. ὥστε καὶ διὰ ταῦτα φαίνεται ἀνυπόστατος εἶναι ὁ τεχνίτης· διὰ δὲ τοῦτο καὶ ὁ διδάσκων. ἀλλ' οὐδὲ ὁ μανθάνειν λεγόμενος 264
ἄτεχνος ὢν δύναται τὰ τῆς τέχνης θεωρήματα, ἧς ἐστιν ἄτεχνος,

sionibus; nam qui nihil prorsus novit, si unum theorema artis doceatur, hoc modo artifex appellari possit; deinde si dicat aliquis, eum qui aliqua praecepta artis perceperit, sed opus habeat adhuc uno et propterea sit artis imperitus, si unum illud assumat, artificem ex imperito artis effectum iri per comprehensionem unam, hoc temere dictum erit. 262. in particularibus enim hominibus ostendere non poterit aliquem qui artis quidem imperitus sit adhuc, futurus autem sit artifex, si unum aliquod praeceptum artis praeterea perceperit. non enim scit quisquam enumerationem praeceptorum cuiusque artis, ita ut enumeratis praeceptis iam cognitis dicere possit quot ad implendum praeceptorum artis numerum desiderentur. ergo unius praecepti artis cognitio non facit ex artis imperito artificem. 263. si autem hoc verum est, quoniam non omnia praecepta artium percipit quisquam simul et semel, sed si percipit, unumquodque sigillatim percipit, ut hoc etiam aliquis per suppositionem concedat, is qui unumquodque praeceptum artis per se et seorsum ab aliis percipere dicitur, nequaquam artifex fuerit. dicebamus enim non posse cognitionem unius praecepti artis eum qui sit artis imperitus, facere artificem. ergo ne artifex quidem evadet is qui artis fuerit imperitus. unde etiam propter haec videtur nec artifex subsistere, ac propterea nec doctor. 264. verum ne is quidem quem discere aiunt, si imperitus artis sit, artis praecepta cuius est imperitus, discere et comprehen-

---

n) *ἐνέσται λέγειν, ὅτι οὐκ ἔστι σύστημα ἐγκαταλήψεων*] ita mss pro *ἔσται* et *ἐκκαταλήψεων*. notissimam tangit definitionem artis, quam pluribus iam locis attulit ut hoc ipso libro sect. 188, 241, 251.

[*) *λέγῃ?*]

o) *ἀποκληρωτικὸν λέξει*] pro his verbis in HStephani versione erat: *ex hoc quod dicet, omnes facultates percipiendarum artium exortes reddet et ab ea excludet.* sed interpretationem meam praeferes si memineris notata mea, vel ipsius etiam Stephani ad sect. 79 huius libri, ubi iunguntur *ἀποκληρωτικόν* et *προπετές*. P 194

p) *δύναιτο*] hoc vocabulum deest in ms Vratislav. et potest abesse si pro *δεῖξαί τινα* scribatur *δείξαι τινὰ* i. e. *ostenderit*, in optativo.

q) *εἰπεῖν ἔχειν*] ita mss; nam *ἔχειν* in editis exciderat.

μανθάνειν τε καὶ καταλαμβάνειν. ὡς γὰρ ὁ ἐκ γενετῆς πηρός[r]), εἰς ὅσον ἐστὶ πηρός, οὐκ ἀναλάβοι χρωμάτων ἀντίληψιν, οὐδὲ ὁ ἐκ γενετῆς κωφὸς ὁμοίως φωνῆς, οὕτως οὐδὲ ὁ ἄτεχνος καταλάβοι ἂν τὰ τῆς τέχνης θεωρήματα, ἧς ἐστιν ἄτεχνος[s])· καὶ γὰρ ἂν οὕτως ὁ αὐτὸς εἴη τεχνίτης τε καὶ ἄτεχνος τῶν αὐτῶν, ἄτεχνος μέν, ἐπεὶ οὕτως ὑπόκειται, τεχνίτης δέ, ἐπεὶ κατάλη-
265 ψιν ἔχει τῶν τῆς τέχνης θεωρημάτων. ὥστε οὐδὲ ὁ τεχνίτης τὸν ἄτεχνον διδάσκει. εἰ δὲ μήτε ὁ τεχνίτης τὸν τεχνίτην διδάσκει μήτε ὁ ἄτεχνος τὸν ἄτεχνον μήτε ὁ ἄτεχνος τὸν τεχνίτην μήτε ὁ τεχνίτης τὸν ἄτεχνον, παρὰ δὲ ταῦτα οὐδέν ἐστιν, οὔτε ὁ διδάσκων ἐστὶν οὔτε ὁ διδασκόμενος[t]). μὴ ὄντος δὲ μήτε τοῦ μανθάνοντος μήτε τοῦ διδάσκοντος, καὶ ὁ τρόπος τῆς διδασκαλίας παρέλκει.

## ΚΕΦ. λ'.

### Εἰ ἔστι μαθήσεως τρόπος.

266 Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ διὰ τούτων ἀπορεῖται. ὁ γὰρ τρόπος
P 195 τῆς διδασκαλίας ἤτοι ἐναργείᾳ γίνεται ἢ λόγῳ[u])· οὔτε δὲ ἐναργείᾳ γίνεται οὔτε λόγῳ, καθάπερ παραστήσομεν· οὐδὲ ὁ τρόπος ἄρα τῆς μαθήσεώς ἐστιν εὔπορος. ἐναργείᾳ μὲν οὖν οὐ γίνεται διδασκαλία, ἐπεὶ τῶν δεικνυμένων ἐστὶν ἡ ἐνάργεια. τὸ δὲ δεικνύμενον πᾶσίν ἐστι φαινόμενον, τὸ δὲ φαινόμενον ᾗ φαίνεται πᾶσίν ἐστι ληπτόν· τὸ δὲ κοινῶς πᾶσι ληπτὸν ἀδίδακτον·

dere potest. nam ut qui natus est caecus, quatenus est talis, non possit assumere colorum perceptionem; nec qui natus est surdus, percipere vocem queat: ita nec is qui sit imperitus artis possit praecepta artis comprehendere cuius est imperitus. nam hoc modo idem fuerit artifex et imperitus artis eorundem. imperitus artis quia talis supponitur: artifex autem, quia comprehensionem habet artis praeceptorum. 265. ergo ne artifex quidem imperitum artis docet. quodsi neque artifex artificem docet neque imperitus artis imperitum artis neque imperitus artis artificem neque artifex imperitum artis, praeter haec autem nihil est, neque docens est neque discens. quum autem non sit neque docens neque discens, etiam supervacaneus est doctrinae modus.

## CAP. XXX.

### An sit discendi modus.

266. Nihilominus tamen de eo huiusmodi argumentis quaestio agitatur. nam modus docendi aut evidentia fit aut oratione. at neque evidentia fit neque oratione, ut ostendemus: ergo modus etiam docendi expediri nequit. per evidentiam quidem non fit doctrina, quia evidentia est eorum quae ostenduntur. quod autem ostenditur omnibus est manifestum: quod autem est manifestum, quatenus manifestum est, omnibus est comprehensibile: quod autem est omnibus promiscue comprehensibile, in doctrinam non cadit.

---

r) *ὡς γὰρ ὁ ἐκ γενετῆς πηρός*] libro contra Ethicos.

s) *ἧς ἐστιν ἄτεχνος*] ms Savil. *ἣ ἐστιν ἄτεχνος*. sed mox sequitur: *ἄτεχνος τῶν αὐτῶν*.

t) *οὔτε ὁ διδασκόμενος*] hoc loco novum caput incipiunt mss Savil. et Vratislav.

P 195 u) *ἤτοι ἐναργείᾳ ἢ λόγῳ*] idem argumentum repetit in libris adversus Mathematicos lib. I sect. 36 et alibi, ex quibus emendavi quod perperam hoc loco *ἐνεργείᾳ* semper excusum erat pro *ἐναργείᾳ*.

οὐκ ἄρα τι ἐναργείᾳ διδακτόν ἐστι. καὶ μὴν οὐδὲ λόγῳ διδάσκε- 267
ταί τι· οὗτος γὰρ ἤτοι σημαίνει τι ἢ οὐδὲν σημαίνει. ἀλλὰ
μηδὲν σημαίνων οὐδὲ ἔσται [x]) τινὸς διδασκαλικός· εἰ δὲ σημαί-
νει τι, ἤτοι φύσει σημαίνει τι ἢ θέσει· καὶ φύσει μὲν οὐ ση-
μαίνει [y]) διὰ τὸ μὴ πάντας πάντων ἀκούοντας συνιέναι, οἷον
Ἕλληνας βαρβάρων καὶ βαρβάρους Ἑλλήνων. θέσει δὲ εἰ ση- 268
μαίνει, δῆλον ὡς οἱ μὲν προκατειληφότες, καθ' ὧν αἱ λέξεις
εἰσὶ τεταγμέναι, ἀντιλήψονται τούτων, οὐκ ἐξ αὐτῶν διδασκόμε-
νοι ἅπερ ἠγνόουν, ἀλλὰ ἀναμιμνησκόμενοι καὶ ἀνανεούμενοι
ταῦτα, ἅπερ ᾔδεσαν. οἱ δὲ χρῄζοντες τῆς τῶν ἀγνοουμένων μα-
θήσεως, καὶ μὴ εἰδότες καθ' ὧν εἰσιν αἱ λέξεις τεταγμέναι,
οὐδενὸς ἀντίληψιν ἕξουσι. διόπερ οὐδὲ ὁ τρόπος τῆς μαθήσεως 269
ὑποστῆναι δύναιτο ἄν· καὶ γὰρ ὁ διδάσκων κατάληψιν τῶν
θεωρημάτων τῆς διδασκομένης τέχνης ἐμποιεῖν ὀφείλει τῷ μαν-
θάνοντι, ἵνα οὕτως ἐκεῖνος τὸ σύστημα τούτων καταλαβὼν τε-
χνίτης γένηται. οὐδὲν δέ ἐστι κατάληψις [z]), ὡς ἐν τοῖς ἔμπρο-
σθεν ὑπεμνήσαμεν. οὐκοῦν οὐδὲ ὁ τρόπος τῆς διδασκαλίας ὑφε-
στάναι δύναται. εἰ δὲ μήτε τὸ διδασκόμενόν ἐστι μήτε ὁ
διδάσκων καὶ ὁ μανθάνων μήτε ὁ τρόπος τῆς μαθήσεως, οὔτε
μάθησίς ἐστιν οὔτε διδασκαλία. ταῦτα μὲν οὖν κοινότερον ἐπι- 270
κεχείρηται περὶ μαθήσεως καὶ διδασκαλίας. ἔνεστι δὲ ἀπορεῖν
οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς λεγομένης περὶ τὸν βίον εἶναι τέχνης. οἷον
γοῦν τὸ μὲν διδασκόμενον πρᾶγμα, τουτέστι τὴν φρόνησιν [a]),
ἀνυπόστατον ἐδείξαμεν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν· ἀνυπόστατος δέ ἐστι
καὶ ὁ διδάσκων καὶ ὁ μανθάνων. ἤτοι γὰρ ὁ φρόνιμος [b]) τὸν

nihil ergo per evidentiam doceri potest. 267. iam vero ne oratione quidem docetur quicquam; haec enim aut significat aliquid aut nihil significat. sed nihil significans neque ad docendum quidem quicquam idonea erit; sin autem aliquid significet, aut natura significat aut positione: et natura quidem non significat, quia cuncti quoscumque audiunt non intelligunt, ut Graeci barbaros et barbari Graecos. 268. quodsi positione significat, manifestum est fore, ut ii quidem qui prius comprehenderint ea quibus appellationes sunt impositae, illa percipiant, non quod ex illis appellationibus doceantur ea quae ignorabant, sed quod ad recordationem veniant et memoriam sibi renovent eorum quae sciebant. at ii qui necesse habent ea discere quae ignorant, nec ea norunt quibus impositae sunt appellationes, nihil percipient. 269. itaque ne disciplinae quidem modus subsistens esse possit. nam is qui est doctor, comprehensionem praeceptorum artis quae docetur tradere debet discenti, ut ille demum perceptis theorematis, ex quibus ars constat, artifex evadat. at nihil est comprehensio, ut antea docuimus. ergo ne modus quidem doctrinae subsistere potest. quodsi neque docetur aliquid neque est docens neque discens neque modus disciplinae, nimirum ne disciplina quidem est aut doctrina. 270. atque his quidem generalioribus argumentis disputationem adversus disciplinam et doctrinam aggressi sumus. sed et talis dubitatio de arte etiam quae circa vitam esse dicitur, moveri potest. rem quae docetur, videlicet prudentiam, non subsistere ostendimus in superioribus. nec subsistit qui docet eam vel qui discit. nam aut prudens prudentem docebit artem quae circa vitam est,

---

x) *οὐδὲ ἔσται*] ita mss pro *οὐδείς*.
y) *φύσει μὲν οὐ σημαίνει*] supra lib. 2 sect. 214.
z) *οὐδὲν δέ ἐστι κατάληψις*] supra sect. 241 huius libri tertii.
a) *τὴν φρόνησιν*] sect. 240 seq.

φρόνιμον διδάξει τὴν περὶ τὸν βίον τέχνην, ἢ ὁ ἄφρων τὸν ἄφρονα ἢ ὁ ἄφρων τὸν φρόνιμον ἢ ὁ φρόνιμος τὸν ἄφρονα·
P 196 οὐδεὶς δὲ τούτων οὐδένα διδάσκει· οὐκ ἄρα διδάσκεται ἡ περὶ
271 τὸν βίον εἶναι λεγομένη τέχνη [c]). καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἴσως περιττὸν καὶ λέγειν. εἰ δὲ ὁ φρόνιμος τὸν ἄφρονα διδάσκει τὴν φρόνησιν, ἡ δὲ φρόνησις ἐπιστήμη ἐστὶν ἀγαθῶν [d]) καὶ κακῶν καὶ οὐθετέρων, ὁ ἄφρων μὴ ἔχων τὴν φρόνησιν ἄγνοιαν ἔχει τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐθετέρων. ἄγνοιαν δὲ τούτων ἔχων, πάντως διδάσκοντος αὐτὸν τοῦ φρονίμου τὰ ἀγαθὰ καὶ κακὰ καὶ οὐθέτερα, ἀκούσεται μόνον τῶν λεγομένων, οὐ γνώσεται δὲ ταῦτα. εἰ γὰρ ἀντιλαμβάνοιτο αὐτῶν ἐν ἀφροσύνῃ καθεστώς, ἔσται καὶ ἡ ἀφροσύνη τῶν τε ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐθετέρων
272 θεωρητική. οὐχὶ δέ γε τούτων κατὰ αὐτοὺς ἡ ἀφροσύνη θεωρητικὴ καθέστηκεν, ἐπεὶ ὁ ἄφρων ἔσται φρόνιμος· ὁ ἄρα ἄφρων οὐκ ἀντιλαμβάνεται τῶν ὑπὸ τοῦ φρονίμου λεγομένων ἢ πραττομένων κατὰ τὸν μαθήσεως λόγον. μὴ ἀντιλαμβανόμενος δὲ οὐκ ἂν διδάσκοιτο ὑπ᾽ αὐτοῦ, ἄλλως τε καὶ ἐπεὶ μήτε ἐναργείᾳ μήτε διὰ λόγου [e]) δύναται διδάσκεσθαι, καθάπερ προειρήκαμεν. πλὴν ἀλλ᾽ εἰ μήτε διὰ μαθήσεως καὶ διδασκαλίας ἐγγίνεταί τινι ἡ περὶ τὸν βίον λεγομένη τέχνη μήτε φύσει, ἀνεύρετός ἐστιν ἡ παρὰ τοῖς φιλοσόφοις θρυλουμένη τέχνη περὶ τὸν βίον.

## ΚΕΦ. λα'.

### Εἰ ὠφελεῖ ἡ περὶ τὸν βίον τέχνη τὸν ἔχοντα αὐτήν.

273 Εἰ μέντοι καὶ δοίη τις ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἐγγίνεσθαί

aut imprudens imprudentem aut imprudens prudentem aut prudens imprudentem. at nullus horum ullum docet: non ergo docetur ars quae circa vitam esse dicitur. 271. et de aliis quidem fortasse etiam supervacaneum fuerit dicere: sed si prudens imprudentem docet prudentiam, prudentia autem ars est bonorum et malorum et neutrorum, imprudens cum careat prudentia, bona et mala et neutra ignorat. ignorans autem haec, certe cum prudens eum docebit bona et mala et neutra, audiet tantum ea quae dicentur, non item ea cognoscet. nam si ea percipiat dum in imprudentia versabitur, erit etiam imprudentia bonorum et malorum et neutrorum contemplativa. 272. atqui secundum eos imprudentia non est horum contemplativa; alioqui imprudens idem esset prudens: ergo imprudens ea quae a prudente dicuntur aut fiunt, non percipit secundum quidem disciplinae formam. quodsi non percipit, ab ipso doceri non possit: cum etiam nec per evidentiam nec oratione doceri possit, ut antea diximus. iam vero si neque per disciplinam doctrinamque traditur cuiquam ars quae circa vitam dicitur esse, neque a natura inditur; ea profecto ars quam philosophi circa vitam esse aiunt ac semper in ore habent, nullo modo inveniri poterit.

## CAP. XXXI.

### An ars quae circa vitam, eam habenti sit utilis.

273. Iam vero etiamsi quis valde ex abundanti concesserit, indi alicui

---

*b*) ἤτοι γὰρ ὁ φρόνιμος] eadem habentur lib. adversus Ethicos.
*c*) ἡ περὶ τὸν βίον εἶναι λεγομένη τέχνη] in ms Vratislav. deest εἶναι.
P 196 *d*) ἐπιστήμη ἀγαθῶν] Laërt. 7 92.
*e*) μήτε ἐναργείᾳ μήτε διὰ λόγου] supra sect. 266. etiam hoc loco ἐνεργείᾳ male excusum erat pro ἐναργείᾳ.

τινι τὴν ὀνειροπολουμένην τέχνην περὶ τὸν βίον, βλαβερὰ καὶ
ταραχῆς αἰτία φανήσεται μᾶλλον τοῖς ἔχουσιν αὐτὴν ἢ ὠφέλι-
μος[f]). αὐτίκα γοῦν ἵνα παραδείγματος ἕνεκεν ὀλίγα ἀπὸ πολ-
λῶν εἴπωμεν, ὠφελεῖν ἂν δοκοίη τὸν σοφὸν ἡ περὶ τὸν βίον
τέχνη ἐγκράτειαν αὐτῷ παρεχομένη ἐν ταῖς πρὸς τὸ καλὸν ὁρ-
μαῖς[g]) καὶ ἐν ταῖς ἀπὸ τοῦ κακοῦ ἀφορμαῖς. ὁ οὖν λεγόμενος 274
κατ᾽ αὐτοὺς ἐγκρατὴς σοφὸς ἤτοι κατὰ τοῦτο λέγεται ἐγκρατὴς
καθ᾽ ὅσον ἐν οὐδεμιᾷ γίνεται ὁρμῇ τῇ πρὸς τὸ κακόν, καὶ ἀφορμῇ
τῇ ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ, ἢ καθ᾽ ὅσον εἶχε μὲν φαύλας ὁρμὰς καὶ
ἀφορμάς, περιεκράτει δὲ αὐτῶν τῷ λόγῳ. ἀλλὰ κατὰ μὲν τὸ 275
μὴ γίνεσθαι ἐν φαύλαις κρίσεσιν οὐκ ἂν εἴη ἐγκρατής· οὐ γὰρ
κρατήσει οὗ οὐκ ἔχει. καὶ ὡς οὐκ ἂν εἴποι τις τὸν εὐνοῦχον
ἐγκρατῆ πρὸς ἀφροδίσια, καὶ τὸν κακοστομαχοῦντα πρὸς ἐδεσμά-
των ἀπόλαυσιν — οὐδὲ ὅλως γὰρ ἐπιζήτησις αὐτοῖς γίνεται τῶν
τοιούτων, ἵνα καὶ ἐγκρατῶς κατεξαναστῶσι[h]) τῆς ἐπιζητήσεως — P 197
τῷ αὐτῷ τρόπῳ οὐδὲ τον σοφὸν ἐγκρατῆ ῥητέον, διὰ τὸ μὴ
φύεσθαι ἐν αὐτῷ πάθος, οὗ ἔσται ἐγκρατής. εἰ δὲ κατὰ τοῦτο 276
ἀξιώσουσιν αὐτὸν ὑπάρχειν ἐγκρατῆ, καθ᾽ ὅσον γίνεται μὲν ἐν
φαύλαις κρίσεσιν, περιγίνεται δὲ αὐτῶν τῷ λόγῳ· πρῶτον μὲν
δώσουσιν ὅτι οὐδὲν ὠφέλησεν αὐτὸν ἡ φρόνησις, ἀκμὴν ἐν τα-
ραχαῖς ὄντα καὶ βοηθείας δεόμενον· εἶτα καὶ κακοδαιμονέστερος
τῶν φαύλων λεγομένων[i]) εὑρίσκεται. εἰ μὲν γὰρ ὁρμᾷ ἐπί τι,

eam artem quam circa vitam esse somniant, damnosa et perturbationis causa habentibus ipsam potius quam utilis esse comperietur. atque ut statim exempli gratia pauca e multis proferamus, posset utilis videri esse sapienti ea quae circa vitam est ars, continentiam ei praebens ad appetendum bonum malumque aversandum. 274. sapiens enim, qui secundum eos dicitur continens, aut secundum id dicitur continens, quatenus nullam habet appetentiam mali nec boni aversationem; aut quatenus habebat quidem pravas appetentias et aversationes, sed eas ratione superavit. 275. verum quatenus quidem non versatur in malis deliberationibus, nequaquam dicatur continens. non enim se continebit ab eo quod non habet: et quemadmodum nemo dixerit eunuchum esse rerum venerearum continentem, et eum cui vitiatus est stomachus, continentem esse in ciborum fruitione — nullo enim modo ipsi talia consectantur, ita ut per continentiam adversus consectationem eorum insurgere debeant — eodem modo sapientem appellare non oportet continentem, eo quod ipsi non innascatur affectio adversus quam futurus sit continens. 276. quodsi versatur quidem in malis deliberationibus, vincit tamen eas ratione, primum quidem concedent, nihil illi prudentiam profuisse utpote qui adhuc in perturbationibus sit et auxilio egeat: deinde etiam infelicior esse reperitur iis qui mali esse dicuntur. nam si appetitione animi

*f*) *ὠφέλιμος*] post hanc vocem novum, non a verbis *εἰ μέντοι*, caput incipit in mss Savil. et Vratislav.

*g*) *ἐν ταῖς πρὸς τὸ καλὸν ὁρμαῖς*] ita legendum, non *κακόν* ut in editis. sic libro adversus Ethicos: *ἐγκράτειαν αὐτῷ παρασχομένη ἐν ταῖς πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁρμαῖς καὶ ἐν ταῖς πρὸς τὸ κακὸν ἀφορμαῖς.* frequentissimum est Stoicis appellare *ὁρμήν* inclinationem animi, qua ad rem aliquam tamquam ad bonum fertur, *ἀφορμήν* autem declinationem aversationemque.

*h*) *κατεξαναστῶσι*] *contra insurgant.* eadem voce utitur lib. adversus P 197
Ethicos et secundo adversus Logicos: *ἐπείπερ τοὺς κατεξαναστάντας τῆς κοινῆς προλήψεως Δογματικούς*, ubi dicta, si placet, vide.

*i*) *τῶν φαύλων λεγομένων*] hominum e vulgo, qui *φρονίμοις* ac sapientibus opponuntur. supra sect. 251.

πάντως ταράσσεται· εἰ δὲ περικρατεῖ τῷ λόγῳ, συνέχει ἐν ἑαυτῷ
τὸ κακόν. καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ταράσσεται τοῦ φαύλου ἐκείνου,
277 μηκέτι τοῦτο πάσχοντος. εἰ μὲν γὰρ ὁρμᾷ, ταράσσεται· εἰ δὲ
τυγχάνει τῶν ἐπιθυμιῶν, παύεται τῆς ταραχῆς. οὐ τοίνυν ἐγκρατὴς
γίνεται ὅσον ἐπὶ τῇ φρονήσει ὁ σοφός, ἢ εἴπερ γίνεται,
πάντων ἀνθρώπων ἐστὶ κακοδαιμονέστατος. ὥστε οὐκ ὠφέλειαν
ἀλλὰ ταραχὴν αὐτῷ μεγίστην ἡ περὶ τὸν βίον παρέσχε τέχνη.
ὅτι δὲ ὁ νομίζων ἔχειν τὴν περὶ τὸν βίον τέχνην καὶ δι' αὐτῆς
ἐπεγνωκέναι τίνα τέ ἐστιν ἀγαθὰ ὡς πρὸς τὴν φύσιν καὶ τίνα φαῦλα,
ταράσσεται σφόδρα, καὶ τῶν ἀγαθῶν αὐτῷ παρόντων καὶ τῶν κα-
278 κῶν, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν k) ὑπεμνήσαμεν. λεκτέον οὖν ὅτι εἰ μήτε ἡ
τῶν ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν καὶ ἀδιαφόρων ὑπόστασις ὁμολογεῖται,
ἥ τε περὶ τὸν βίον τέχνη τάχα μὲν καὶ ἀνυπόστατός ἐστιν· εἰ δὲ
καὶ ὑφεστάναι δοθείη καθ' ὑπόθεσιν, οὐδεμίαν ὠφέλειαν τοῖς
ἔχουσιν αὐτὴν παρέχει· τὸ ἐναντίον δὲ ταραχὰς αὐτοῖς ἐμποιεῖ
μεγίστας· μάτην ὀφρυῶσθαι δοκοῖεν ἂν οἱ Δογματικοὶ κἀν τῷ
279 λεγομένῳ ἠθικῷ μέρει τῆς καλουμένης φιλοσοφίας. τοσαῦτα καὶ
περὶ τοῦ ἠθικοῦ τόπου συμμέτρως ὡς ἐν ὑποτυπώσει διεξελθόν-
τες ἐνταῦθα περιγράφομεν καὶ τὸ τρίτον σύνταγμα καὶ τὸ πᾶν
τῶν Πυρρωνείων ὑποτυπώσεων σπούδασμα ἐκεῖνο ἐπειπόντες l)·

P 198

## ΚΕΦ. λβ'.

### Διὰ τί ὁ Σκεπτικὸς ἐνίοτε ἀμυδροὺς ταῖς πιθανότησιν ἐρωτᾶν ἐπιτηδεύει λόγους.

Ὁ Σκεπτικὸς διὰ τὸ φιλάνθρωπος εἶναι τὴν τῶν Δογματι-

**ad aliquid ducitur, perturbetur necesse est: si autem ratione superat, continet in se ipso malum et propterea magis perturbatur quam ille malus qui hoc non amplius patitur. 277. nam quando appetitu animi agitur, perturbatur: quando autem cupiditates assequitur, desinit perturbari. non est ergo continens per prudentiam ipse sapiens; aut si est, omnium hominum est infelicissimus. itaque illi non utilitatem, sed perturbationem maximam praebuit quae circa vitam esse dicitur ars. eum porro qui existimat se habere artem quae circa vitam est et per eam cognovisse quae bona sunt secundum naturam et quae mala, valde perturbari, non minus cum bona quam cum mala adsunt, in superioribus docuimus. 278. dicendum est igitur, si nec bonorum nec malorum nec indifferentium subsistentia pro confessa et indubitata habetur, et ars quae circa vitam est fortasse nec ipsa quidem subsistit; quamvis tamen subsistere concedatur, per suppositionem, nullam utilitatem habentibus ipsam affert, imo vero contra perturbationes maximas eorum animis indit: Dogmatici etiam in morali parte eius quam vocant philosophiae, frustra supercilia attollere videri debent 279. et his quidem de morali etiam philosophiae loco disputatis (quibus plura brevis institutionis mensura non admittit) hic etiam tertium librum et totam Pyrrhoniarum hypotyposeon tractationem claudimus, si illud addiderimus:**

## CAP. XXXII.

### Quare Scepticus interdum rationes quantum ad probabilitatem attinet, debiles de industria proponat.

280. Scepticus eo quod sit humanus, Dogmaticorum arrogantiam et te-

k) *ἐν τοῖς ἔμπροσθεν*] lib. 1 sect. 27.
l) *ἐπειπόντες*] ita mss pro *ἐπείποντες* quod in editis erat.

*κῶν οἴησίν τε καὶ προπέτειαν κατὰ δύναμιν ἰᾶσθαι λόγῳ βούλεται. καθάπερ οὖν οἱ τῶν σωματικῶν παθῶν ἰατροὶ διάφορα κατὰ μέγεθος ἔχουσι βοηθήματα, καὶ τοῖς μὲν σφοδρῶς πεπονθόσι τὰ σφοδρὰ τούτων προσάγουσι, τοῖς δὲ κούφως τὰ κουφότερα, καὶ ὁ Σκεπτικὸς οὕτως διαφόρους ἐρωτᾷ καὶ κατὰ ἰσχὺν λόγους, καὶ τοῖς μὲν ἐμβριθέσι καὶ εὐτόνως ἀνασκευάζειν δυνα-* 281
*μένοις τὸ τῆς οἰήσεως τῶν Δογματικῶν πάθος ἐπὶ τῶν σφόδρα τῇ προπετείᾳ κεκακωμένων χρῆται, τοῖς δὲ κουφοτέροις ἐπὶ τῶν ἐπιπόλαιον καὶ εὐίατον ἐχόντων τὸ τῆς οἰήσεως πάθος καὶ ὑπὸ κουφοτέρων πιθανοτήτων ἀνασκευάζεσθαι δυναμένων. διόπερ ὁτὲ μὲν ἐμβριθεῖς ταῖς πιθανότησιν, ὁτὲ δὲ καὶ ἀμαυροτέρους φαινομένους οὐκ ὀκνεῖ λόγους συνερωτᾶν ὁ ἀπὸ τῆς σκέψεως ὁρμώμενος ἐπίτηδες, ὡς ἀρκοῦντας αὐτῷ πολλάκις πρὸς τὸ ἀνύειν τὸ προκείμενον.*

meritatem pro viribus sanare ratione desiderat. quemadmodum igitur corporalium morborum medici diversae potentiae habent remedia, et iis quidem qui vehementi morbo laborant, vehementissima quaeque adhibent, iis qui leviter aegrotant, levia: ita etiam paris roboris non sunt omnes quas Scepticus proponit rationes: 281. sed quae sunt ex illis solidiores quae et valide possunt opiniones Dogmaticorum evertere, erga eos qui graviter temerariae insolentiae morbo laborant utitur; levioribus autem erga eos qui hunc arrogantiae morbum in superficie tantum ideoque facile sanabilem habent, et huiusmodi qui rationibus levioris probabilitatis profligari possit. hinc ergo fit ut Scepticus aliquando rationes, quae quod ad probabilitatem attinet, aliquando robustiores, aliquando debiliores videntur, proponere de indudustria non dubitet, utpote quae ipsi saepenumero ad consequendum id quod persequitur, sufficiant.

P 199

# IN SEXTI PHILOSOPHI

## PYRRHONIARVM HYPOTYPOSEON

### LIBROS TRES

### ANNOTATIONES

## HENRICI STEPHANI,

IN QVIBVS ETIAM DE QVARVNDAM PHILOSOPHICARVM VOCVM INTERPRETATIONE AGIT.

Tit. ὑποτυπώσεων] de hoc titulo consule annotat. nonam, ubi de adverbio ὑποτυπωτικῶς agitur.

1. lib. 1 sect. 2 ἴσως] observavi Graecos plerisque in locis adhibere adverbium ἴσως, id est *fortasse*, item verbum οἶμαι, id est *arbitror*, in quibus alioqui ea minime necessaria sunt; sed extenuant duntaxat vel potius quandam modestiae speciem prae se ferunt. eodem autem officio et verbum δοκῶ fungi comperi. huiusmodi est etiam Fabianum, *fere*. sed Sextum, qui τὴν ἀπορητικὴν ἀγωγὴν profitetur, hic sicut et alibi uti adverbio ἴσως tamquam ἀποροῦντα consentaneum est. vide caput 21, ubi τάχα (quod idem valet) inter Scepticas voces recensetur.

2. lib. 1 sect. 2 καταληφθῆναι] pro *comprehendi* potuissem etiam uti infinitivo *percipi*, vertens καταληφθῆναι. Cicero enim utroque sine discrimine utitur, aliquando tamen ad maiorem expressionem ea copulans. Sextus: *οἱ δὲ ἀπὸ τῆς νέας ἀκαδημίας ἀκατάληπτα εἶναι πάντα φασί.* Cicero in Lucullo, *quoniam enim id haberent Academici decretum, nihil posse percipi.* et paullo post, *certe hoc ipsum ex quo omne veri falsique iudicium esset, percipere eos debuisse.* sic et κατάληψιν vertit tam *perceptionem* quam *comprehensionem,* atque adeo *cognitionem:* ita tamen ut κατάληψιν ad verbum sonare *comprehensionem* fateatur. sic enim in eodem libro scribit c. 6 sect. 17, *nec definiri aiebant necesse esse quid esset cognitio aut perceptio aut (si verbum e verbo volumus) comprehensio, quam κατάληψιν illi vocant, eosque qui persuadere vellent esse aliquid quod comprehendi et percipi posset, inscienter facere dicebant.* ubi animadverte exemplum eius quod modo dixi, videlicet duo haec verba *comprehendi* et *percipi*, interdum coniungi. sed hic verbum *percipi* sequitur, quod alibi praecedere potius solet. rursum Cicero in eodem libro c. 47 s. 145. *ad rerum igitur scientiam vitaeque constantiam aptissima quum sit mens hominis, amplectitur maxime cognitionem, et κατάληψιν, quam (ut dixi) verbum e verbo exprimentes comprehensionem dicemus.* iam vero et καταληπτόν

alicubi quidem per periphrasin, *quod comprehendi possit* item *quod percipi possit:* interdum vero et uno verbo *comprehensibile* reddit, sed petita tamen ante venia. at *ἀκατάληπτον* itidem una voce *incomprehensibile* nusquam ab eo dictum comperio. quo tamen, analogiam sequens, uti minime dubitavi. at vero *ἀκαταληψίαν* non item *incomprehensibilitatem* interpretari ausus sum, quod nullas nisi agrestes aures id posse ferre iudicarem. ideoque quod initio huius libri dicit Sextus *ἀκαταληψίας ὁμολογίαν*, interpretatus sum, *a se comprehendi non posse fateantur*. sciendum est autem reperiri etiam *ἀκαταληπτῶ* cum apud alios, tum apud hunc nostrum Sextum, idem valens quod *οὐ καταλαμβάνω*, i. e. *non comprehendo*, *non percipio*. porro Ciceronianis hisce interpretationibus licebit fortasse aliquam addere, ut videlicet *καταληπτόν* non solum *comprehensibile*, sed etiam *perceptibile* et *ἀκατάληπτον* non tantum *incomprehensibile*, verum etiam *imperceptibile* vertamus. quae cur aspernemur nihil video (utar enim Fabii verbis), nisi quod iniqui iudices adversus nos sumus, ideoque paupertate sermonis laboramus. ego certe in huius libri interpretatione hanc in partem ne peccarem operam dedi, qui non tantum *ens* et *essentia*, sed alia multo duriora vocabula, ei, cogente necessitate, adhibui: quibus donec meliora in lucem prolata fuerint, neminem qui iudex aequus esse voluerit, offensum iri existimo. sed ut ad *κατάληψιν* revertar, eius originem declarat idem Cicero, ita scribens in eodem Lucullo c. 47 s. 145: *hoc quidem Zeno gestu faciebat. nam cum extensis digitis adversam manum ostenderat, visum, inquiebat, huiusmodi est. deinde cum paulum digitos constrinxerat, assensus huiusmodi. tum cum plane compresserat pugnumque fecerat, comprehensionem illam esse dicebat. qua ex similitudine etiam nomen ei rei, quod ante non fuerat, κατάληψιν imposuit.* hactenus ille. ex cuius tot verbis abunde discimus *κατάληψιν comprehensionem* sive *perceptionem* debere reddi. verum animadvertendum est verti etiam *cognitionem* in uno ex illis quos attulimus locis. cui convenit hic de Finib. lib. 3 c. 5 *cognitiones autem, vel (si haec verba minus placent aut minus intelliguntur, καταλήψεις appellemus licet) eas igitur ipsas propter se asciscendas arbitramur, quod habeant quiddam in se quasi complexum et continens veritatem.* sed in multis exemplaribus pro *cognitiones* depravate legitur *cogitationes.* quin etiam ut idem in quodam loco Luculli paulo ante citato *κατάληψιν* vult esse aut *cognitionem* aut *perceptionem* aut *comprehensionem*, ita alibi tres hos infinitivos coniungit, *nosci percipi comprehendi.* itidem vero et quattuor haec participia congerit, *comprehensi percepti cogniti constituti.* ita enim in Lucullo, unde et proxime praecedentes infinitivi petiti sunt, scribit: *quaero etiam, ille vir bonus qui statuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore lacerari potius quam aut officium prodat aut fidem, cur has sibi tam graves leges imposuerit cum, quamobrem ita oporteret, nihil haberet comprehensi percepti cogniti constituti.* de his autem locis quid dicemus, in quorum uno Cicero *nosci percipi comprehendi*, in altero *comprehensi percepti cogniti* distincte ponit, cum alibi ea *ἰσοδύναμα* esse voluerit, et nobis *κατάληψιν* vel *cognitionem* vel *perceptionem* vel *comprehensionem* interpretari permiserit?

quid aliud huic obiectioni responderi debeat non video quam hoc,
P 200 Ciceronem, cum nobis liberum facit, κατάληψιν aut *cognitionem* aut *perceptionem* aut *comprehensionem* vertere, horum trium optionem nobis dare, tamquam quae sensum eundem efficiant, accipiendo verbum Stoicum latius et generalius, non autem eius etymologiae insistendo. itidem vero cum coniungit haec participia *comprehensi percepti cogniti*, licet non utatur disiunctiva *vel nec aut*, perinde tamen esse ac si posito genitivo Graeco καταληπτοῦ subiunxisset *sive* comprehensi *sive* percepti *sive* cogniti, id interpretari velis. pro me autem, vel potius pro Cicerone facit Galenus, qui καταληπτόν nihil aliud esse vult quam γνωστόν. verum et alia rursus oboritur quaestio, cur Galenus καταληπτόν quidem simpliciter γνωστόν exposuerit, at καταλαμβάνεσθαι non simpliciter γιγνώσκειν, sed βεβαίως γιγνώσκειν. haec enim ipsissima sunt illius verba: ἐγὼ δ᾽ οὔτ᾽ ἄλλο τι καταληπτὸν ἡγοῦμαι σημαίνειν παρὰ τὸ γνωστόν, οὔτ᾽ ἄλλο τι τὸ καταλαμβάνεσθαι τοῦ βεβαίως γιγνώσκειν· ἀνάλογον δ᾽ αὐτοῖς λέγεσθαι τήν τε κατάληψιν καὶ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν. quin etiam paulo post εἰς βεβαίαν γνῶσιν pro εἰς κατάληψιν dixit. hanc quaestionem moventi (quisquis fuerit) apte, ut opinor, responderi queat, quemadmodum Galenus καταληπτόν simpliciter γνωστόν exposuit, cum tamen non simpliciter γνωστόν sed βεβαίως γνωστόν intelligeret, ut ex sequentibus explicationibus patet, ita Ciceronem simpliciter quidem *cogniti* dixisse, nec tamen ad quamlibet cognitionem hoc rettulisse, sed firmam ac stabilem intellexisse. nam haec demum appellari debet cognitio, licet per abusum latius eius significatio extendatur. quamquam nec ei, qui contendere volet omissum in hoc Galeni loco adverbium βεβαίως ante γνωστόν, valde repugnabo, cum praecesserit apud eundem βεβαίως γνωστόν. ubi etiam dicit satius esse nos ita vocare τὸ καταληπτόν ab appellatione Stoica discedentes. sed ut hanc quaestionem missam faciamus, Gellius Ciceronem imitatus ad verbi καταλαμβάνεσθαι interpretationem duos hosce infinitivos adhibuit *nosci* et *percipi*. porro elegantissime Lucianus ludit ἐν βίων πράσει c. 27 in significatione huius verbi; introducit enim Scepticum philosophum mercatori respondentem se omnia praestare posse praeterquam δραπέτην μεταδιώκειν et causam reddentem ὅτι οὐ καταλαμβάνω. sic ludit alibi et in voce κριτήριον. animadvertendum est autem praeterea nove dixisse Galenum in loco modo citato καταλαμβάνεσθαι pro καταλαμβάνειν, cum alioqui nos dicamur καταλαμβάνειν, at ipsae res καταλαμβάνεσθαι.

3. lib. 1 sect. 3 εὑρηκέναι δοκοῦσι] non verti *invenisse videntur*, sed *invenisse sibi videntur*, id est, invenisse se arbitrantur, quia dixerat modo, εὑρηκέναι ἔφασαν. invenerunt enim, ut quidem ipsi, non ut aliarum sectarum philosophi iudicant.

4. lib. 1 sect. 3 Δογματικοί] Cicero δόγμα *decretum* interpretatur. possumus autem, non sine exemplo quorundam Latinorum scriptorum, δόγματα interpretari etiam *placita*. eadem autem ratione vocarunt illi *placita philosophorum*, qua Graeci dicunt τὰ ἀρέσκοντα τοῖς φιλοσόφοις, id est, ad verbum, *placentia philosophis*.

illo autem nomine inscriptus est quidam Plutarchi libellus. nec desunt qui existiment hodieque *placita Curiae* a nostratibus vocari *arrests* pro *arests*, id est ἀρεστά. in quo tamen longe falli eos, facile cognoscet quisquis vim et usum verbi a quo illud nomen deductum est consideraverit. quin etiam vocem δόξας interdum eadem significatione poni et ab eadem esse origine scimus. porro δόγμα quomodo interpretari debeamus, docet nos Cicero, uti dixi: at quomodo Δογματικούς (uno quidem certe verbo), non item. ego *dogmaticos*, vocem Graecam utpote usitatam retinendo, quam *decretorios*, ad verbum, appellare malui. quodsi ad periphrasin confugiendum sit, liceat fortasse Δογματικούς interpretari *decretorum auctores* vel *assertores* aut *professores* aut *decreta statuentes* vel *decretis adhaerentes*. quid si vero *decretis certis addictos* ex ipso Cicerone interpretemur? hinc autem et δογματικὴ φιλοσοφία paulo post, et alicubi adverbium δογματικῶς, de quibus paulo post. item verbum δογματίζειν, id est *dogma* vel *dogmata statuere*, *decretum aliquod* vel *decreta aliqua asserere* vel *profiteri* vel *aliquid tamquam dogma* (vel *decretum*) *proferre aut asserere*. dicitur enim interdum δογματίζειν absolute, interdum δογματίζειν τι vel περί τινος, id est, *aliquid* vel *de aliquo dogmatice pronuntiare*, *aliquid dogmaticorum more asserere* vel *aliquid dogmatica assertione approbare* vel *aliquid tamquam certum dogma assertione approbare*. utroque modo usus est Sextus eodem in loco ita scribens, ὁ μὲν γὰρ δογματίζων ὡς ὑπάρχων τίθεται τὸ πρᾶγμα ἐκεῖνο ὃ λέγεται δογματίζειν. usus est et tertio alibi ὁ γὰρ περὶ ἑνὸς δογματίζων ἢ προκρίνων φαντασίαν etc., ubi ὁ δογματίζων interpretatus sum *qui dogmatice pronuntiat*. apud Ciceronem alicubi *decretum habere* videtur esse δογματίζειν. Gell. uno verbo *decernere* pro eodem dixit lib. 2 c. 5, sed addens *statuere*. nam de Pyrrhoniis loquens scribit, *nihil enim decernunt, nihil constituunt*. caeterum δογματίζειν et δογματικῶς ἀποφαίνεσθαι eodem sensu dicuntur.

5. lib. 1 sect. 3 οἱ περὶ Κλειτόμαχον καὶ Καρνεάδην] hi duo tertiae Academiae auctores fuerunt. vide infra pag. 45 b et 47 c. d. vide et Ciceronem in Lucullo.

6. lib. 1 sect. 4 αἱ ἀνωτάτω φιλοσοφίαι] verti αἱ ἀνωτάτω φιλοσοφίαι generalissimae philosophandi rationes, quoniam alibi aperte dicit ea significatione δύο τὰ ἀνωτάτω κεφάλαια. eodem sensu Galenus artis medicinae esse dicit δύο τὰ ἀνωτάτω μέρη. idem ad Glauconem, τὰ ἀνωτάτω γένη dixit, q. d. suprema, id est summa, scribens, οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν πρώτων καὶ ἀνωτάτω γενῶν μένουσιν, ἀρκούμενοι ταῖς ἀπὸ τούτων ἐνδείξεσιν. idem ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ ἀνωτάτω γενῶν ἀρξάμενος. Laërtius in Zenone τῶν δὲ παθῶν τὰ ἀνωτάτω εἶναι γένη τέτταρα. ideo autem exempla huius significationis proferenda existimavi, ne quis τὰς ἀνωτάτω intelligat antiquissimas, quasi quae τοῖς ἀνωτάτω χρόνοις, id est ad verbum, non, *superioribus temporibus*, sed *supremis*, in usu fuerint. eodem quoque modo dicuntur et τὰ ἐπαναβεβηκότα γένη, ut τὰ ἀνωτάτω. atque adeo ipse Sextus in sequentibus ἐπαναβεβηκότας τρόπους ea significatione ponit, illis opponens τοὺς ὑποβε-

*βηκότας*, vocans *ἐπαναβεβηκότας* quasi dicas supergressos, id est superiores aut eminentes supra alios, quod nihil aliud est quam generalissimos. itidem *ὑποβεβηκότας*, perinde ac si quis dicat subtergressos, id est, *sub aliis constitutos* et *illis subiacentes tamquam inferiores.* Galenus certe *τὰς γενικωτάτας* eodem sensu quo *τὰς ἀνωτάτω* dixit.

7. lib. 1 sect. 4 *τρεῖς εἶναι*] hic tria philosophiae genera sive tres philosophandi rationes, aut quocumque modo quis *φιλοσοφίας* interpretari volet, a Sexto constituuntur, Dogmatica Academica Sceptica. at vero Diogenes philosophos dividit duntaxat in Dogmaticos et Ephecticos. Galenus autem (si eius est liber qui *περὶ φιλοσόφου ἱστορίας* inscribitur) *αἱρέσεις* appellans quas Sextus hic nominat *φιλοσοφίας*, eas esse dicit *γενικωτάτας* quattuor, *δογματι-*
P 201 *κὴν σκεπτικὴν ἐριστικὴν μικτήν*, addens esse *ἐριστικὴν* (q. d. contentiosam aut litigiosam, vel potius altercatricem) eam quae sophismatibus nititur. *μικτήν*, id est mixtam, quae nonnullis quidem dogmatibus assentitur, de multis tamen dubitat. sed longe meliorem esse nostri Sexti divisionem manifestum est. Diogenes enim unam speciem necessariam omisit, Galenus autem eandem ipse quoque praetermisit, et duas minime necessarias adiecit; omisit enim uterque Academicam philosophiam, quod eandem cum Sceptica esse existimaret. quod falsum esse probat Sextus huius libri cap. 33, discrimen quod inter utramque est clare exponens. Gellius quoque differentiam aliquam inter illas annotat, lib. 2 c. 5. quod autem ad *ἐριστικὴν* et *μικτὴν* attinet, *ἐριστικὴ* quidem, quatenus sophismatibus nititur, vera philosophia esse non potest. at *μικτήν*, id est partim dogmaticam, partim ephecticam, nullam esse posse, hinc patet, quod ex quo semel quis aliquid *ἐδογμάτισε*, a Sceptica secta plane coepit desciscere, nec Scepticus amplius appellari potest, etiamsi alioqui in multis sit *ζητητικὸς* sive *ἀπορητικός*. at certe pro me facere videntur quae de Platone dicuntur a Sexto eodem c. 33.

8. lib. 1 sect. 4 *δογματική*] pro *dogmatica* dicere poteram *decretoria*, cum *δόγμα* sit decretum, ut antea dictum est. sed haud multo minus durum videtur *δογματικὴ φιλοσοφία decretoria philosophia* vertere, quam *δογματικοὶ φιλόσοφοι decretorii philosophi*, de quo paulo ante mentionem feci. sed nec adverbium *δογματικῶς* ausus sum reddere *decretorie*, sed alicubi *dogmaticorum more* alicubi *dogmatice* interpretatus sum, ut capite 23 *τιθέναι δογματικῶς ἢ ἀναιρεῖν*. sed et aliis modis verti pro re nata, ut in hoc loco cap. 25 *τῶν δογματικῶς ζητουμένων* verti, *ex iis quae dogmaticorum quaestionibus agitantur.*

9. lib. 1 sect. 4 *ὑποτυπωτικῶς*] non sine causa ad interpretationem *τοῦ ὑποτυπωτικῶς* adhibui adverbium *breviter*, sed quia idem alibi dicit *συντόμως καὶ ὑποτυπωτικῶς*, et variis in locis suam claudere de re aliqua disputationem volens dicit: "haec sufficere possunt *ὡς ἐν ὑποτυπώσει*", ut initio c. 28: *περὶ τοσούτων ἀρκέσει τῶν φωνῶν ὡς ἐν ὑποτυπώσει διεξελθεῖν*; et circa finem huius libri primi *καὶ ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγων ἐκβαίνω τὸν ὑποτυπωτικὸν τρόπον τῆς συγγραφῆς*. praeterea etiam respexi ad illa *ὡς ἐν τύπῳ*

et *τύπῳ λέγειν λαμβάνειν ἀποδεικνύειν*. scio interim potuisse *ὑποτυπωτικῶς* aliter quoque exprimi, videlicet hoc modo: *brevem quandam informationem* vel *summariam ob oculos ponentes*. Varro de lingua Latina: *quae videretur analogia in oratione ut breviter potui informavi*, id est *ὑποτυπωτικῶς διεξῆλθον*, aut uno verbo *ὑπετυπωσάμην*. quamvis enim alicubi ad *ὑποτυπωτικῶς* adiungat alterum adverbium *συντόμως*, non dubium est tamen quin *συντόμως* in *ὑποτυπωτικῶς* inclusum etiam censeri possit. sciendum est autem *ὑποτυπωτικῶς* dicere habita ratione inscriptionis huius opusculi (appellatur enim *Πυρρώνειοι ὑποτυπώσεις*) et hunc titulum mutuatum esse ab Aenesidemo Sextum crediderim; nam illum ita inscripsisse quosdam suos libros constat. sed Diog. Laërtius uno in loco citat Aenesidemum *ἐν τῇ εἰς τὰ Πυρρώνεια ὑποτυπώσει*, in altero *ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Πυρρωνείων λόγων*. porro vocem Graecam in titulo huius libri retinui, quod alioqui longis periphraseos ambagibus utendum fuisset. nam Pyrrhonias hypotyposes interpretans *Pyrrhonias informationes* nequaquam mihi satis faciebam: et potius ita vertissem, *praecipuorum sectae Pyrrhoniae capitum summaria* et *dilucida informatio*. *capitum* autem dicere voluissem, non *dogmatum* nec *praeceptorum*, ne in ipso limine impingerem et titulo ipsius operis aliquid eius professioni non consentaneum affingerem. sed nec *doctrinae* Pyrrhoniae eandem ob causam dicere ausus fuissem. nam et *institutionis* appellatione invitus ob id ipsum alicubi usus sum. at vocem hanc *capitum* reprehendere non possit, qui eam in eodem sensu apud Ciceronem legerit cum alibi, tum hic, *quattuor sunt capita quae concludunt nihil esse quod nosci percipi comprehendi possit*. sed ne hoc quidem silentio praetereundum est, cum dicitur *Πυρρώνειοι ὑποτυπώσεις* perinde esse ac si diceretur *ὑποτυπώσεις τῶν Πυρρωνείων*, ut hic genitivus sit neutrius generis. imo in hoc ipso titulo *Πυρρωνείων ὑποτυπώσεων βιβλίον πρῶτον*, sic accipiendum censerem *Πυρρωνείων*, (ut videlicet perinde foret ac si dixisset *βιβλίον πρῶτον ᾧ Σέξτος τὰ Πυρρώνεια ὑποτυποῦται*, vel *ὑποτυπωτικῶς διεξέρχεται*) nisi alibi legissem *Πυρρώνειοι ὑποτυπώσεις*.

Iam vero quod ad auctorem huius operis attinet, eius mentionem Suidas facit, facit et Diog. Laërtius in Pyrrhone: sed neuter *ἐμπειρικόν* eum cognominat. nec dubito quin vulgare *ἐμπειρικοῦ* cognomen ex errore ortum fuerit, quod *ἐμπειρικὰ ὑπομνήματα* scripserit, quorum ipsemet cum alibi tum in disputatione adversus grammaticos meminit.

10. lib. 1 sect. 4 *ἱστορικῶς*] adverbium *ἱστορικῶς* interpretatus sum *historico more*. hoc autem ita intellige, eum historicos imitari in eo quod historici res simpliciter, ut audiverunt aut viderunt, narrare contenti esse possint, nec suum de illis iudicium interponere necesse habeant: imo pleraque commemorent quae fando audiverunt, cum alioqui rem ita se habere nequaquam affirment, neque certo sibi ipsis persuadeant. unde et in fine capitis 23 dicit de Sceptico, *οὐκ ἀπαγγελτικῶς μετὰ πεποιθήσεως ἀποφαινόμενος, ἀλλ' ὃ πάσχει διηγούμενος*. et in fine 25 de eodem, *ἀλλὰ τὸ ἑαυτοῦ πάθος ἀπαγγέλλοντος*. adeo ut *ἱστορικῶς* idem sit propemodum quod *δι-*

*ηγηματικῶς*. ideo autem admoneo, ne quis *ἱστορικῶς* accipiat eo sensu ut veritatem in historiographis non requiri dicat Sextus. contra enim veritatem a nonnullis *historiae animam* vocitatam esse scimus: unde et historicam fidem dixit Naso 3 Am. eleg. 2.

*exit in immensum foecunda licentia vatum,*
*obligat historica nec sua verba fide.*

11. lib. 1 sect. 5 *τίς ἔννοια*] nomen *ἔννοια* quod a me redditur *mens* (eo sensu quo accipitur pro ea quam vulgo *intentionem* appellamus) verti etiam potest me non repugnante *notio*, ut Cicero alicubi interpretatur. sed et *λόγους* quod verti *orationes*, scio potuisse aliter etiam transferri. verum *rationes* interpretari consentaneum huic sectae non fuisset: et postquam diligenter expendi argumentum c. 7, 8, 9, 10, in quibus hosce *λόγους* exponit, nihil aliud his *λόγοις* mihi significare visus est, quam ea quae de sua secta Pyrrhonii profitentur, videlicet se non *δογματίζειν*, se *αἵρεσιν* non habere, (si hanc in vulgari significatione accipiamus) physiologiam a se tractari consentaneo suae sectae modo, item se apparentia non evertere.

12. lib. 1 sect. 5. *τὰς σκεπτικὰς ἀποφάσεις*] vocat hic *τὰς σκεπτικὰς ἀποφάσεις* quas alibi *τὰς σκεπτικὰς φωνάς* nuncupat: ideoque *ἀποφάσεις* dicta aut voces simpliciter hic interpretari possumus: at secus cap. 20 sect. 92, ubi *ἀπόφασις* opponitur *τῇ καταφάσει*.

P 202 13. lib. 1 sect. 7 *ἡ σκεπτικὴ ἀγωγή*] *institutio* mihi est *ἀγωγή*, sicut iam in aliis duobus praecedentibus locis, non quod mihi satisfaciat plane haec interpretatio, sed quod aptiorem invenire non possim. quoties enim *institutionem* audimus, statim docentem et discentem imaginamur, quos haec secta evertit. ideoque fortasse rectius *institutum* interpretaremur; nam et Cicero Platonis *institutum* eo sensu dixisse videtur. idem vero *sectam* et *institutionem* alicubi copulat. unde videndum est an non *ἀγωγήν sectam* vertere possimus. porro Aristocles non simpliciter *ἀγωγήν*, sed *ἀγωγὴν λόγων* hanc nuncupat, ita scribens: *ὅτι μὲν οὖν τὴν τοιαύτην εἴτε αἵρεσιν εἴτε ἀγωγὴν λόγων, εἴτε ὅπῃ καὶ ὅπως ἐθέλῃ τις καλεῖν αὐτήν, οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν ὀρθὴν εἶναι φαίη, δῆλον.* scimus autem Sextum antea c. 1 inter *φιλοσοφίας* eam recensuisse: quod Aristocles pati recusat, utpote subiungens, *ἐγὼ μὲν οὐδὲ φιλοσοφίαν οἴομαι δεῖν ὀνομάζειν αὐτήν, ἀναιροῦσάν γε δὴ τὰς τοῦ φιλοσοφεῖν ἀρχάς.* et ipse quoque Sextus cap. 2 dicit quidem *τὴν διάκρισιν τῆς σκέψεως ἀπὸ τῶν παρακειμένων αὐτῇ φιλοσοφιῶν;* sed tamen alio quoque modo *φιλοσοφίας* nomen accipiens, subiungit, *εἰδικὸς δὲ (λόγος) ἐν ᾧ πρὸς ἕκαστον μέρος τῆς καλουμένης φιλοσοφίας ἀντιλέγομεν.* caeterum capite sequenti *σκεπτικὴν δύναμιν* appellabit. alicubi etiam *σκέψιν* ponit *ἀντὶ τῆς σκεπτικῆς ἀγωγῆς.*

14. lib. 1 sect. 7 *ζητεῖν καὶ σκέπτεσθαι*] verti *σκέπτεσθαι uti scepsi*, quod a vocabulo recepto discedere non auderem. sed hic latius quid sit *σκέπτεσθαι* explicabo, si prius Gellii expositionem attulero. ita enim caput quintum libri 11 exorditur: *quos Pyrrhonios philosophos vocamus, ii Graeco cognomento Σκεπτικοί appellantur, id ferme significat quasi* quaesitores et consideratores, *nihil enim decernunt, nihil constituunt, sed in quaerendo semper considerandoque sunt, quid-*

*nam sit omnium rerum de quo decerni constituique possit. ac ne videre quoque plane quicquam nec audire sese putant, sed ita pati afficique quasi videant vel audiant: eaque ipsa quae affectiones istas in sese efficiant, qualia et cuiusmodi sint, cunctantur atque insistunt.* haec Gellius. sed hoc addendum videtur, *σκέπτεσθαι* quum ad Scepticorum sectam refertur, non dici late de qualibet consideratione seu commentatione, sed ad illam restringi quae est hominis responsionem ad quaestionem de qua interrogatus fuerit meditantis, eamque aut affirmativam aut negativam. huiusmodi autem responsionem nemo umquam a Scepticis extorserit, eo quod dum *σκέπτονται*, dicunt sibi contraria circa idem apparere, ideoque omnia talia apparere, ut aequum pondus *πρὸς πίστιν* habeant et *πρὸς ἀπιστίαν.* unde fit ut numquam ultra *σκέψιν* egrediantur, sed in ea perpetuo defixi maneant. sic autem apud Xenophontem dicitur *σκέπτεσθαι*, qui aliquid considerat de quo interrogatus est, responsionem ad id meditans. pro eodem dicitur et *διασκέπτεσθαι,* quo utitur quidam Scepticus apud Lucianum *ἐν βίων πράσει* c. 27, dicens, *ἐπέχω περὶ τούτου καὶ διασκέπτομαι.* cur autem Gellius *σκεπτικοὺς* dixerit appellatos quasi *quaesitores*, nihil causae video.

15. lib. 1 sect. 7 *σωματικώτερον*] adverbium *σωματικώτερον* verti *solidius:* fortasse autem non male etiam redderetur *plenius.* sed nec utrumque perperam, ut opinor, coniungeretur ad maiorem adverbii Graeci expressionem, quod ad verbum sonat *corporalius.* caeterum Galenus quoque idem de Pyrrhone testatur scribens, *καὶ τὴν ἄγαν ἠκριβωκέναι τὴν ἀπορητικὴν ὑποληφθέντα Πύρρωνα.* ne cui tamen errandi occasionem praebeat mea interpretatio, quia *προσεληλυθέναι τῇ σκέψει* verti *scepsin tractavisse,* malim reddere, *ad scepsin se contulisse,* vel (minus quidem ad verbum, sed magis significanter) *ad scepsin se applicuisse.* dico autem errandi occasionem, quia ex illa interpretatione colligere posset aliquis scriptis persequutum esse Pyrrhonem sectam Scepticam, quum contra nihil eum literarum monumentis mandasse testentur cum alii tum Aristocles et Diogenes Laërtius.

16. lib. 1 sect. 8 *καὶ λόγοις*] repone *rationibus* pro *orationibus.* ex Cicerone autem sumpsi haec verba *paria momenta.* nam quod hic dicit *τὴν ἐν ἀντικειμένοις λόγοις ἰσοσθένειαν*, ille reddit *contrariarum rationum paria momenta.* ita enim in Lucullo, id est in 2 Acad. scribit: *nam in utramque partem multa dicuntur. horum aliquid vestro sapienti certum videtur, nostro ne quid maxime quidem probabile sit occurrit. ita sunt in plerisque contrariarum rationum paria momenta.* repono autem hic *in utramque partem* pro *in utraque parte* (quod in vulg. edit. habetur) ex aliis Ciceronis locis. idem in fine libri 1 earundem Acad. *huic rationi quod erat consentaneum faciebat, ut contra omnium sententias dies iam plerosque deduceret, ut quum in eadem re paria contrariis in partibus momenta rationum invenirentur, facilius ab utraque parte assertio sustineretur.* in quo posteriore loco animadverte expressum id ipsum quod a Sexto additur, Scepticos videlicet ob illam *ἰσοσθένειαν* devenire ad *ἐποχήν.* idem vero alibi *ἰσοσθενῆ* appellat *paria in utramque partem.* quodsi *ἰσοσθένειαν* ad verbum exprimere velimus,

vertemus *aequalem potentiam*, quam uno quidem verbo, sed non satis Latino *aequipollentiam* seu *aequivalentiam* vocare possemus. sed pro eo quod Cicero *paria momenta* dicit, poterimus etiam *par pondus* vel *aequale pondus* dicere, ut *contrariae rationes paris ponderis* idem valeat quod *contrariarum rationum paria momenta.* nam apud Lucianum [vit. auct. 27] *ἰσοβαρεῖς λόγους* quidam Scepticus appellat quos hic Sextus *ἰσοσθενεῖς*. interrogatus enim quid sibi vellent lances, quas circumferebat, respondet, *ζυγοστατῶ ἐν αὐτοῖς τοὺς λόγους καὶ πρὸς τὸ ἴσον ἀπευθύνω, καὶ ἐπειδὰν ἀκριβῶς ὁμοίους τε καὶ ἰσοβαρεῖς ἴδω, τότε δὴ ἀγνοῶ τὸν ἀληθέστερον.* porro *ἰσοσθένειαν* hanc ipsemet Sextus in fine huius cap. exponit *τὴν κατὰ πίστιν καὶ ἀπιστίαν ἰσότητα.* idem cap. 22 ait *ἐπέχω* proferri ab eo qui declarare velit res sibi videri aequales *πρὸς πίστιν καὶ ἀπιστίαν.* quin etiam cap. 24 ait, quum dicitur a Sceptico *πάντα ἐστὶν ἀόριστα*, intelligi *ἀόριστα* debere *μὴ προὔχοντα τῶν ἀντικειμένων κατὰ πίστιν ἢ ἀπιστίαν.* existimo autem Aristoclem *ἀδιάφορα* eodem sensu dicere, id est, *μηδὲν διαφέροντα πρὸς πίστιν ἢ ἀπιστίαν* vel *πρὸς ἀλήθειαν ἢ ψεῦδος*. longe enim falletur qui *ἀδιάφορα* apud eum (ubi hanc vocem Scepticis attribuit) in recepta vulgo significatione accipiet. ad illa autem Aristoclis *ἀδιάφορα* pertinent haec Ciceronis in Lucullo *veri enim et falsi non modo cognitio sed et natura tolletur, si nihil erit quod intersit.* et paulo post, *primum qui potestis non impediri quum a veris falsa non distent?*

17. lib. 1 sect. 8 *εἰς ἐποχὴν*] Timon, ut testatur Aristocles, dixit *τοῖς ἀδοξάστοις καὶ ἀκλινέσι καὶ ἀκραδάντοις περιέσεσθαι πρῶτον μὲν ἀφασίαν ἔπειτα δ᾽ ἀταραξίαν*: Aenesidemus autem voluptatem. ubi animadvertendum est *ἀφασίαν* dici quam *ἐποχὴν* appellavit Sextus. porro et Galenus *τὴν εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησιν* ait (ex veterum Academicorum iudicio) *τελευτᾶν εἰς ἐποχήν*, appellans, ut opinor, *τὴν εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησιν argumentationem in utramque partem*, non autem *praeparationem*, ut Erasmus vertit. est enim *ἐπιχείρησις*
P 203 meo quidem iudicio quasi aggressio per argumentationem seu ratiocinationem. unde et *ἐπιχειρήματα* dici puto *argumentationes* quibus velut aggredimur adversarium. quoniam autem ex huiusmodi argumentatione et propositione rationum in utramque partem tandem illa *ἰσοσθένεια τῶν λόγων* emergit, ideo illam in epochen desinere tradunt.

18. lib. 1 sect. 8 *ἀταραξίαν*] hanc *ἀταραξίαν* exprimere voluit Cicero ita scribens in Lucullo *sed quaero quando ista fuerint ab Academia vetere decreta, ut animum sapientis commoveri et conturbari negarent*, id est, *ἀτάραχον εἶναι* vel uno verbo *ἀταρακτεῖν.* ego *ἀταραξίαν* alicubi reddidi *imperturbatum animi statum*, alicubi *vacuum a perturbatione animum.* est etiam ubi verterim *vacuitatem a perturbatione*, sicut et hic. sed nihil impedit quin etiam aliquis *tranquillitatem animi* interpretetur. is enim demum tranquillus est animus, qui omni perturbatione caret. ipse autem paulo post *ἀταραξίαν* definiet *ψυχῆς ἀοχλησίαν καὶ γαληνότητα*, id est *vacuitatem perturbationis in animo et tranquillitatem.* sed vertere etiam potui *animum minime turbulentum* et *serenum.* nam animum turbulentum dixit Cicero,

animum serenum (id est γαληνόν ad verbum) Ovidius. potui etiam reddere *minime turbidum et tranquillum.* nam haec duo, quae mari frequenter tribuuntur, Cicero quoque inter se opponit. quin etiam γαληνότητα ψυχῆς *animum placidum* interpretari licet, quia quod γαληνὴν θάλασσαν dicunt Graeci, Latini vel *tranquillum* vel *placidum mare* vocant, et ab eo petitam esse metaphoram constat.

19. lib. 1 sect. 9 οὐ κατὰ τὸ περίεργον] Sexti verba sunt οὐ κατὰ τὸ περίεργον, ἀλλ᾽ ἁπλῶς κατὰ τὸ δύνασθαι. id est *non curiosus*, vel *non anxia quadam observatione* usus huius verbi, *sed simpliciter, quatenus potest.* sic alibi δογματικὴν περιεργίαν dicit. praeterea in fine huius libri itidem de usu vocabulorum loquens c. 34 sect. 240 οὕτως καὶ ὁ μεθοδικὸς κοινότητα λέγει καὶ διήκειν καὶ τὰ παραπλήσια, ἀπεριέργως. praecesserat autem paulo ante, πρὸς τῷ καὶ τὸ ἀδόξαστόν τε καὶ ἀδιάφορον τῆς χρήσεως τῶν ὀνομάτων κοινὸν εἶναι τῶν ἀγωγῶν. ut autem Sextus dicit οὐ κατὰ τὸ περίεργον ἀλλ᾽ ἁπλῶς, ita Aeschines contra Ctesiphontem [c. 77] scribit ὅταν δ᾽ ἐξ ὀνομάτων συγκείμενος ἄνθρωπος, καὶ τούτων πικρῶν καὶ περιέργων, ἔπειτα ἐπὶ τὴν ἁπλότητα καὶ τὸ ἔργα καταφεύγῃ.

20. lib. 1 sect. 9 ἐναλλάξ] adverbium ἐναλλάξ verti hic *permutatim*, alibi autem aliter, prout mihi alia interpretatio in mentem venit: ubique tamen eodem sensu. intelligit autem, aut phaenomena noumenis aut noumena phaenomenis.

21. lib. 1 sect. 10 ἐποχή] Cicero ἐποχὴν interpretatur *assensionis retentionem.* idem vim verbi exprimens ita scribit in Lucullo, *contineo igitur me ne incognito assentiar.* nam *contineo me ne assentiar* nihil aliud est quam ἐπέχω. alibi autem dicit *se ab assensu sustinere,* item *assensum sustinere* vel *assensionem.* quin etiam alicubi *assertionem sustinere* eodem sensu ponit. idem quum ita scribit, *quum se a respondendo ut aut approbet quid aut improbet sustineat, ut neque neget aliquid neque aiat,* nihil aliud dicit tot verbis quam ὅταν ἐπέχῃ. invenitur etiam apud eum *a certis cohibere assensum* pro ἐπέχειν περὶ τῶν δήλων. Gellius autem ἐπέχειν videtur interpretari voluisse *cunctari* et *insistere,* ita scribens de Scepticis lib. 11 cap. 5 *ac ne videre quoque plane quicquam neque audire sese putant, sed ita pati afficique quasi videant vel audiant. eaque ipsa quae affectiones istas in sese efficiant, qualia et cuiusmodi sint, cunctantur atque insistunt,* id est, ἐπέχουσι περὶ τοῦ ποῖά ἐστι κατὰ φύσιν. nam editiones in quibus legitur *cunctantur,* sequor potius quam quae habent *contantur,* id est *percontantur.* accipio autem *cunctantur* pro *haesitant.* nam et Cicero alicubi cunctari et haesitare copulat. fateor tamen duriusculum esse hoc loquendi genus, *cunctantur atque insistunt qualia sint,* pro cunctantur respondere de hoc, qualia sint, id est, haesitant de responsione ad hoc, qualia sint, etc. et ut dixi, ἐπέχουσι περὶ τοῦ ποῖα, etc. quamquam si verbum verbo exprimere velimus, exponemus potius ἐφίστανται, a quo verbo deductum nomen ἐπίστασις usurpatur a Luciano de quodam Sceptico [vit. auct. 27]: et quidem facetissime, suo more, in hoc verbo ludit ἐν βίων πράσει. cuius tamen loci sensum interpres non assequutus est, imo ab eo longe recessit, quippe qui ἐπίστασιν, qua Lucianus significare vult *restitationem* sive *insistentiam,* (si a verbo in-

sistere hoc nomen formare fas est) interpretatus est *sapientiam*, absurdissimum sensum efficiens, quia videlicet *ἐπίστασιν* (quod ab *ἐφίσταμαι* deductum est) ab *ἐπίσταμαι*, unde et *ἐπιστήμη*, ortum esse credidit. hic autem error in interpretatione *τοῦ ἐπίστασις* commissus revocat mihi in memoriam locum Xenophontis *ἐν ἀναβάσει*, in quo itidem vocem *ἐπίστασιν* quidam non intelligentes in *ἐπίτασιν* perperam mutaverunt: et hanc tamen lectionem interpretes nonnulli sequuti sunt. qua de re admonui in annot. Xenophonti editionis meae adiunctis. sed ut ad *ἐποχὴν* revertamur, Sextus infra tradit eam dictam *ἀπὸ τοῦ ἐπέχεσθαι τὴν διάνοιαν ὡς μήτε τιθέναι τι μήτε ἀναιρεῖν*. hic eodem sensu dicit esse *στάσιν διανοίας*, nimirum *στάσιν* ponens *ἀντὶ τῆς ἐπιστάσεως*, cuius modo meminimus. Galenus autem late *ἐποχὴν* accipiens eam *ἀοριστίαν* esse dicit.

22. lib. 1 sect. 11 *ὁ Πυῤῥώνειος*] dixit et pagina praeced. sectam Scepticam a Pyrrhone Pyrrhoniam denominatam. sed hoc improbat Theodosius apud Diogen. Laërtium, ut videbis pag. 545. sic autem loquitur hic Sextus *καὶ ὁ Πυῤῥώνειος δὲ φιλόσοφος δυνάμει τῇ τῆς σκεπτικῆς ἀγωγῆς ἐννοίᾳ συναποδέδοται· ἔστι γὰρ ὁ μετέχων ταύτης τῆς δυνάμεως*. ubi *δύναμις* diverse accipitur. nam quum dicit *δυνάμει συναποδέδοται τῇ ἐννοίᾳ τῆς σκεπτ. ἀγωγ.* eodem modo accipit *δυνάμει* quo in his locis, *τὸ φαινόμενον δυνάμει τὴν φαντασίαν καλοῦντες*. item, *ὅταν λέγωμεν πλατεῖαν, δυνάμει λέγομεν πλατεῖαν ὁδόν*. item, *ὁ γοῦν λέγων τάχα ἐστίν, δυνάμει τίθησι καὶ τὸ μάχεσθαι δοκοῦν αὐτῷ τὸ τάχα μὴ εἶναι.* ac ne tam procul exempla petamus, quod legis in principio pag. proxime seq. in mea interpretatione, *at Scepticus voces suas profert ita ut quae possint a se ipsis circumscribi*, ita legitur apud ipsum Sextum, *ὁ δὲ Σκεπτικὸς τὰς φωνὰς αὐτοῦ προφέρεται ὡς δυνάμει ὑφ᾽ ἑαυτῶν περιγράφεσθαι*, perinde ac si diceret *ὡς δύνασθαι ὑφ᾽ ἑαυτῶν περιγράφεσθαι*, ut apparet ex hoc capitis 28 sect. 206 loco, ubi de iisdem *φωναῖς* scribit, *ὅπου γε καὶ ὑφ᾽ ἑαυτῶν αὐτὰς ἀναιρεῖσθαι λέγομεν δύνασθαι, ἐμπεριγραφομένας ἐκείνοις περὶ ὧν λέγονται*, id est (permutando genera loquendi) *ἀναιρεῖσθαι λέγομεν δυνάμει*. sic igitur et in eo de quo nunc agitur loco *δυνάμει συναποδέδοται*, perinde est ac si dixisset *δύναται συναποδεδόσθαι*, ut sit sensus, Pyrrhonii quoque philosophi notio cum notione Scepticae sectae tradita esse potest, vel ad Pyrrhonii quoque philosophi notionem valet Scepticae institutionis notio, quam tradidimus aut exhibuimus seu assignavimus. fateor interim non ubique posse dativum *δυνάμει* ita resolvi; nam si pro *ὅταν λέγωμεν πλατεῖαν, δυνάμει λέγομεν πλατεῖαν ὁδόν*, dixeris, *ὅταν λέγωμεν πλατεῖαν,*
P 204 *δυνάμεθα λέγειν πλατεῖαν ὁδόν*, aliud quiddam significare videberis. quare *δυνάμει λέγομεν πλατεῖαν ὁδόν* interpretor *idem valet* vel *tantundem valet ac si diceremus πλατεῖαν ὁδόν* vel *perinde est ac si diceremus πλατ. ὁδ.* eadem est et sequentis exempli ratio. similis autem est usus huius vocabuli in isto Aristoclis loco, ubi de Aristippo ita loquitur, *ἀλλ᾽ οὐδὲν μὲν οὗτος ἐν τῷ φανερῷ περὶ τέλους διελέξατο, δυνάμει δὲ τῆς εὐδαιμονίας τὴν ὑπόστασιν ἔλεγεν ἐν ἡδοναῖς κεῖσθαι.* subiungit enim *ἀεὶ γὰρ λόγους περὶ*

ἡδονῆς ποιούμενος εἰς ὑποψίαν ἦγε τοῦτο προσιόντας αὐτῷ τοῦ λέγειν τέλος εἶναι τὸ ἡδέως ζῆν. aliter etiam accipitur δυνάμει apud philosophos, videlicet quum ἀντιδιαστέλλεται τῇ ἐνεργείᾳ. nam δυνάμει et ἐνεργείᾳ item κατὰ δύναμιν et κατ' ἐνέργειαν opposita esse scimus. iam vero quod ad δυνάμεως attinet, quo utitur idem Sextus in eo loco quem initio huius annotationis protuli, aliter accipi debet, videlicet ut initio capitis praecedentis.

23. lib. 1 sect. 12 μεγαλοφυεῖς] in vertendo μεγαλοφυεῖς periphrasi Ciceroniana usus sum, *abundantia quadam ingenii praestantes.* sed rectius *viri* hoc quidem loco dixissem, quam *homines.* quod tamen discrimen leve est.

24. lib. 1 sect. 12 παντὶ λόγῳ] possis etiam interpretari, et quidem melius fortasse, *omni rationi rationem* etc. vide Ciceronem.

25. lib. 1 sect. 13 φαντασίαν] Graecam vocem *phantasiam* retinui, non quod nescirem quomodo eam vertat Cicero, sed ne quis in ambiguitate vocis Latinae falleretur. nam *visum,* quod Cicero φαντασίαν reddit, alia quoque significare scimus. quum autem variis in locis interpretetur *visum*, alicubi tamen *visionem* etiam vertit in Lucullo, et ibidem ita scribit *de sensibus ipsis quaedam dixit nova, quos iunctos esse censuit e quadam quasi impulsione oblata extrinsecus, quam ille φαντασίαν, nos visum appellemus licet.* at Quintilianus uno in loco φαντασίας interpretans, *per quas*, inquit, *imagines rerum absentium ita repraesentantur animo, ut eas cernere oculis ac praesentes habere videamur.* alibi autem scribit, *quare capiendae sunt illae, de quibus dixi, rerum imagines, quas vocari φαντασίας indicavimus.* sed rursus alio in loco, Theonem Samium pictorem *concipiendis visionibus, quas φαντασίας vocant*, dicit fuisse praestantissimum. ut autem pictoribus sic et poëtis scimus peculiares quasdam esse φαντασίας, quas quo Latino vocabulo apte exprimere possimus, alii viderint. nobis de primaria et generali huius nominis significatione agere propositum est. addo igitur, nos ex Cicerone non tantum *visa* seu *visiones* simpliciter appellare posse, sed etiam significantius, *visa in animos impressa;* ita enim in eodem Lucullo scribit, *ut etiam illud absurdum sit quod interdum soletis dicere, quum visa in animos imprimantur, non vos id dicere, inter ipsas impressiones nihil interesse, sed inter species et quasdam formas eorum. quasi vero non specie visa iudicentur, quae fidem nullam habebunt sublata veri et falsi nota.* quin etiam visis pellendi vim tribuit idem; nam ita in eodem libro scribit, *sed id disputari poterat subtiliter, quanto quasi artificio natura fabricata esset primum animal omne, deinde hominem maxime. quae vis esset in sensibus, quemadmodum prima visa nos pellerent, deinde appetitio ab his pulsa sequeretur.* idem in eodem libro, *visa enim ista quum acriter mentem sensumve pepulerunt* etc. de quibus locis postea dicetur. Gellius huic Ciceronis interpretationi acquiescens ita scribit, de Pyrrhoniis et Academicis philosophis loquens, *sed ex omnibus rebus perinde visa fieri dicunt, quas φαντασίας appellant: non ut rerum ipsarum natura est, sed affectio animi corporisve est eorum ad quos ea visa perveniunt.* haec Gellius. sed pro his, *ad quos ea visa perveniunt,* dixisset, ut opinor, Cicero, *quorum animis haec visa im-*

*primuntur.* porro ut *φαντασίας* interpretatur Cicero *visa*, ita *φαντάζεσθαι videri* in hoc Timaei Platonici loco, *δεξιὰ δὲ φαντάζεται τὰ ἀριστερά.* nam pro Graecis hisce verbis eius versio habet, *dextra autem videntur quae laeva sunt.* idem hunc eiusdem Platonis Polit. lib. 9 locum, *καὶ ἥκιστα παράνομοι τότε αἱ ὄψεις φαντάζονται τῶν ἐνυπνίων*, ita reddit, *tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia.* at ego *φαντάζεσθαι* his in locis exponere malim *apparere* quam *videri*, sicut et in isto, qui in eodem Timaeo legitur, *διὰ ταῦτά τε ἰδεῖν λαμπρὸν καὶ στίλβον λιπαρόν τε φανταζόμενον.* ut autem *φαντάζεσθαι* vertit *videri*, sic et *φαίνεσθαι cerni* in eodem Timaeo. hoc tamen nemo negare possit *φαίνομαι*, si verbum verbo exprimendum sit, potius esse *appareo* quam *cernor* seu *videor.* quum autem *φαντασία* ab eo derivatum sit, atque adeo ipse Sextus tradat nos *τὸ φαινόμενον δυνάμει τὴν φαντασίαν καλεῖν*, quod loquendi genus paulo ante exposui, videndum est an non melius *φαντασίας* aliquo ab *appareo* deducto nomine exprimeremus; *apparentiam* scio Latine non dici, *apparitionem* autem Latinos alio sensu usurpare: sed quid si cogente necessitate eidem significationi, cui et ipsum verbum appareo servit, accommodemus? at quae necessitas aliam vocem quam *visum* quaerere nos cogit? obiiciet aliquis. dicam quod sentio. quum dico me videre aut cernere equum album, perinde est ac si dicerem, "equus quem video vel cerno, est albus". at hoc numquam Scepticus quatenus est Scepticus dixerit; hoc enim esset ab ipsa Sceptices professione desciscere, quae est *οὐδενὶ συγκατατίθεσθαι* et *περὶ οὐδενὸς διαβεβαιοῦσθαι*, i. e. nihil assertione approbare, sed *περὶ παντὸς ἐπέχειν*, adeo ut quo quidque colore aut quo sono sit, se nescire dicturus sit, sed tantum sentire affici se velut ab hoc vel illo colore et tamquam ab hoc vel illo sono. qua etiam de causa inducit Lucianus quendam huius sectae philosophum se *μήτε ἀκούειν μήτε ὁρᾶν* profitentem. et hoc alii quoque passim illis exprobrant, quod videlicet sensus eripiant, ut loquitur Cicero. atque adeo Gellium paulo ante audivimus ita loquentem de illis, *ac ne videre quoque plane quicquam nec audire sese putant, sed ita pati afficique quasi videant vel audiant.* quod tamen mera calumnia erat, sed huius ansam praebuit Sceptica loquendi forma, talis qualem modo proposui. denique si verum est quod Sextus dicit, *φαντασίαν* tantundem valere quod *φαινόμενον*, qui *φαντασίαν* interpretabitur visum, eodem modo et *φαινόμενον* interpretari queat. at consideremus in uno quopiam Sexti loco, exempli gratia, quam incommoda sit, ne quid gravius dicam, illa interpretatio. quum ita scribit, *ὅταν δὲ ζητῶμεν εἰ τοιοῦτόν ἐστι τὸ ὑποκείμενον ὁποῖον φαίνεται, τὸ μὲν ὅτι φαίνεται δίδομεν, ζητοῦμεν δ' οὐ περὶ τοῦ φαινομένου, ἀλλὰ περὶ ἐκείνου ὃ λέγεται περὶ τοῦ φαινομένου*, si hic *φαίνεται* vertas *videtur*, id est *cernitur*, plane a mente auctoris discedis, eiusque sententiam pervertis. quare quod verbum *videtur* ambiguum sit, malui *φαίνεται* ubique vertere *apparet*, et quum dico, *hoc apparet album*, non intelligo, manifestum est hoc esse album, sed perinde est ac si dicam, hoc speciem albedinis meis oculis obiicit. accipio autem speciem sicut Cicero, quum dicit, *eadem est in*

*somnis species eorum quae vigilantes videmus.* animadverte enim eum
non dixisse *visio*, sed *species*, et ita distinxisse ac si Graece dixisset, P 205
*ἡ αὐτή ἐστι φαντασία καθ᾽ ὕπνους*, vel *ὄναρ, ὧν ὁρῶμεν ὕπαρ*,
vel *ἡ αὐτή ἐστι φαντασία καθεύδουσιν ἐκείνων ὧν ἐγρηγορότες*
*ὁρῶμεν.* at Sceptici discrimen hoc tollunt discentes se nescire utri
assentiendum sit. clarum autem erit quod docere volo ex hoc loco
Galeni: *ἐπειδὴ γὰρ ἔνια μὲν οἰόμεθα ἢ βλέπειν ἢ ἀκούειν ἢ*
*ὅλως αἰσθάνεσθαι, καθάπερ ἐν ὀνείροις καὶ μανίαις, ἔνια δὲ*
*οὐκ οἰόμεθα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατ᾽ ἀλήθειαν ὁρῶμεν ἢ ὅλως*
*αἰσθανόμεθα· ταυτὶ μὲν τὰ δεύτερα πάντες ἄνθρωποι πλὴν*
*Ἀκαδημιακῶν τε καὶ Πυρρωνείων εἰς βεβαίαν γνῶσιν ἥκειν νο-*
*μίζουσιν, ἃ δ᾽ ὄναρ ἡ παραπαιόντων ψυχὴ φαντάζεται, ψευδῆ*
*ταῦθ᾽ ὑπάρχειν. εἰ μὲν δὴ συγχωροῦσιν αὐτὸ τοῦθ᾽ οὕτως*
*ἔχειν, ἐξαλειψάτωσαν ἐν οἷς γράφουσι μήτε τοῦ μαινομένου τὸν*
*σωφρονοῦντα μήτε τοῦ νοσοῦντος τὸν ὑγιαίνοντα μήτε τοῦ*
*κοιμωμένου τὸν ἐγρηγορότα πιστότερον ὑπάρχειν εἰς τὴν τῶν*
*πραγμάτων γνῶσιν.* observandum hic est desipientibus non *ὁράματα*
sed *φαντάσματα* tribui secundum vulgo receptam opinionem, at
secundum Scepticos utrisque pariter *φαντάσματα* seu *φαντασίας*
tribui, utpote non discernentibus quod ad sensum attinet, eum qui
sanae sit mentis ab eo qui mente alienatus sit. qua de re ipse quo-
que Cicero in eo loco, unde verba quae paulo ante citavi deprompta
sunt, disputat. sed iam satis superque meam sententiam explicuisse
mihi videor de interpretatione nominis *φαντασία.* addo etiam hoc, si
quis respondeat *φαντασίας* apud Scepticos posse verti *visa* vel *vi-*
*siones*, modo visa accipiamus pro iis quae nobis videre visi sumus, is
nequaquam nodum plane solverit; nam quum *φαντασίαι* non appel-
lentur solum quae nobis videre visi sumus, sed etiam quae audire,
denique generaliter quae aliquo nostrorum sensuum percipere nobis
visi sumus, dura nimium foret haec *κατάχρησις* appellationis visorum
ad reliquos omnes sensus accommodatorum. sed quoniam non is sum
qui adversus tantum virum, quantum scimus fuisse Marcum Tullium,
certamen instituere vel ausim vel possim, haec *περὶ τῆς φαντασίας,*
id est, *δυνάμει περὶ τοῦ φαινομένου,* dicta existimentur *κατὰ τὸ*
*φαινόμενον.* ego certe nusquam *apparentiam* aut *apparitionem* inter-
pretatus sum, ne audaculus iudicarer, sed potius *imaginationem;*
ita enim malui quam cum Quintiliano *imaginem* vertere, quem miror,
quum uno in loco dixisset *φαντασίας* esse *per quas imagines rerum*
*absentium repraesentantur*, postea ipsasmet *imagines φαντασίας* vo-
cari dixisse. nam quo alio nomine hunc actum repraesentandi imagines
quam imaginationem appellare possis? et fateor quidem diversas esse
a Scepticorum phantasiis eas quas ibi Fabius describit, sed quin ta-
men interpretationem inde mutuemur et cum illis communicemus, nihil
obstat, certe tum praesertim quum *καταληπτικήν* ad *φαντασίαν*
addunt, *imaginationis* nomen valde mihi convenire videtur, ut *κατα-*
*ληπτικὴ φαντασία* dicatur *comprehensiva imaginatio* potius quam
*visum comprehensivum.* porro quod *imaginem* vocat Quintlianus, id
*φάντασμα* esse videtur potius quam *φαντασία.* et quoniam saepe
istud nomen occurrit in hoc libro, de toto eius comitatu, ut ita lo-

quar, dicendum mihi arbitror, ut melius eius vis cognosci a nobis ac percipi possit. prius autem admoneo, *φαντασία* plane mihi videri a *πέφανται* tertia persona verbi *φαίνομαι* esse derivatum, vel potius verbum *φαντάζομαι* a *πέφανται* originem habere, a cuius prima praeteriti persona *πεφάντασμαι* sit *φάντασμα*, a secunda *πεφάντασαι* sit *φαντασία*, a tertia autem *πεφάνтασται* sit *φανταστόν*. ideoque miror cur Plutarchus in placitis philosophorum *φαντασίαν* appellatam *ἀπὸ τοῦ φωτός* dixerit, nisi forte huc respexerit quod verbum *φαίνομαι*, a quo derivatum est *φαντασία*, *ἀπὸ τοῦ φωτός* deductum sit. sed quid vetat primum ex eodem Plutarcho nominis *φαντασίας* et cognatorum definitionem sumere? imo vero operae pretium, ut opinor, fuerit. audi igitur illum, sed Latine, Budaeo interprete, loquentem: *Chrysippus differre inter se ait quattuor haec. φαντασία quidem igitur affectio est in anima facta, quae sui quoque efficiens praefert; veluti quum oculis perspicimus album, affectio est in anima per visum facta, huicque affectioni dicere possumus subesse album quod ciet. perindeque erit si per tactum aut odoratum huiusmodi affectio fiat. dicta est igitur Graece φαντασία a lumine. ut enim lumen et se et ea quae collustrat demonstrat, ita phantasia ipsa se demonstrat et sui quoque conficiens. φανταστόν est phantasiae efficiens, ut album, ut frigidum, et omnino quicquid animam citare potest, id est φανταστόν. φανταστικόν inanis est attractus, affectus, inquam, in anima a nullo phantasto factus, veluti accidit in umbratilem pugnam exercentibus manusque inaniter intentantibus. proinde viso subiacet visi quiddam conficiens, inani autem viso non item. at φάντασμα est ad quod rapimur phantastico et inani attractu, cuiusmodi in mente captis furoreque percitis fiunt.* haec Plutarchus. vide et Damascenum de iisdem. verba autem sunt *φαντάζομαι* et *φαντασιοῦμαι*. de verbi *φαντάζομαι* passiva significatione dictum fuit iam antea. sed et *φαντάζω* voce activa reperitur pro *imaginem s. speciem praebeo, repraesento, apparere facio*, ut *καὶ τοῦτο φαντάζοντα ὡς κατ᾽ ἀλήθειαν*. sed et compositum *ἀναφαντάζω* in eadem significatione. item pro *phantasia* seu *phantasiis afficio*, ut apud Basilium, *τὰς οἰνοβαρεῖς κεφαλὰς ἃς ὁ ἐκ τῆς κραιπάλης ἀναφερόμενος ἀτμὸς ἐγκυμαίνων ἀναφαντάζει.* at vero a *φαντασία* fit *φαντασιοῦμαι*. idem significans cum verbo *φαντάζομαι*, in activa sive neutra significatione sumpto; passivae autem huius verbi significationis exempla iam protuli; Alex. Aphrod. in 2 de anima, *ἡ δὲ αἰσθητικὴ διαιρεῖται εἰς τὸ αἰσθάνεσθαι καὶ φαντασιοῦσθαι, καὶ τὸ μνημονεύειν καὶ τὸ συγκατατίθεσθαι.* hic quidem absolute, pro phantasias seu imagines animo concipere, imaginari. at cum accusativo, ut apud Plutarchum, *φαντασιωθεὶς δαιμόνιόν τι*. sic et *φαντάζεσθαι* cum accusativo, ut *φαντάζονται τὴν χρῆσιν* apud Alex. Aphrodiseum. sed a *φαντασία* fiunt etiam *φαντασιώδης*, *φαντασιαστός* et *εὐφαντασίωτος*. Plutarchus, *φαντασιαστικοὺς καὶ κατόχους ποιεῖ τοὺς προφήτας*. Quintilianus lib. 6 cap. 2 *has* (*φαντασίας*) *quisquis bene conceperit, is erit in affectibus pontentissimus. hunc quidam dicunt εὐφαντασίωτον, qui sibi res voces actus secundum verum optime finget.* habet autem et

alias significationes *φαντασία*, sed quae huius loci non sunt. at hoc praetereundum non est, nostrates omnia fere quae enumeravimus verba in vulgarem linguam transtulisse, *phantasie*, *phantasier*, *phantausme*, *phantastique*, usu tamen aliquantum diverso, praesertim cum dicunt *aliquem esse magis phantasticum quam mulam papae.*

26. lib. 1 sect. 13 *συγκατάθεσιν*] Cicero *assensum* item *assensionem* nec non *approbationem* interpretatur. alibi autem haec duo posteriora copulat, ut in Lucullo, *nunc de assensione atque approbatione, quam Graeci συγκατάθεσιν vocant, pauca dicemus.* nec multo post, *cuius* (virtutis) *omnis constantia et firmitas ex iis rebus constat quibus assensa est, quas approbavit*, id est, *αἷς συγκατέθετο.* idem in eodem libro paulo ante praecedentem locum, *sed de inconstantia totius illorum sententiae (si ulla sententia cuiusquam esse potest nihil approbantis)* etc. id est, *οὐδενὶ συγκατατιθεμένου.* alicubi etiam *assertione approbare* dicit. et paulo post *assertionem* et *approbationem* copulat. caeterum ut *assentiri* et *approbare* illis in locis eadem vult esse, sic alibi *opinari* et *assentiri*, ut cum scribit *sapientem nihil opinari*, id est *numquam assentiri rei vel falsae vel incognitae.* idem, *assensurum autem non percepto*, id est *opinaturum sapientem existimem.* idem, *credoque Clitomacho ita scribenti, Herculis quendam laborem exantlatum a Carneade, quod ut feram et immanem belluam sic ex animis nostris assensionem (id est opinationem et temeritatem) extraxisset.* ideo autem Cicero haec confundit et ex duobus unum facit, quod unum ex altero consequatur. unde alibi dicit *opinatione et perceptione sublata sequatur omnium assensionum retentio.* ideo et Aristocles adversus eos disputans dicit: *εἰ μὲν οὖν αὐτῇ συγκατατίθενται, δῆλον ὅτι δοξάζουσιν.* ubi animadverte *συγκατατίθενται* esse Ciceronianum *assentiuntur, δοξάζουσιν* autem *opinantur.* hinc etiam Sceptici se *ἀσυγκαταθέτους* et *ἀδοξάστους* profitebantur eodem teste, sicut *ἀπαθεῖς* et *ἀταράχους.* sed idem *ὑπολαμβάνειν* pro *δοξάζειν* et *ὑπόληψιν ἀντὶ τῆς δόξης* usurpat. verum hoc quoque observandum est in loco quem paulo ante citavi, Ciceronem dicere *opinationem* et *temeritatem*, pro quo alibi dicit *opinandi temeritatem.* videtur enim Cicero *temeritatem* vocare quam Sextus passim *προπέτειαν* appellat, eam *Δογματικοῖς* exprobrans. apud eundem Ciceronem ut *temeritatem opinandi* sic et *temere opinari* legimus. quin etiam alicubi scribit *ex animis nostris assensionem (id est opinationem et temeritatem) extraxisset:* porro ut *δοξάζειν opinari* et *δόξαν opinationem*, sic *τὰ κατὰ δόξαν* et *τὰ δοξαστά* ex Cicerone *opinabilia* interpretari possumus et *ἀδοξάστως citra opinationem.*

27. lib. 1 sect. 13 *συγκατατίθεται*] dicimus quidem *assentiri aliquam rem*, sed cum utimur nomine *assensus*, cogimur hanc constructionem mutare et aut *assensum ad rem aliquam* aut *assensum alicui rei* dicere. quin etiam *assensum de re aliqua* non sine exemplo usurparemus.

28. lib. 1 sect. 14 *πάντως*] adverbium *πάντως* verti *protinus* accipiens pro *necessario* et quasi *ex necessaria consecutione.* quo sensu dicit Cicero interdum *non continuo.* qua in significatione non insolens est apud alios quoque scriptores *οὐ πάντως.*

29. lib. 1 sect. 14 *ὑπολαμβάνει*] hic *ὑπολαμβάνει* simpliciter pro *arbitratur* seu *putat*, non pro *δοξάζει*. in qua tamen significatione accipi ab Aristocle modo dixi. quin etiam alibi Sextus utitur eodem modo quo hic. verum exstat etiam locus in quo *οὐχ ὑπολαμβάνω* plane sumendum videtur pro *οὐ δοξάζω*, nisi forte (quod suspicor) reponendum est *οὐ καταλαμβάνω*. caeterum ad hunc locum pertinet quod scribit Cicero in Lucullo: *sed Antipatro hoc idem postulanti, cum diceret, ei qui affirmaret nihil posse percipi, consentaneum esse unum tamen illud dicere percipi posse ut alia non possent, Carneades acutius resistebat; nam tantum abesse dicebat ut id consentaneum esset, ut maxime etiam repugnaret. qui enim negaret quidquam esse quod perciperetur, eum nihil excipere. ita necesse esse ne id ipsum quidem quod exceptum non esset comprehendi et percipi ullo modo posse.*

30. lib. 1 sect. 14 *συμπεριγράφει*] verti *ὅτι τοῖς ἄλλοις ἑαυτὴν συμπεριγράφει*, *una cum aliis se circumscribere*, ad verbum accipiens tamen *συμπεριγράφειν* pro *συναναιρεῖν*. nam apud Latinos *circumscribere* sicut apud Graecos *περιγράφειν*, ita accipi ex Cicer. patet. sic et paulo post haec verba, *ita ut quae possint a se ipsis circumscribi*, respondent his Graecis, *ὡς δυνάμει ὑφ᾽ ἑαυτῶν περιγράφεσθαι*. nihil autem aliud esse hic *περιγράφεσθαι* quam *ἀναιρεῖσθαι*, patet ex collatione loci cuiusdam qui est cap. 28 ubi de iisdem vocibus agens et idem exprimere volens dicit, *ὅπου γε καὶ ὑφ᾽ ἑαυτῶν αὐτὰς ἀναιρεῖσθαι λέγομεν δύνασθαι, ἐμπεριγραφομένας ἐκείνοις περὶ ὧν λέγονται.*

31. lib. 1 sect. 16. *πρόσκλισιν δόγμασι πολλοῖς*] vertit: *inclinationem ad dogmata multa.* sed *propensionem* quoque, ut opinor, interpretari poteram, ex Cicerone. legitur autem hic *πρόσκλησιν* posito *η* in penult., sed reponi debere *πρόσκλισιν* cum *ι* utrobique manifestum est, praeterquam quod alibi legimus apud eum, *τό τε μὴ ἀντιτείνειν, ἀλλ᾽ ἁπλῶς ἕπεσθαι, ἄνευ σφοδρᾶς προσκλίσεως καὶ προσπαθείας.* huc vero pertinet quod apud Aristoclem habemus de nostris Scepticis, *ἀλλ᾽ ἀδοξάστους καὶ ἀκλινεῖς καὶ ἀκραδάντους εἶναι.* caeterum utramque *αἱρέσεως* definitionem habes apud Diog. Laërtium in prooemii fine (ubi et *πρόσκλισιν* invenies), nisi quod non dicit tantum *ἀκολουθοῦσαν*, sed addit etiam *ἢ δοκοῦσαν ἀκολουθεῖν*, omittens *ἀγωγήν*. item post *ἀκολουθίαν ἔχουσι* omittit *πρὸς ἄλληλά τε καὶ φαινόμενα.* ubi et ipse docet nonnullos censuisse Pyrrhoniam sectam uno quidem respectu *αἵρεσιν* esse, altero autem minime.

32. lib. 1 sect. 17 *καὶ τοὺς νόμους*] hoc et alibi saepe profitetur Sextus de Scepticis, quod tamen Aristocles negat scribens, *ὁπόταν μέντοι φῶσι τὸ σοφὸν δὴ τοῦτο, ὅτι δέοι κατακολουθοῦντα φύσει καὶ τοῖς ἔθεσι ζῆν, μηδενὶ μέντοι συγκατατίθεσθαι, πάνυ τινές εἰσιν εὐήθεις. εἰ γὰρ μηδενὶ ἄλλῳ, τούτῳ γοῦν αὐτῷ δέοι ἂν συγκαταθέσθαι καὶ ὑπολαβεῖν οὕτως ἔχειν αὐτό.* sed Aristocli *εὐήθειαν* Scepticis ob illud dictum exprobranti pro illis respondebo, aliud esse quod dicunt se ita vivere, quam si dicerent se ita debere vivere. at cur ita vivunt? quia *τοῖς οἰκείοις πάθεσιν* ad id impelluntur.

33. lib. 1 sect. 18 *βεβαίου πείσματος*] quod hic dicit Sextus

*βέβαιον πεῖσμα* (quod ad verbum interpretatus sum *firmam persuasionem*) id propemodum esse videtur quod Cicero appellat *firmam et constantem assensionem*, ita scribens in Lucullo *et uno nomine omnia quae essent aliena firmae et constantis assensionis, a virtute sapientiaque removebat.* idem in eodem libro *haec autem habere dubia, neque his ita confidere ut moveri non possint, abhorrere a sapientia plurimum.* porro Sextus quod hic *πεῖσμα*, alibi *πεποίθησιν* appellat, ubi scribit, *οὐκ ὑπαγγελτικῶς μετὰ πεποιθήσεως ἀποφαινόμενος.*

34. lib, 1 sect. 19 *οἱ δὲ λέγοντες*] Cic. in Lucullo ex Clitomacho refert: *vehementer errare eos qui dicant ab Academia sensus eripi, a quibus numquam dictum sit aut colorem aut saporem aut sonum ullum esse: illud sit disputatum, non inesse in his propriam, quae nusquam alibi esset, veri vel certi notam.* sed turpiter depravatus hic Ciceronis locus, et pro accusativo *ullum* reponendus mihi videtur contrarius *nullum.* imo vero vix ullum dubitationi superesse locum existimo, cum ex hoc Sexti loco tum ex aliis multis, si quidem hac in re plane conveniebant Academici cum Pyrrhoniis. cum enim dicerent, sibi intuentibus nivem phantasiam albedinis obiici, se gustantes mel affici dulcedine, nescire tamen an nix vere et natura esset alba et an mel vere esset dulce, minime colorem aut saporem tollebant. idem autem de sono aliisque sensilibus dici potest. huc pertinet quod a Sexto dicitur cap. 14 circa finem, *ὁποῖον μὲν ἡμῖν θεωρεῖται τὸ ὑποκείμενον ἔξομεν λέγειν, ὁποῖον δέ ἐστι πρὸς τὴν φύσιν, ἐφέξομεν.*

35. lib. 1 sect. 19 *τὰ γὰρ κατὰ φαντασίαν παθητικὴν ἀβουλήτως ἡμᾶς ἄγοντα εἰς συγκατάθεσιν οὐκ ἀνατρέπομεν*] cap. 7 eodem sensu dixerat, *τοῖς γὰρ κατὰ φαντασίαν κατηναγκασμένοις πάθεσι συγκατατίθεται ὁ Σκεπτικός.* quin etiam caput 20 his claudit verbis, *τοῖς γὰρ κινοῦσιν ἡμᾶς παθητικῶς καὶ ἀναγκαστικῶς ἄγουσιν εἰς συγκατάθεσιν εἴκομεν.* quibus locis hic Ciceronianus respondet in Lucullo, *visa enim ista cum acriter mentem sensumve pepulerunt, accipio, hisque interdum etiam assentior, nec percipio tamen. nihil enim arbitror posse percipi. non sum sapiens, itaque visis cedo, neque possum resistere.* sciendum est autem esse et aliam lectionem in hoc Sexti loco, videlicet *παθητικά* pro *παθητικήν.* essent autem *τὰ κατὰ φαντασίαν παθητικά ea quae patimur* vel *ea quibus afficimur per phantasiam acriter* (ut Ciceronianis utar verbis) *mentem sensumve pellentem.* at si *παθητικήν* legamus, ipsam phantasiam, quam Cicero *visum* appellat, pati seu affici dicemus, contra quam ipse Cicero scribit. neque enim dicit *visa pelli* (quod esset *πάσχειν*) seu *παθητικὰ εἶναι,* sed ea *mentem* sive *sensum pellere.* et pro lectione hac *παθητικά* facere etiam videtur secundus ille locus in quo *τοῖς κατὰ φαντασίαν κατηναγκασμένοις πάθεσι,* non autem *τοῖς κατὰ φαντασίαν κατηναγκασμένην πάθεσι* habemus. existimo autem *τὰ κατὰ φαντασίαν κατηναγκασμένα πάθη,* sicut alibi dicit *ἀνάγκην παθῶν,* nihil aliud esse quam *τὰ κατὰ φαντασίαν παθητικά.* solebant enim dicere non ipsam phantasiam pati seu affici, sed per phantasiam *αἰσθητικῶς* affici. Cicero de Cyrenaicis: *neque se quo quid colore aut quo sono sit scire, sed tantum sentire affici se quodammodo.* at Gellius de his ipsis Scepticis, *ac ne videre*

*quoque plane quicquam, neque audire sese putant, sed ita pati afficique quasi videant vel audiant. eaque ipsa quae affectiones istas in sese efficiant, qualia et cuiusmodi sint, cunctantur atque insistunt.* hic autem obiter animadverte Ciceronem verbum *πάσχειν* vertere *affici*, Gellium autem *pati et affici* copulare, et *πάθος affectionem* vocare. nam Aristocles de iisdem Cyrenaicis philosophis loquens idem testatur, *καιόμενοι γὰρ ἔλεγον καὶ τεμνόμενοι γνωρίζειν ὅτι πάσχοιέν τι, πότερον δὲ τὸ καῖον εἴη πῦρ ἢ τὸ τέμνον σίδηρος, οὐκ ἔχειν εἰπεῖν.* hic autem observa exemplum eius quod dicit Gellius, *eaque ipsa quae affectiones* etc. nam ille qui uritur, ab igni afficitur seu patitur, qui autem secatur, a ferro. at illi dicebant, dum quidem urerentur et secarentur, agnoscere se aliquid pati vel se ab aliquo affici: an autem esset ignis qui affectionem illam in ipsis efficeret dum urebantur, et ferrum quod item aliam efficeret dum secabantur, se ignorare.

36. lib. 1 sect. 20 *ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ*] verti *ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ, quod ad rationem et intelligentiam attinet:* sed dativum *λόγῳ* alia significatione hic accipi posse, et quidem rectius, ingenue fateor. ita enim scribit Sextus, *εἰ δὲ καὶ γλυκύ ἐστιν ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ ζητοῦμεν.* ubi si *ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ* dicamus significare *ὅσον ἐπὶ τῷ λεγομένῳ* (ut alibi loquitur), pro hac interpretatione faciet, ut opinor, quod post *ζητοῦμεν* subiungitur a Sexto, *ὃ οὐκ ἔστι τὸ φαινόμενον, ἀλλὰ περὶ τοῦ φαινομένου λεγόμενον.* dixerat autem paulo ante, *ζητοῦμεν δὲ οὐ περὶ τοῦ φαινομένου, ἀλλὰ περὶ ἐκείνου ὃ λέγεται περὶ τοῦ φαινομένου.*

37. lib. 1 sect. 20 *ἐρωτῶμεν λόγους*] Sextus ita, *ἐὰν δὲ καὶ ἄντικρυς κατὰ τὸ φαινόμενον ἐρωτῶμεν λόγους.* in quo genere loquendi interpretando mihi non satisfeci, nec cum *ἐρωτᾶν λόγον movere quaestionem* nec cum *proponere quaestionem* verti. nam *λόγον quaestionem* quidem apte vertimus respectu verbi *ἐρωτᾶν*, sed non dubium est tamen quin in hac loquutione *ratiocinationem* potius significet. ut cum dicitur *ἀργὸς λόγος, λόγος ἐγκεκαλυμμένος, λόγος θερίζων, λόγος ψευδόμενος.* Cicero tamen *ἀργὸν λόγον* vertit *ignavam rationem* in lib. de fato; item *ignavam interrogationem.* sed quomodo tandem *λόγον ἐρωτᾶν* interpretabimur? certe apud eundem ibidem legitur: *sic enim interrogant.* in quo Cicero graecam phrasin imitatus videtur, perinde ac si dixisset, *τοιοῦτον ἐρωτῶσι λόγον.* sed locum illius afferre satius fuerit, in quo ita scribit: *nec nos impediet ignava illa ratio quae dicitur; appellatur enim quidam a philosophis ἀργὸς λόγος, cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita. sic enim interrogant, si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere, sive medicum adhibueris sive non adhibueris, convalesces. item, si fatum tibi est ex hoc morbo non convalescere, sive tu medicum adhibueris sive non, non convalesces. et alterutrum fatum est. medicum ergo adhibere nihil attinet.* subiungit autem, *recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est, quod eadem ratione omnis e vita tolletur actio.* haec Cicero. animadverte autem in postremis hisce verbis *λόγον* (quod interpretatus erat *rationem*) verti *interrogationem.* sed cur qui ita ratiocinatur, *ἐρωτᾶν* id est *interrogare* dicitur, cum interrogati-

vam formam non habeat eius oratio? hoc certe existimo dici respectu eius adversus quem disputantes ita ratiocinamur, responsum videlicet ad illam exigentes ab eo. responsionem enim praecedat interrogatio necesse est. certe, quaecumque sit huius dicti ratio, *ἐρωτᾶν λόγον* in ea significatione passim Sextus adhibet, etiam *συνερωτᾶν λόγον* pro eodem usurpans. ut cap. 13 lib. 2 *ὅθεν καὶ τοιοῦτον συνερωτῶσι λόγον, εἰ ἔστιν ἀπόδειξις, ἔστιν ἀπόδειξις, εἰ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις, ἔστιν ἀπόδειξις. ἤτοι δέ ἐστιν ἀπόδειξις ἢ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις· ἔστιν ἄρα ἀπόδειξις.* subiungit autem, *ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ τοῦτον ἐρωτῶσι τὸν λόγον, τὸ τοῖς ἀντικ.* etc. certe *τοῦτον ἐρωτῶσι τὸν λόγον* vel *συνερωτῶσι* aliud nihil est quam, *ita ratiocinantur* vel *argumentantur* vel *hanc ratiocinationem seu argumentationem proponunt.* sic et paulo ante dixerat, *ὅτι ἤτοι ἀποδεικτικοί εἰσιν οἱ κατὰ τῆς ἀποδείξεως ἠρωτημένοι λόγοι*, id est, *argumenta proposita adversus demonstrationem.*

38. lib. 1 sect. 20 *ὁ λόγος*] hic *λόγον* verti *rationem*, sed *orationem* fortasse potueram etiam vertere.

39 lib. 1 sect. 21 *κριτήριον*] perinde est ac si dicas *iudicatorium.* a quibusdam exponitur *vis iudicandi.* ego malim apud hunc auctorem *iudicatorium organum* sive *instrumentum* aut *iudicandi instrumentum* interpretari. Cicero vocat *id quo omnia iudicantur.* item *id ex quo omne veri falsique iudicium sit.* quin etiam *iudicium* simpliciter ea significatione alicubi usurpasse videtur. usus est autem frequens huius vocis *κριτήριον* apud alios quoque philosophos.

40. lib. 1 sect. 23 *ἀνενέργητοι*] verti *ἀνενέργητοι omnis actionis expertes*, imitatus hunc Ciceronis locum in Lucullo: *quare qui aut visum aut assensum tollit, is omnem actionem tollit e vita.* idem *sublata enim assensione omnem et modum animorum et actionem rerum sustulerunt.* eodem sensu dicit in lib. de fato: *nihil omnino agamus in vita*, id est, *ἀνενέργητοι ἂν ὦμεν.* alibi autem brevius *vitam evertere* dicit, ut rursus in Lucullo: *vel potius etiam totam vitam evertunt funditus ipsumque animal orbant animo.* ibidem: *sequitur omnis vitae ea quam tu Luculle commemorasti, eversio.* ut autem Cicero *vitam*, sic et Sextus *βίον* pro *vitae actionibus* usurpat. sed et *vitam communem* observavi a Cicerone ita poni pro *τὰ κατὰ τὸν βίον* vel *τὰ περὶ τὸν βίον*, ea quae communiter ad omnes homines in vita degenda P 208 pertinent. caeterum pro eo quod verti paulo post *pie agere in vita communi* legitur apud Sextum *εὐσεβεῖν βιωτικῶς*, ubi *βιωτικῶς* malit fortasse quispiam interpretari, *secundum vitam* vel *κατὰ τὴν βιωτικὴν τήρησιν*, ut paulo ante loquutus erat. praeterea cum dicat, *καθ' ἣν τὸ μὲν εὐσεβεῖν παραλαμβάνομεν βιωτικῶς ὡς ἀγαθόν*, adverbium *βιωτικῶς* ad utrumlibet verbum referri posse videtur.

41. lib. 1 sect. 25 *ἢ θεωρεῖται*] pro *aut considerantur* poteram etiam dicere, *aut in contemplatione versantur.* habet enim Sextus *ἢ θεωρεῖται.* Cicero *considerationem contemplationemque naturae* dicit. recte vero additur *ipsum autem nullius rei causa*, *αὐτὸ δὲ οὐδενὸς ἕνεκα.* ita enim Cicero quoque de fin. lib. 2: *nam hunc ipsum sive finem sive extremum sive ultimum definiebas id esse, quo omnia quae*

*recte fierent referrentur, neque id ipsum usquam referretur.* quod autem subiungitur a Sexto ἢ τὸ ἔσχατον τῶν ὀρεκτῶν, idem Acad. quaest. lib. 1 interpretatur *extremum rerum expetendarum.* et in 2 *extremum expetendi.* at de fin. lib. 2 *ut is qui finem rerum expetendarum voluptatem esse dicat.*

42. lib. 1 sect. 25 μετριοπάθειαν] Cicero vocem hanc μετριοπάθειαν exprimere volens scribit, de veteribus Academicis loquens, *mediocritates illi probant, et in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum.* dicitur et μετριοπαθής, q. d. μέτριος vel μετριάζων ἐν τοῖς πάθεσι, id est, *qui mediocriter afficitur, qui mediocritatem servat in affectibus, qui modum non excedit in affectibus.*

43. lib. 1 sect. 26 ἰσοσθενῆ διαφωνίαν] hic τὴν ἰσοσθενῆ διαφωνίαν appellat quod supra τὴν ἐν ἀντικειμένοις λόγοις ἰσοσθένειαν dixerat, ideoque vertere possumus ex Cicerone *contrariarum rationum paria momenta* vel *paria contrariis in partibus momenta rationum.*

44. lib. 1 sect. 30 μετριώτερον ἀπαλλάσσει] q. d. *cum moderatiore perturbatione evadit* vel *moderatius affectus seu perturbatus discedit* vel *facilius perturbatione defungitur*, perinde ac si dixisset μετριοπαθεῖ. quod Graecum verbum eleganter expressit Ovidius hoc versu

*sed te, quaecunque est, moderate iniuria turbet.*

perinde enim est ac si dixisset uno verbo μετριοπάθει. caeterum quod hic dicit Sextus, ὁ δὲ Σκεπτικὸς τὸ προσδοξάζειν ὅτι ἐστὶ κακὸν τούτων ἕκαστον ὡς πρὸς τὴν φύσιν, περιαιρῶν, μετριώτερον καὶ ἐν τούτοις ἀπαλλάσσει, huiusmodi est in quo uno nemo non Scepticis tantam felicitatem invidere et ad eam omni conatu aspirare debeat. ac sane si quis eos hac in re a me laudari miretur, audiat celeberrimos comicos hac de re, Menandrum et Philemonem, ac prius quidem Menandrum ita in scena loquentem,

Ἅπαντα τὰ ζῷ' ἐστὶ μακαριώτατα,
καὶ νοῦν ἔχοντα μᾶλλον ἀνθρώπου πολύ.
τὸν ὄνον ὁρᾶν ἔξεστι πρῶτα τουτονί·
οὗτος κακοδαίμων ἐστὶν ὁμολογουμένως.
τούτῳ κακὸν δι' αὑτὸν οὐδὲν γίγνεται,
ἃ δ' ἡ φύσις δέδωκεν αὐτῷ, ταῦτ' ἔχει.
ἡμεῖς δὲ χωρὶς τῶν ἀναγκαίων κακῶν
αὐτοὶ παρ' αὑτῶν ἕτερα προσπορίζομεν.
λυπούμεθ', ἂν πτάρῃ τις· ἂν εἴπῃ κακῶς,
ὀργιζόμεθ'· ἂν ἴδῃ τις ἐνύπνιον, σφόδρα
φοβούμεθ'· ἂν γλαὺξ ἀνακράγῃ, δεδοίκαμεν.
ἀγωνίαι δόξαι φιλοτιμίαι νόμοι,
ἅπαντα ταῦτ' ἐπίθετα τῇ φύσει κακά.

deinde hosce Philemonis,

Ὦ τρισμακάρια πάντα καὶ τρισόλβια
τὰ θηρί', οἷς οὐκ ἔστι περὶ τούτων λόγος,
οὔτ' εἰς ἔλεγχον αὐτῶν οὐδὲν ἔρχεται
οὔτ' ἄλλο τοιοῦτ' οὐδέν ἐστ' αὐτοῖς κακὸν
ἐπακτόν, ἣν δ' ἂν εἰσενέγκηται φύσιν
ἕκαστον, εὐθὺς καὶ νόμον ταύτην ἔχει

ἡμεῖς δ' ἀβίωτον ζῶμεν ἄνθρωποι βίον.
δουλεύομεν δόξαισιν, εὑρόντες νόμους,
προγόνοισιν, ἐγγόνοισιν, οὐκ ἔστ' ἀποτυχεῖν
κακοῦ, πρόφασιν δ' ἀεί τιν' ἐξευρίσκομεν.

animadverte autem nominatim apud utrumque δόξας. eodem pertinent et haec eiusdem Philemonis,

*Μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοί, δέσποτα,*
αὐτοὶ δι' αὑτοὺς ἢ πέφυκε τῇ φύσει.
οἷον, τέθνηκεν υἱὸς ἢ μήτηρ τινί,
ἢ νὴ Δί' ἄλλων τῶν ἀναγκαίων γέ τις,
εἰ μὲν λάβῃ τοῦτ', ἀπέθανεν, ἄνθρωπος γὰρ ἦν·
τοσοῦτον γέγονε τὸ κακὸν ἡλίκον περ ἦν.
ἐὰν δ', ἀβίωτος ὁ βίος, οὐκέτ' ὄψομαι,
ἀπόλωλεν· ἐν γ' ἑαυτῷ τοῦτ' ἐὰν σκοπῇ,
πρὸς τοῖς κακοῖς οὗτος ἕτερα συλλέγει κακά.
ὁ δὲ τῷ λογισμῷ πάντα παρ' ἑαυτῷ σκοπῶν
τὸ κακὸν ἀφαιρεῖται, ἀγαστὸν δὲ λαμβάνει.

45. lib. 1 sect. 36 δέκα τρόπων] hos modos Cicero *locos communes* appellat. Aristocles quoque horum epoches modorum ab Aenesidemo tractatorum mentionem facit, sed novem duntaxat enumerans. ait enim Aenesidemus (ut ille refert) differre inter se animalia et nos ipsos, civitates et victus (seu vivendi genera) et consuetudines et leges, nosque sensibus imbecillis praeditos esse, multaque praeterea esse quae extrinsecus corrumpant cognitionem, videlicet distantias et magnitudines et motus. praeterea ex eo quod aliter affecti sint iuvenes quam senes, et vigilantes quam dormientes et sani quam aegroti, et quod nihil sub sensus nostros simplex et purum cadat: quoniam omnia confusa sunt et ad aliquid dicuntur.

46. lib. 1 sect. 38 ἐπαναβεβηκότες] Sextus dicit ἐπαναβεβηκότας τρόπους et ὑποβεβηκότας. de quarum vocum significationibus tractatum est supra.

47. lib. 1 sect. 44 οἱ ὑπόσφαγμα ἔχοντες] ὑπόσφαγμα ita definit Gal. ὑπόσφαγμα δὲ λέγουσιν ὅταν ὑπὸ πληγῆς ῥαγέντων τῶν ἐν τῷ πρώτῳ χιτῶνι ἀγγείων μεταξὺ τῆς κτηδόνος τοῦ λευκοῦ καὶ τοῦ ἐντὸς χιτῶνος αἷμα ὑπέλθῃ, καὶ παραχρῆμα μὲν ἔναιμον ᾖ τὸ χρῶμα τοῦ ὀφθαλμοῦ, ὕστερον δὲ πελιδνόν. sunt qui putent τοὺς ὑπόσφαγμα ἔχοντας esse quibus Plinius tribuit *oculos rubore suffusos.* ego Graecam vocem retinere tutius esse existimavi, praesertim cum illa ruboris in oculis suffusio latius patere videatur. dixissem tamen melius *qui hyposphagmate laborant*, quam *qui hyposphagma habent.* sed hoc quoque sciendum, in hoc quidem loco habere Sexti exemplaria ὑπόσφασμα, sed in alio simili loco qui exstat in sexti modi expositione, recte ὑπόσφαγμα, ubi ὕφαιμα appellantur quae hic αἱμωπά. vide eum locum pag. 426. quin etiam pag. 422 eandem vocem invenies.

48. lib. 1 sect. 47 τὸν ὀφθαλμόν] huc pertinet quod dicit Aristocles, ἀκριβέστερον γὰρ θέλων ἰδεῖν ἀπέψησε τὼ ὀφθαλμὼ καὶ προσῆλθεν ἐγγύτερον καὶ ἐπιλλίσατο. item quod Cicero in Lucullo,

*itaque Timagoras Epicureus negat sibi umquam, cum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse visas. opinionis enim esse mendacium, non oculorum.*

49. lib. 1 sect. 83 *τῶν κροκοδείλων*] reperio quidem quandam *πόλιν κροκοδείλων* appellatam, sed nihil unde hunc locum suae integritati restituere possim.

50. lib. 1 sect. 104 *ἐγρηγορέναι*] Cicero in Lucullo, *itaque simul experrecti sumus, visa illa contemnimus, neque ita habemus ut ea quae in foro gessimus. at enim dum videntur, eadem est somnis species eorum quae vigilantes videmus. plurimum interest. sed id omittamus. illud enim dicimus, non eandem esse vim neque integritatem dormientium et vigilantium nec mente nec sensu.*

P 209 51. lib. 1 sect. 113 *τῶν ἐγρηγορότων*] *διὰ τὸ μὴ ὁμοίως διακεῖσθαι ἐγρηγορότας καὶ κοιμωμένους καὶ ὑγιαίνοντας καὶ νοσοῦντας,* ut refert Aristocles ex Aenesidemo.

52. lib. 1 sect. 117 *καὶ οὕτως ἐμπίπτουσιν εἰς τὸν διάλληλον τρόπον τό τε κριτήριον καὶ ἡ ἀπόδειξις*] sciendum est quod attinet ad hoc loquendi genus (cuius frequentissimus erit in sequentibus usus) id bifariam scribi, interdum *τὸν διάλληλον τρόπον* ut hic interdum *τὸν δι᾽ ἀλλήλων τρόπον.* sed illo modo frequentius quam hoc. apud Diogenem Laërtium tamen legitur *ὁ δι᾽ ἀλλήλων τρόπος,* non *ὁ διάλληλος.* id autem *συνίσταται,* ut ait, *ὅταν τὸ ὀφεῖλον τοῦ ζητουμένου πράγματος εἶναι βεβαιωτικὸν χρείαν ἔχῃ τῆς ἐκ τοῦ ζητουμένου πίστεως. οἷον εἰ τὸ εἶναι πόρους τις βεβαιοῖ διὰ τὸ ἀπορροίας γίνεσθαι, αὐτὸ παραλαμβάνει πρὸς βεβαίωσιν τὸ ἀπορροίας γίνεσθαι.* hunc autem Diogenis locum protuli qualis in vet. cod. exstat, cum in vulg. edit. plane sit mutilus. sed quid significare velit Sextus hoc loquendi genere, ipsi loci in quibus eo utitur, satis superque indicant: et ipsemet cap. 15 huius primi libri explicat. unum ergo superest, ut videamus quomodo aptam ei possimus apud Latinos appellationem invenire. certe quod vulgo dici solet *incertum per incertius*, huic simile est, nisi quod cum dicitur *ὁ δι᾽ ἀλλήλων τρόπος*, intelligitur mutua quaedam incertitudo et mutua probatione indigens. id est, cum dicunt philosophi nos incidere *εἰς τὸν δι᾽ ἀλλήλων τρόπον* sive *διάλληλον,* intelligunt nos incidere in quandam mutuam probandi necessitatem, id est, probandi prius id cuius alioqui adminiculo uti volebamus ad probandum aliud. pag. 431 et 432 et alibi *διάλληλον alternatorium* verti, non quod plane mihi satisfaceret mea haec interpretatio, sed quod aptior nulla mihi occurreret. quodsi quis obiiciat, vocem illam *alternatorium*, nisi quid aliud addatur, id quod significare ea volo, non comprehendere: ille ipsi Sexto utenti nomine *διάλληλος* obiicere idem eadem ratione possit. quis enim *διάλληλος τρόπος* ad varia posse accommodari non videt? respondeo igitur, ut cum dicitur *διάλληλος τρόπος*, subauditur genitivus *ἀπορίας,* aut aliquis ei similis, ita cum verto *alternatorium modum*, subaudire me genitivum Latinum *dubitationis*, ut sit *διάλληλος τρόπος*, *alternatorius dubitationis modus*, vel *alternans*, si quis nomen *alternatorius* refugit. tunc enim vere alternat dubitatio, cum unum dubium ad alterius dubii probationem affertur.

fortasse etiam *εἰς τὸν διάλληλον ἀπορίας ἐμπίπτομεν τρόπον* non male interpretaremur, *in dubitationis vicissitudinem incidimus.* porro hunc genitivum *ἀπορίας* subaudiendum censui potius quam alium, quia reperio alicubi apud hunc nostrum Sextum, *κἀνταῦθα ὁ διάλληλος τρόπος τῆς ἀπορίας ἀνατρέπει τὴν ὑπόστασιν τοῦ λόγου.* sed hoc quoque annotandum est, non solum *διάλληλον τρόπον*, sed et *λόγον* appellari, ut libri 2 cap. 8: *ἀληθῆ δὲ τὴν ἀπόδειξιν εἶναι λέγων εἰς τὸν διάλληλόν τε ἐμπίπτει λόγον, καὶ ἀπόδειξιν αἰτηθήσεται ἀληθῆ αὐτὴν ὑπάρχειν καὶ ἐκείνης ἄλλην, καὶ μέχρις ἀπείρου.* nec hoc silentio praetereundum est, eum alicubi dicere *ὁ διάλληλος εἰσάγεται τρόπος,* alicubi vero *εἰς τὸν διάλληλον ἐκβάλλειν* seu *ἐμβάλλειν τρόπον,* alibi autem (et quidem frequentissime) *ἐκπίπτειν* seu *ἐμπίπτειν εἰς τὸν διάλληλον τρόπον.* iam vero si quis roget utra potius sequenda sit scriptura *ὁ δι᾽ ἀλλήλων τρόπος,* an *ὁ διάλληλος*, ego id *ἀδιάφορον* esse et, si compositione uti velimus, *τῷ διάλληλος,* sin ea uti recusemus, *τῷ δι᾽ ἀλλήλων* utendum esse respondebo. sed *τρόπον* potius quam *λόγον* appellandum censeo.

53. lib. 1 sect. 118 *ἀπὸ μὲν τῆς ἑτέρας*] quod dicit *ἀπὸ τῆς ἑτέρας ἀρχῆς* (id est ad verbum *ab altero principio*) interpretor, *ab altero ingressu,* ut melius intelligatur. fortasse autem possim etiam vertere *ab alterutro ingressu*, id est *ab alterutra parte* qua ingredimur.

54. lib. 1 sect. 118 *τὸ αὐτὸ πλοῖον*] Cic. in Lucullo, *videsne navem illam? stare nobis videtur: at iis qui in navi sunt, moveri haec villa.* huc autem pertinet et quod dicit Aristocles, *ἄλλαι μὲν γάρ εἰσιν αἰσθήσεις ἐγγύθεν καὶ πόρρωθεν.* Cicero quoque in Lucullo scribit, *itaque et lumen mutari saepe volumus, et situs earum rerum quas intuemur, et intervalla aut contrahimus aut diducimus.*

55. lib. 1 sect. 119 *ἡ αὐτὴ κώπη*] hic locus valde confert ad intelligendum Ciceronem ita in Lucullo scribentem, *neque vero hoc loco exspectandum est dum de remo inflexo aut de collo columbae respondeam.* idem ibid. aliquot paginis post, *tu autem te negas infracto remo neque columbae collo commoveri. primum, cur? nam et in remo sentio non esse id quod videatur, et in columba plures videri colores, nec esse plus uno.* Aristocles, *ἐπὶ τὸ τοῦ ἐρετμοῦ τοῦ ἐν τῷ ὕδατι κἀπὶ τῶν γραφῶν καὶ μυρίων ἄλλων ἡ αἴσθησίς ἐστιν ἡ ἀπατῶσα. διὸ καὶ μεμφόμεθα πάντες ἐπὶ τῶν τοιούτων οὐ τὸν νοῦν ἡμῶν, ἀλλὰ τὴν φαντασίαν.* quod autem attinet ad diversitatem illam *inflexo remo* et *infracto remo*, utramque certe lectionem suo in loco retinendam censeo; nam licet Sextus *κώπην κεκλασμένην,* i. *remum infractum*, dicat, non *inflexum*, scimus tamen pro phantasiae diversitate modo infractum modo inflexum duntaxat apparere posse.

56. lib. 1 sect. 119 *τὸ λυγγούριον*] de lyncurio et coralio hoc idem testatur et Ovidius. de coralio Metamorph. 4:

*Nunc quoque coraliis eadem natura remansit,*
*duritiem tacto capiant ut ab aëre: quodque*
*vimen in aequore erat, fiat super aequora saxum.*

de lyncurio et coralio eiusdem operis lib. 15

*Victa racemifero lyncas dedit India Baccho,*
*e quibus (ut memorant) quicquid vesica remisit,*
*vertitur in lapides et congelat aëre tacto.*
*sic et coralium quo primum contigit auras*
*tempore, durescit, mollis fuit herba sub undis.*

Plinius: *baccae eius candidae sub aqua ac molles, exemptae confestim durantur et rubescunt, quasi corna sativa specie atque magnitudine. aiunt tactu protinus lapidescere, si vivat. itaque* etc. idem de lyncurio: *lyncum humor ita redditus ubi gignuntur, glaciatur arescitve in gemmas carbunculis similes et igneo colore fulgentes, lyncurium vocatas.*

57. lib. 1 sect. 120 *παρὰ τὰς θέσεις*] Cicero dicit *positiones* non *situs:* sed *sitibus* in dativo vix dici posse existimo: at pagina sequenti pro *in aliqua positione* reponere potes *in aliquo situ.* item *secundum hunc situm* pro *secundum hanc positionem.* Cicero *et situs earum rerum quas intuemur et intervalla aut contrahimus aut diducimus.* caeterum ad id quod Sextus dicit de imagine, videri queat respexisse Aristocles, quum scribit, *ἐπὶ τὸ τοῦ ἐρετμοῦ τοῦ ἐν τῷ ὕδατι κἀπὶ τῶν γραφῶν καὶ μυρίων ἄλλων ἡ αἴσθησίς ἐστιν ἡ ἀπατῶσα.*

58. lib. 1 sect. 120 *εἰσοχὰς καὶ ἐξοχὰς ἔχειν δοκεῖ*] ausim propemodum dicere *εἰσοχάς* et *ἐξοχάς* ab Sexto vocari in imagine, quas Cicero in pictura *umbras et eminentiam* appellaverit, ita scribens in Lucullo: *quam multa vident pictores in umbris et in eminentia quae nos*
P 210 *non videmus.* idem Sextus lib. 2 cap. 7 haec duo nomina *τυπώσει* accommodat, *ἀπὸ τῶν σφραγίδων* ea mutuatus; haec enim sunt eius verba: *ἐπεὶ οὖν ἡ ψυχὴ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν πνεῦμά ἐστιν ἢ λεπτομερέστερόν τι πνεύματος, ὥς φασιν, οὐ δυνήσεταί τις τύπωσιν ἐπινοεῖν ἐν αὐτῷ οὔτε κατ' εἰσοχὴν καὶ ἐξοχήν, ὡς ἐπὶ τῶν σφραγίδων ὁρῶμεν, οὔτε,* etc. ubi nihil aliud esse videtur *εἰσοχή* quam *depressio* et quasi *incavatio* eius quod impressum est, *ἐξοχή* contra *prominentia*, vel potius, cum Cicerone, *eminentia*, eius quod impressum est. ego tamen ibi *εἰσοχήν depressionem in profundum* verti. sed *in concavum* aptius dixissem quam *in profundum*, vel *depressionem* et quasi *incavationem.* imo ne haec quidem mihi plane satisfaciunt, sed nihil melius nunc in mentem venit.

59. lib. 1 sect. 126 *οἱ δὲ ὑπόσφαγμα ἔχοντες*] verti: *hyposphagma habentibus;* rectius *hyposphagmate autem laborantibus.* quod vero sit hyposphagma, expositum fuit ex Galeno paulo ante.

60. lib. 1 sect. 126 *ἡ φωνὴ ἡ αὐτή*] ad hoc quod dicit Sextus, eandem vocem apparere aliam in patentibus locis et planis, aliam in angustis et tortuosis, pertinet quod Cicero lib. de natura Deorum 2 scribit: *quocirca et cum in fidibus testudine resonatur, aut cornu et ex tortuosis locis aut inclusis, referuntur ampliores* (soni.)

61. lib. 1 sect. 126 *τὰ γὰρ ὦτα*] ita Sextus, *τὰ γὰρ ὦτα σκολιοπόρα ἐστί.* Cicero ibidem de auditu loquens *flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex et directum pateret.* subiungit Sextus: *καὶ στενοπόρα καὶ ἀτμώδεσιν ἀποφορήσεσιν, αἳ δὴ ἀπὸ τῶν περὶ τὴν κεφαλὴν φέρεσθαι λέγονται τόπων, τεθολωμένα.* sunt autem hae *ἀτμώδεις ἀποφορήσεις*, quas *aurium sordes* idem Cicero nominat, subiungens et ipse, *provisum etiam ut si qua minima bestiola*

*conaretur irrumpere, in sordibus aurium tamquam in visco inhaeresceret.* porro quod attinet ad vocem *ἀποφορήσεις*, non dubium est quin idem quod *ἀποφοραί* significet. *ἀποφοράν* autem scimus interdum *exhalationem*, interdum *odorem* verti. sed quia *ἀτμός* quoque est *exhalatio*, malit fortasse quispiam *ἀποφορήσεις odores* interpretari. sed ne haec quidem interpretatio mihi plane satisfacit.

62. lib. 1 sect. 129 *ἕβδομον τρόπον ἐλέγομεν εἶναι τὸν παρὰ τὰς ποσότητας καὶ σκευασίας τῶν ὑποκειμένων*] deinde se explicans subiungit *σκευασίας λέγοντες κοινῶς τὰς συνθέσεις*. cum autem vocem *σκευασίας* hac in significatione accipiat, satius fortasse fuisset eam retinere quam *constitutiones* vertere. quodsi vertenda necessario fuisset ad verbum, melius eam interpretaturus fuisse mihi videor *structuras* aut *constructiones*, quam *constitutiones*. a *σκευάζω* certe deductum *σκευασία* constat, ipsum autem *σκευάζω* a *σκεῦος*. caeterum quod ad *παρά* attinet (quod hic annotatum non huic tantum loco sed et praecedentibus et sequentibus serviet), non dubium est quin aliter quam per praepositionem *ex* verti queat: videlicet per *propter* vel per *pro*, ut dicamus *pro quantitatibus*, i. *prout sunt quantitates.* item reddi potest, *pro diversitate quantitatum.*

63. lib. 1 sect. 166 *ὁ δὲ ἀπὸ τῆς*] hic dicit *ὁ δὲ ἀπὸ τῆς εἰς ἄπειρον ἐκπτώσεως* etc. at paulo post definiens *τὸν ἐξ ὑποθέσεως τρόπον* dicit: *ὅταν εἰς ἄπειρον ἐκβαλλόμενοι οἱ Δογματικοί* etc. itidem vero dixerat initio secundum modum esse *τὸν εἰς ἄπειρον ἐκβάλλοντα.* unde colligimus eum *τὴν εἰς ἄπειρον ἔκπτωσιν* appellare *τὴν εἰς ἄπειρον ἐκβολήν*, accipiendo nomen hoc passive, ut *ὁ εἰς ἄπειρον ἐκβαλλόμενος* dicatur *εἰς ἄπειρον ἐκπίπτειν.* sic alibi *εἰς τὸν διάλληλον τρόπον ἐκπίπτειν* legimus apud eum. sed ne hoc quidem praetermittendum est, interdum *εἰς ἄπειρον* simpliciter, interdum vero *εἰς ἄπειρον τρόπον* ab eo poni, ut cap. 16: *εἰ μὲν γὰρ τὸ ἐξ οὗ τι καταλαμβάνεται, ἀεὶ ἐξ ἑτέρου καταλαμβάνεσθαι δεήσει, εἰς τὸν διάλληλον ἢ τὸν ἄπειρον ἐμβάλλουσι τρόπον.* quo in loco alia quoque duo observanda sunt, videlicet *ἐμβάλλουσι* eodem sensu quo alibi *ἐκβάλλουσι.* item, posse nos aliquando indifferenter duos illos *τρόπους*, nimirum *τὸν διάλληλον* et *τὸν ἄπειρον*, usurpare. porro in illo proxime citato Sexti loco praepositionem *εἰς* ante *ἄπειρον* omissam esse suspicor, ut videlicet legatur *ἢ τὸν εἰς ἄπειρον;* dixit enim initio *τὸν εἰς ἄπειρον ἐκβάλλοντα.* et ita non vocabitur *ὁ ἄπειρος τρόπος* (sicut dicitur *ὁ διάλληλος*) sed *ὁ εἰς ἄπειρον ἐκβάλλων.* sic autem et apud Diog. Laërtium habetur *ὁ εἰς ἄπειρον ἐκβάλλων* non *ἐμβάλλων.* vide infra pag. 492.

64. lib. 1 sect. 167 *ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ πρός τι*] dicit Sextus simpliciter *ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ πρός τι.* Gellius de huius sectae philosophis loquens: *itaque omnes omnino res quae sensus hominum movent, τῶν πρός τι esse dicunt. id verbum significat nihil esse quicquam quod ex sese constet nec quod habeat vim propriam et naturam, sed omnia prorsum ad aliquid referri taliaque videri, qualis sit eorum species dum videntur, qualiaque apud sensus nostros, quo pervenerunt, creantur: non apud sese, unde profecta sunt.* Aristocles *οὐδενός τε ἡμᾶς ἁπλοῦ καὶ ἀκραιφνοῦς ἀντιλαμβάνεσθαι·*

*πάντα γὰρ εἶναι συγκεχυμένα καὶ πρός τι λεγόμενα.* idem Gellius dixerat paulo ante: *iudicia enim rei cuiusque et sinceras proprietates negant posse nosci et percipi.*

65. lib. 1 sect. 169 *ὁ δὲ διάλληλος*] de voce hac *diallelus* dictum paulo ante fuit.

66. lib. 1 sect. 180 *ὁ Αἰνησίδημος*] sequutus quidem sum Graecum meum exemplar, in quo *Ὀνησίδημος* scriptum est, sed hanc scripturam refellunt alii eiusdem exemplaris loci, in quibus *Αἰνησίδημος* legitur, quae lectio Aristoclis Diogenis Laërtii aliorumque testimonio comprobatur. caeterum praeter huius Aenesidemi libros, quos *ὑποτύπωσιν εἰς τὰ Πυῤῥώνεια* et *Πυῤῥωνείους λόγους* a Laërtio appellari videmus, ab Aristocle autem simpliciter *ὑποτύπωσιν*, etiam eius *στοιχειώσεις* ab eodem Aristocle memorantur, qui et haec de eo scribit: *ἐχθὲς καὶ πρώην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ κατ᾽ Αἴγυπτον Αἰνησίδημός τις ἀναζωπυρεῖν ἤρξατο τὸν ὕθλον τοῦτον.* porro sciendum est pag. quoque 44 Onesidemum pro Aenesidemo legi.

67. lib. 1 sect. 188 *οὐδὲν μᾶλλον*] Cicero *οὐδὲν μᾶλλον* vertit *nihilo magis* ita scribens in Lucullo: *non eorum qui clament nihilo magis vera illa esse quam falsa.* Gellius lib. 11 c. 5 *omniumque rerum fidem veritatemque mistis confusisque signis veri atque falsi ita incomprehensibilem videri aiunt, ut quisquis homo est non praeceps neque iudicii sui prodigus, his uti verbis debeat, quibus auctorem philosophiae istius Pyrrhonem usum esse tradunt, οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε ἢ ἐκείνως ἢ οὐδετέρως.* Aristocles ex Timone: *ἀδοξάστους καὶ ἀκλινεῖς καὶ ἀκραδάντους δεῖν εἶναι, περὶ ἑνὸς ἑκάστου λέγοντας ὅτι οὐ μᾶλλόν ἐστιν ἢ οὐκ ἔστιν, ἢ καί ἐστι καὶ οὐκ ἔστιν, οὔτ᾽ οὐκ ἔστιν.*

68. lib. 1 sect. 190. *εἰς ἀῤῥεψίαν*] *ἀῤῥεψία* est proprie cum neutram in partem vergimus seu inclinamus. nam *ῥέπω* est vergo. Cicero ea quae Zeno *ὅλως ἀῤῥεπῆ* vocabat, videtur interpretari voluisse *ea in quibus nihil est omnino momenti.*

69. lib. 1 sect. 192 *περὶ δὲ ἀφασίας*] Aristocles *ἀφασίαν* ponere *ἀντὶ τῆς ἐποχῆς* videtur, cum ex Timone refert *τοῖς ἀδοξάστοις καὶ ἀκλινέσι καὶ ἀκραδάντοις περιέσεσθαι πρῶτον μὲν ἀφασίαν, ἔπειτα δ᾽ ἀταραξίαν.*

70. lib. 1 sect. 193 *κινοῦσιν ἡμᾶς παθητικῶς*] Sexti verba sunt, *τοῖς γὰρ κινοῦσιν ἡμᾶς παθητικῶς καὶ ἀναγκαστικῶς ἄγουσιν εἰς συγκατάθεσιν εἴκομεν.* potes autem pro *patimur* (si videatur) reponere *afficimur*, ut ex iis quae de verbi *πάσχειν* interpretatione antea diximus, apparet. at si verbum verbo reddens verterem *moventibus nos passibiliter*, et obscure et barbare loquerer. sed fortasse verborum Graecorum vim assequeretur simulque latinitatem retineret qui ita verteret, *iis enim quae sensus nostros ita movent ut afficiantur.* nam et Gellius *sensus moveri* dicit sicut Cicero *pelli.* ita enim ille in loco paulo ante citato: *itaque omnes omnino res quae sensus hominum movent τῶν πρός τι esse dicunt*, id est, *πάντῃ γὰρ πάντα ὅσα τὰς ἀνθρωπίνας αἰσθήσεις κινεῖ* vel, *ὅσα τοὺς ἀνθρώπους αἰσθητικῶς κινεῖ.* hic autem significantius dicitur *τοῖς κινοῦσιν ἡμᾶς παθητικῶς*, id est *τοῖς κινοῦσι τὰς αἰσθήσεις ἡμῶν παθητικῶς.*

71. lib. 1 sect. 194 *περὶ τοῦ τάχα*] *τάχα* reddidi *fortasse*, de quo dictum est in principio harum annotat.

72. lib. 1 sect. 196 *οὐδὲν ὁρίζω*] *ὁρίζω* vertere possumus *definio*, ad verbum, modo accipiamus *definio* in ea significatione qua MTullius *definitum* et *certum* item *definitum et constitutum* copulat.

73. lib. 1 sect. 198 *καὶ ἡ ἀοριστία*] Galenus initio libelli qui *περὶ ἀρίστης διδασκαλίας* inscribitur, idem valere censet *ἐποχὴν* et *ἀοριστίαν*; ita enim scribit *ἐποχὴν καλοῦντες τὴν ὡς ἂν εἴποι τὶς ἀοριστίαν, ὅπερ ἐστὶ περὶ μηδενὸς πράγματος ὁρίσασθαι μηδὲ ἀποφήνασθαι βεβαίως.*

74. lib. 1 sect. 202 *παντὶ λόγῳ*] si quis malit interpretari, *omni* P 211 *rationi ratio aequalis opponitur* (vel potius, *opposita est*), ei non magnopere repugnabo. sed ferri etiam altera interpretatio potest, dummodo oratio intelligatur quae rationem continet.

75. lib. 1 sect. 206 *ὑφ᾽ ἑαυτῶν αὐτὰς ἀναιρεῖσθαι*] deceptus exemplaris scriptura verti *cum eas dicamus alias ab aliis tolli posse* pro *cum eas dicamus a se ipsis tolli posse.* sic et supra, *ὁ δὲ Σκεπτικὸς τὰς φωνὰς αὐτοῦ προφέρεται ὡς δυνάμει ὑφ᾽ ἑαυτῶν περιγράφεσθαι.*

76. lib. 1 sect. 206 *τὰ καθαρτικά*] celeberrimum est hoc exemplum, quo et alibi utitur, ita scribens: *δύνανται δὲ οἱ λόγοι καὶ καθάπερ τὰ καθαρτικὰ φάρμακα ταῖς ἐν τῷ σώματι ὑποκειμέναις ὕλαις ἑαυτὰ συνεξάγει, οὕτω καὶ αὐτοὶ τοῖς ἄλλοις λόγοις τοῖς ἀποδεικτικοῖς εἶναι λεγομένοις καὶ ἑαυτοὺς συμπεριγράφειν.* ab Aristocle quoque affertur, sed id minime probante, imo aptum esse negante: *ἐκεῖνο μὲν γὰρ καὶ παντάπασίν ἐστιν ἠλίθιον, ἐπειδὰν λέγωσιν ὅτι καθάπερ τὰ καθαρτικὰ φάρμακα συνεκκρίνει μετὰ τῶν περιττωμάτων καὶ ἑαυτά, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ πάντα ἀξιῶν εἶναι λόγος ἄδηλα, μετὰ τῶν ἄλλων ἀναιρεῖ καὶ ἑαυτόν· εἰ γὰρ αὐτὸς αὑτὸν ἐλέγχοι, ληροῖεν ἂν οἱ χρώμενοι τούτῳ.* addit praeterea, nullam similitudinem esse medicamento purganti cum eorum oratione. illud enim excerni nec in corpore manere, at orationem in animo haerere absque ulla immutatione et cum perpetua persuasione debere. sed non defuerit Scepticis quod Aristocli respondeant. Plutarchum certe eodem respexisse videmus, cum loquens de Socrate, qui se nihil scire profitebatur, de omnibus rebus dubitabat, et nullam iis de quibus disserendo affirmationem adhibebat, dicit habere solitum *ἐλεγκτικὸν λόγον* tamquam *καθαρτικὸν φάρμακον*; ubi animadverte *ἐλεγκτικὸν λόγον* optime convenire cum eo quod dicit Aristocl. *εἰ γὰρ αὐτὸς αὑτὸν ἐλέγχοι.* sub. *ὁ λόγος.*

77. lib. 1 sect. 207 *οὔτε γὰρ πρέπει τῷ Σκεπτικῷ φωνομαχεῖν.*] pro *φωνομαχεῖν* mendose legitur in exemplaribus *φαινομαχεῖν.* sic et supra: *πάλιν δὲ ἐνταῦθα οὐ μονομαχοῦμεν*, pro *οὐ φωνομαχοῦμεν.*

78. lib. 1 sect. 207 *μηδὲ ταύτας τὰς φωνάς*] duplex est lectio hoc loco, una, *μηδὲ ταύτας τὰς φωνὰς ἁπλῶς σημαίνειν λέγεσθαι, ἀλλὰ πρός τι*, etc. altera quae habet *εἰλικρινῶς* pro *ἁπλῶς.* utra autem alteri praeferenda sit haud facile dixerim, cum Aristocles eadem de re loquens *ἁπλοῦν* cum *ἀκραιφνές* (quod synonymum est

*τῷ εἰλικρινές*) copulet; ita enim scribit, *οὐδενός τε ἡμᾶς ἁπλοῖ καὶ ἀκραιφνοῦς ἀντιλαμβάνεσθαι· πάντα γὰρ εἶναι συγκεχυμένα καὶ πρός τι λεγόμενα.* at Gellius idem tractans ad *εἰλικρινές* seu *ἀκραιφνές* duntaxat respexit, ubi ait de Scepticis: *iudicia enim rei cuiusque et sinceras proprietates negant posse nosci et percipi.* et aliquanto post: *itaque omnes omnino res quae sensus hominum movent, τῶν πρός τι esse dicunt. id verbum significat nihil esse quicquam quod ex sese constet nec quod habeat vim propriam et naturam, sed omnia prorsum ad aliquid referri taliaque*, etc. qui igitur *ἁπλῶς* legere volet in hoc Sexti loco, adverbium *simpliciter* retineat: at qui *εἰλικρινῶς* (ut ego malim) leget, pro simpliciter, *sincere* in mea interpretatione reponat.

79. lib. 1 sect. 209 *τοὺς τρόπους τῆς ἐποχῆς*] genitivus *epoches* male in hunc locum irrepsit, cum ante vel post accusativum *modos* poni debeat. sed quis genitivus accusativo *mentem* iungetur? nimirum genitivus *σκέψεως* ex sequentibus petitus, ut apparet etiam ex c. 2 huius lib. ubi vide et quod annotavi de nomine *ἔννοια.* nam hic quoque *ἔννοιαν* mallem interpretatus esse *notionem*, sicut et alibi verti.

80. lib. 1 sect. 210 *Ὀνησίδημος*] reponendum esse *Aenesidemus* admonuimus antea.

81. lib. 1 sect. 210 *τἀναντία*] Cic. in Lucullo: *nam cum dicunt hoc se unum tollere, ut quicquam possit ita videri ut non eodem modo falsum etiam possit ita videri.* quod Sextus *τἀναντία περὶ τὸ αὐτὸ φαίνεσθαι.* idem de Arcesila: *incubuit autem in eas disputationes, ut doceret nullum tale esse visum a vero, ut non eiusdem modi etiam a falso possit esse.* Gellius: *omniumque rerum fidem veritatemque mistis confusisque signis veri atque falsi ita incomprehensibilem videri aiunt ut quisquis* etc.

82. lib. 1 sect. 216 *ὁ Πρωταγόρας*] idem testatur et Aristocles et Diog. Laërtius.

83. lib. 1 sect. 216 *καὶ διὰ τοῦτο τίθησι τὰ φαινόμενα ἑκάστῳ μόνα*] pro eo Aristocles dicit Protagorae itidem opinionem referens, *ὁποῖα γὰρ ἑκάστῳ φαίνεται τὰ πράγματα, τοιαῦτα καὶ εἶναι.* Cicero autem: *aliud iudicium Protagorae est, qui putet id cuique verum esse quod cuique videatur: aliud Cyrenaicorum qui* etc.

84. lib. 1 sect. 220 *τίνι διαφέρει*] hac de re lege Gellium lib. 11 cap. 5 in fine.

85. lib. 1 sect. 222 *Ὀνησίδημον*] hic quoque repono *Aenesidemum.*

86. lib. 1 sect. 224 *ὡς καὶ ἐγών*] Timonis versus ob nimiam depravationem omittere coacti fuimus in nostra interpretatione: nunc autem paulo quidem emendatiores eos habemus, tales tamen qui multum adhuc negotii facessere doctis alioqui lectoribus possint. sed quales quales sunt, eos hic proferam. dicit igitur Sextus: *ὁ γὰρ περὶ ἑνὸς δογματίζων ἢ προκρίνων φαντασίαν φαντασίας ὅλως κατὰ πίστιν ἢ ἀπιστίαν περί τινος τῶν ἀδήλων τοῦ δογματικοῦ γίνεται χαρακτῆρος, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ Τίμων διὰ τῶν περὶ Ξενοφάνους αὐτῷ λεγομένων· ἐν πολλοῖς γὰρ αὐτὸν ἐπαινέσαι τὸν*

Ξενοφάνην, ὡς καὶ τοὺς σίλλους αὐτῷ ἀναθεῖναι, ἐποίησεν αὐτὸν ὀδυρόμενον καὶ λέγοντα

> Ὡς καὶ ἐγὼν ὄφελον πυκινοῦ νόου ἀντιβολῆσαι
> ἀμφότερα βλεπτά δολίῃ δ' ὁδῷ ἐξαπατήθην,
> πρεσβυγενὴς ἔτ' ἐὼν καὶ ἀπενθήριστος ἁπάσης
> σκεπτοσύνης. ὅπου γὰρ ἐμὸν νόον εἰρύσαιμι;
> εἰς ἓν ταυτότης πᾶν ἀνελύετο. πᾶν δὲ ὂν αἰεὶ
> πάντῃ ἀνελκόμενον μίαν εἰς φύσιν ἵσταθ' ὁμοίην.

διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ὑπάτυφον αὐτὸν λέγει, καὶ οὐ τέλειον ἄτυφον. δι' ὧν φησι

> Ξενοφάνης ὑπάτυφος ὁμηραπάτης ἐπισκώπτης
> ἑατὸν ἀπάνθρωπον, θεὸν ἐπλάσατ' ἶσον ἁπάντῃ
> ἀσκηθῆ νοερῷ ἠὲ νόημα.

ὑπάτυφον μὲν γὰρ εἶπε τὸν κατά τι ἄτυφον, ὁμηραπάτην δὲ ἐπισκώπτην, ἐπεὶ τὴν παρ' Ὁμήρῳ ἀπάτην διέσκωπτεν. hactenus Sextus, cuius exemplar cum ob alios plerosque locos, tum maxime ob hunc, nancisci emendatius cupio; haec enim adeo mendosa proferre me puduit. quod autem ad ὑπάτυφον attinet, sciendum est citari et a Diogene a Laërtio primum illum versum Ξενοφ. etc. eumque ita legi apud illum,

> Ξεινοφάνην ὑπάτυφον ὁμηραπάτην ἐπικόπτην.

sed nihil iuvare nos potest Diogenis exemplar, nisi ad emendandum Ξενοφάνης et reponendum Ξεινοφάνης (sicut dicitur Ξεινοφόων); reliqua enim verba melius leguntur apud Sextum quam apud illum. nam ὑπάτυφον non ὑπότυφον legi debere ostendit ea expositio quam Sextus subiungit, τὸν κατά τι ἄτυφον. item legendum esse ἐπισκώπτην non solum ex Sexti explicatione patet, sed et ex iis quae ab ipso Diogene paulo post scribuntur, γέγραφε δὲ καὶ ἐν ἔπεσι καὶ ἐλεγείας καὶ ἰάμβους καθ' Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου, ἐπισκώπτων αὐτῶν τὰ περὶ θεῶν εἰρημένα. nam hic fateor quidem in vulg. edit. haberi ἐπικόπτων, sed in omnibus quae consului vet. exempl. vidi scriptum ἐπισκώπτων. eundemque errorem in aliis quoque Diogenis observavi locis. utrum autem melius legantur apud Diogenem per accusativum illa nomina quam apud Sextum per nominativum, vix pronuntiare ausim. caeterum quod ad ἄτυφον attinet, sciendum est etiam Stoicum sapientem apud Diogenem in Zenone eo epitheto insigniri, ubi scribit, φασὶ δὲ καὶ ἀπαθῆ εἶναι τὸν σοφόν, διὰ τὸ ἀνέμπτωτον εἶναι. at Timon variis alioqui in locis philosophis τῦφον exprobrans solum Pyrrhonem hoc epitheto ornat in his qui apud Aristoclem habentur versibus:

> Ἀλλοῖον τὸν ἄτυφον ἐγὼ ἴδον, ἢ ἀδάμαστον
> πᾶσιν ὅσοις δαμνᾶται ἅμ' ἀρρήτοις τε φατοῖς τε
> λαῶν ἔθνεα κοῦφα, βαρύνομεν. ἔνθα καὶ ἔνθα
> ἐκ παθέων, δόξης τε καὶ εἰκαίης νομοθήκης.

dico autem solum Pyrrhonem hoc epitheto cohonestari a Timone, legens, ἀλλ' οἷον pro ἀλλοῖον. Pyrrhonem autem ipsum sibi hunc titulum vindicasse testatur Aristocles, qui tamen contra eum τῦφον περιβαλέσθαι dicit, ita scribens: αὐτὸς δ' ὕστερον τοῦτον τὸν

*τῦφον περιβαλόμενος, καὶ καλῶν ἄτυφον ἑαυτὸν, οὐδὲν ἐν γραφῇ κατέλιπεν.* caeterum hic *τῦφος* ab eodem Timone alibi vocatur *κενὴ οἴησις*, ut in hoc versu,

*Ἄνθρωποι κενῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί.*

alloquitur autem ibi philosophos, sicut et in his,

*Σχέτλιοι ἄνθρωποι, κάκ᾽ ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον,*
*τοίων ἔκ τ᾽ ἐρίδων, ἔκ τε στοναχῶν πέπλασθε.*

87. lib. 1 sect. 227 *ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ*] vel *quantum ad id quod dicitur.* de hoc autem genere loquendi *ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ* vide quod annotavi supra.

88. lib. 1 sect. 227 *πιθανάς*] verti *πιθανάς verisimiles*, quod reddi etiam potest *probabiles*, vel (si dici posset) *persuasibiles.* Sextus tamen etiam pressius huius nominis significationem, quam sequi vult, pag. sequente urget. quod autem ad participium *διεξωδευμένας* attinet sive *περιωδευμένας* (videtur enim unum pro altero ponere), quomodo reddi Latine possit apto satis vocabulo, perspicere nequeo. nam paulo post quidem *τῷ διεξοδεύσαντι τὰ περὶ αὐτό* verti: *illi qui percurrerit quae sunt circa ipsum*, sed *διεξωδευμένας* itidem
P 212 interpretari *percursas* non satis commodum visum est. imo et pro *percurrerit* lubenter alio usus verbo fuissem: ac fortasse *perlustraverit* aptius fuisset. quodsi cui placuerit itidem *διεξωδευμένας perlustratas* interpretari, per me licet. sed hoc sciendum est, huiusmodi *perlustrationem* ad mentem potius quam ad oculos referri. sic autem et apud Latinos *mente peragrare* legimus, pro eo fere quod nostrates dicunt *discourir.* certe *διεξοδεύειν* in Gallico *discourir* plane respondet.

89. lib. 1 sect. 227 *ἀπερισπάστους*] hic quoque haereo; nam *ἀπερισπάστους* possum quidem interpretari *indistractas*, sicut et sect. 228 *περιεσπᾶτο* reddidi *distrahebatur*, sed mihi non satisfacit huiusmodi interpretatio. veruntamen haec retineri debet, donec melior cuipiam in mentem venerit.

90. lib. 1 sect. 228 *ἡ ἀπερίσπαστος φαντασία*] post *ἀπερίσπαστος* asterisci notam ponendam censui, quod hunc locum plane mutilum esse suspicer. quomodo enim haec phantasia Herculis *ἀπερίσπαστος* dicetur, si eius mens *περιεσπᾶτο* (ut Sexti verbis utar) *ἀπὸ τῆς συγκαταθέσεως*? talis est autem mea de hoc loco coniectura, scripsisse Sextum phantasiam illam de fune esse *πιθανὴν καὶ περιωδευμένην καὶ ἀπερίσπαστον*, deinde exemplum proponere voluisse alterius phantasiae, quae esset quidem et ipsa *πιθανὴ καὶ περιωδευμένη*, sed non item *ἀπερίσπαστος.*

91. lib. 1 sect. 230 *πείθεσθαι*] verbum Graecum *πείθεσθαι* (quod parere significat) retinui, quia ipse paulo post suo modo id explicat.

92. lib. 1 sect. 230 *ἁπλῶς ἕπεσθαι*] Sextus dicit, *ἄνευ σφοδρᾶς προσκλίσεως καὶ προσπαθείας.* fortasse autem malit quispiam *προσπάθειαν affectum erga aliquid haerentem* aut *animo infixum* interpretari, quod *προσπάσχω* sit *haereo* sive *adhaereo alicui rei magno affectu*, et quasi *πάσχω τι πρὸς αὐτῆς*, eo sensu quo dicunt *τὸν ἐραστὴν πάσχειν τι ὑπὸ τῆς ἐρωμένης*, cum eam intuetur aut eius recordatur. Cicero certe Graecum verbum retinuit, quod (ut

opinor) Latino vocabulo ad exprimendam Graeci vocabuli vim idoneo destitueretur. ita enim scribit ad Att. lib. 1: *ego fortasse τυφλώττω, nimium τῷ καλῷ προσπέπονθα.*

93. lib. 1 sect. 230 *βιοῦν ἀξιοῦντι*] pro: *sumptuose vivere vult,* lege, *sumptuose ipsum vivere vult.* pro *vult* reponi etiam potest *iubet.*

94. lib. 2 sect. 65 *τισὶ δὴ μή*] ante haec verba *aliquibus autem non* deesse quaedam videntur. caeterum hoc, *id de quo quaeritur arripiunt,* est quod dicit Sextus *τὸ ζητούμενον συναρπάζουσι.* hoc autem quid valeat, cum ex aliis plerisque locis, in quibus utitur, manifestum est, tum ex sect. 67. nam et ibi verti, *id de quo quaeritur arripient,* pro eo quod Sextus habet, *τὸ ζητούμενον συναρπάζουσι,* nisi forte legendum est *συναρπάσουσι.* sic Lucianus in Iove Tragoedo c. 28: *αὐτό που τὸ ζητούμενον ὦ Τιμόκλεις — συναρπάζεις,* quod male vertit interpres, *tu quaestionem discerpis.* dicitur enim *τὸ ζητούμενον συναρπάζειν*, qui arripit et quasi per vim aufert alicui quod concedere non vult et eo tamquam confesso utitur, de quo alioqui quaestio est.

95. lib. 2 sect. 70 *κατ᾽ εἰσοχήν*] repone *et per depr.* pro *nec per depr.* deque hac interpretatione vide annot. 58.

96. lib. 2 sect. 76 *πάσῃ φαντασίᾳ*] post *habendam esse* pluscula verba deesse suspicor.

97. lib. 2 sect. 76 *πάσας τὰς φαντασίας*] haec verba *ut dicat non omnes phantasias fidem mereri* non bene cum praecedentibus cohaerent, nec dubium est quin depravatus sit hic locus. nam ita legitur in Graeco exemplari: *καὶ περιτραπήσεται ὁ λόγος εἰς τὸ μὴ εἶναι πάσας τὰς φαντασίας, ὥστε καὶ κατ᾽ αὐτάς* etc. ubi manifestum est deesse adiectivum quod iungatur cum substantivo *φαντασίας,* videlicet *πιστάς* aut aliud huiusmodi. porro quod attinet ad hoc loquendi genus *περιτρέπεται ὁ λόγος*, sciendum est dici *περιτρέπεσθαι τὸν λόγον* quando adversarii dictum in ipsum retorquemus, et suo veluti gladio eum iugulamus. dicitur etiam *κατὰ περιτροπὴν τοῦ λόγου*, item *ἐκ περιτροπῆς,* ut cum ita scribit: *ἤτοι ἀποδεικτικοί εἰσιν οἱ κατὰ τῆς ἀποδείξεως ἠρωτημένοι λόγοι ἢ οὐκ ἀποδεικτικοί. καὶ εἰ μὲν οὐκ ἀποδεικτικοί, οὐ δύνανται δεικνύναι ὅτι οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις. εἰ δὲ ἀποδεικτικοί εἰσιν, αὐτοὶ οὗτοι τὴν ὑπόστασιν τῆς ἀποδείξεως ἐκ περιτροπῆς εἰσάγουσιν.* alioqui *περιτρέπεσθαι* est *everti.* unde *συμπεριτρέπεσθαι simul everti*, ut cum dicit: *διατρέπεται γὰρ ἡ τοῦ αἰτίου ὑπόστασις, ᾧ τὸ πάσχον συμπεριτρέπεται, μὴ ἔχον ὑπὸ ὅτου πάθῃ.* sic et activum *συμπεριτρέπειν,* ut *οὐ μόνον τῶν ἄλλων ἕκαστον ἀναιρεῖ, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἐκείνοις συμπεριτρέπει,* perinde ac si dixisset *συναναιρεῖ.*

98. lib. 2 sect. 186 *εἰ ἔστιν ἀπόδειξις*] si est demonstratio, est demonstratio: si non est demonstratio, est demonstratio; atqui aut est demonstratio, aut non est demonstratio. est igitur demonstratio. ita debet intelligi (meo quidem iudicio) haec argumentatio, si per demonstrationem probatis non esse demonstrationem, certe est demonstratio. nam vos ipsi ea utimini. at si non utimini demonstratione ad id probandum, quicquid alioqui affertis ad nostram demonstra-

tionem labefactandam et evertendam, nullius momenti est, eaque nihilominus semper illabefacta manet. itaque, sive ratiocinatio qua utimini sit demonstratio, sive non, hoc manet, esse demonstrationem.

99. lib. 2 sect. 188 *τὰ καθαρτικά*] latinius *purgantia medicamenta* quam *purgativa*.

100. lib. 2 sect. 188 *οὐθὲν ἀληθές*] Gellius in fine cap. 5 lib. 11: *Academici quidem ipsum illud nihil posse comprehendi, quasi comprehendunt, et nihil posse decerni, quasi decernunt: Pyrrhonii, ne id quidem ullo pacto videri verum dicunt, quod non esse verum videtur.*

101. lib. 3 sect. 54 *γιγνόμενα*] Plato in Timaeo p. 27 d: *ἔστιν οὖν δὴ κατ' ἐμὴν δόξαν πρῶτον διαιρετέον τάδε, τί τὸ ὂν μὲν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον, καὶ τί τὸ γιγνόμενον μέν, ὂν δὲ οὐδέποτε* id est Cicerone interprete: *quid est quod semper sit, neque ullum habet ortum? et quod gignatur, nec umquam sit?* quem sequendo vertendum hic esset, *corpora quae gignuntur quidem, numquam autem sunt.*

102. lib. 3 sect. 79 *ἀποκληρωτικόν*] vix queat aliter quam periphrasi longiuscula exponi. *ἀποκληροῦν* enim est attribuere aliquid alicui pro potestate et velut assignare, proprie autem aliquid quod sorte obtigerit. hinc fit *ἀποκλήρωσις* et *ἀποκληρωτικός*. vocat igitur *ἀποκληρωτικόν* Sextus quod nobis dicentibus credi volumus tamquam pro nostro iure, nullam rationem afferentibus, sive quod locum habere et recipi quasi pro iure nostro volumus, nullam alioqui probationem adhibentes. potest quidem *ἀποκληρωτικόν* aliud quoque significare (sicut verbum *ἀποκληροῦν* aliam quoque significationem habet) et ipsemet alibi aliter interpretatus sum. sed hanc interpretationem doctissimis quibusdam viris (quos consului) magis placere comperi. quorum iudicio lubenter acquiesco.

103. lib. 3 sect. 122 *συναρπάζειν*] diximus antea quid sit *συναρπάζειν τὸ ζητούμενον*. hic autem pro *συναρπάζειν τὴν τοῦ σώματος ὕπαρξιν τὴν ζητουμένην* dicit *συναρπάζειν τὴν τοῦ σώματος ὕπαρξιν μὴ διδομένην αὐτόθεν*. notandum est autem adverbium *αὐτόθεν*, quod verti *ex se ipsa*, posse etiam reddi *per se*, id est, ita ut non indigeat probatione. conceduntur autem *αὐτόθεν* quae aut ipsa *ἐναργείᾳ* evincuntur, aut quae necessario consequuntur, ut cum dicit: *καὶ ἄλλως, εἰ δοθείη ψεῦδος μὲν εἶναι τὸ σῶμα εἶναι τὸν χρόνον, ψεῦδος δὲ καὶ τὸ ὅτι ἀσώματός ἐστιν, αὐτόθεν δοθήσεται ἡ τοῦ χρόνου ἀνυπαρξία· παρὰ γὰρ ταῦτα οὐδὲν εἶναι δύναται ἕτερον.* q. d. ex eo ipso concedetur, nec alia probatione opus erit. Plato in Gorgia p. 470 E: *τί δαί, συγγενόμενος ἂν γνοίης, ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γινώσκεις ὅτι εὐδαιμονεῖ.* ubi significare videtur, *primo aspectu* seu *intuitu*.

104. lib. 3 sect. 177 *πρὸς ὃ μήτε ὁρμὴ μήτε ἀφορμὴ γίνεται.*] Cicero *ὁρμήν* variis modis interpretatur *appetitionem* vel *appetitum animi, naturalem appetitionem, animi motum.* cum autem *ἀφορμήν* esse sciamus contrariam *ὁρμῇ*, ut *ὁρμήν animi appetitum* seu *appetitionem*, sic *ἀφορμήν inappetentiam* verti posse existimavi. si tamen longiuscula periphrasi uti licuisset, multo libentius vertis-

sem *motum animi appetitioni contrarium*, vel potius *aversationem ex naturali animi motu provenientem.* fortasse autem ὁρμήν et ἀφορμήν hoc quoque modo non male reddiderimus: *naturalem animi motum* seu *impulsum quo aliquid sectamur, et quo aliquid refugimus.* dico autem *sectamur,* ut ex opposito ei respondeat *refugimus.* Galenus: *οἱ δὲ ἔμβρυον μὴ εἶναι ζῷον λέγουσι, τρέφεσθαι μὲν γὰρ καὶ αὔξεσθαι αὐτὸ ὥσπερ τὰ δένδρα, ὁρμὴν δὲ καὶ ἀφορμὴν οὐκ ἔχειν ὥσπερ τὰ ζῷα.* id est *neque naturalem animi vim appetitricem, neque vim aversatricem.* quid si etiam ὁρμήν *animi vim impultricem* et ἀφορμήν contra *animi vim repultricem* interpretemur? certe, ut ingenue fatear, per *inappetentiam* non bene significationem Graeci vocabuli expressisse mihi videor.

105. lib. 3. sect. 178 *ἐπέστησαν*] *nos ad notionem appellere non fecerunt,* vel *non adduxerunt.* proprie *non stiterunt nos.*

106. lib. 3 sect. 188 *τί ἐστιν*] vide Diogenem Laërtium.

107. lib. 3 sect. 215 *οἱ Λάκωνες*] vide Xenophontem de hac Lacedaemoniorum consuetudine.

Lipsiae typis FRIDERICI RÜCKMANNI.